12. V. 209

Dr. Wigglesworth
108 BOYLSTON ST.
BOSTON.

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

http://www.archive.org/details/demorbogallicosc00grun

DE

MORBO GALLICO

SCRIPTORES MEDICI ET HISTORICI

PARTIM INEDITI PARTIM RARI

ET

NOTATIONIBVS AVCTI.

ACCEDVNT

MORBI GALLICI

ORIGINES MARANICAE

COLLEGIT EDIDIT

GLOSSARIO ET INDICE

AVXIT

D. CHRIST. GOTHFR. GRVNER.

IENAE

SVMTIBVS BIBLIOPOLII ACADEMICI.

1793.

V I R O

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

EXPERIENTISSIMO

IACOBO REINEGGS

MEDICINAE DOCTORI

AVGVSTISSIMAE IMPERATRICI OMNIVM ROSSIARVM A CONSILIIS COLLEGIORVM IMPERIALIS COLLEGII MEDICI MEMBRO ET SECRETARIO PERPETVO IN REBVS SCIENTIFICIS INSTITVTI MEDICO - CHIRVRGICI PETROPOLITANI DIRECTORI CLARISSIMO ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM COLLEGAE REGIAE SOCIETATIS SCIENTIARVM GOTTINGENSIS ET HISTORIAE NATVRALIS BEROLINENSIS SOCIO REL.

FAVTORI ET AMICO

MVLTIS NOMINIBVS DEVENERANDO

1680

HANC

COLLECTIONEM MEDICAM ET HISTORICAM

VT

AMICITIAE TESSERAM

SACRAM ESSE CVPIT

EDITOR.

PRAEFATIO.

Morbus Gallicus, ſub finem ſeculi quinti et decimi ex improuiſo in Italia prorumpens et ad hunc vsque diem varie diuexans voluptariorum hominum corpora, medicos et valde terruit, et magnam noua inueniendi, litigandi ac ſcribendi materiam exhibuit, vt in re noua et inſolita ſemper fieri ſolet. Innumera extat librorum copia, in quibus de huius foediſſimi morbi origine, natura, cauſſis, ſignis et medicamentis agitur, ſed fere alter alterum coeca quaſi fiducia ſequitur, aut ſi ſibi ſapere videtur, totus eſt in fingendis precariis ſumtionibus vel in excogitandis medicamentis. Illud vt medicinae progreſſui mirifice nocuit, ita hoc auxit incredibiliter gregem empiricorum nobiliſſimum.

Vana eſt horum hominum opinio, qui ſolo vſu medicinam conſtare ad rauim vsque clamitant, neque hoc etiam curant, vt experientiam et rationem prudenter inter ſe coniungant. Haec demum, me quidem iudice, vera et vnica medicina eſt, neque vlla datur alia via, eam ad aliquod perfectionis faſtigium euehendi, niſi vt vſus praeeat, ratio inſequatur, vt nec ſolidis, omnium minime neruis ſolis, credamus, nec humoribus, ſed vtraque bene inter ſe copulemus mutuamque conſortionem dari profiteamur. Tunc demum aliquando veri naturae conſulti et erimus, et videbimur, neque in perpetuum ab aliorum auctoritate pendebimus.

Quoties volumina, quae in deſcribendo morbo Gallico verſantur, in manus ſumo (ſumo autem ſaepiſſime, vt, quae eius natura et forma variis temporibus fuerit, curatius inquiram) toties mentem cogitatio ſubit, quid ſit, quod mole opprimi, quam vera a falſis, probabilia a coniecturalibus rite ſecernere malimus. Scriptitatum per tria ſecula eſt, ſed ita, vt, quam aliquis molem paullum operoſius exſtruxerat, alter balliſtis et machinamentis nouis ſubuertere ſtuderet. Hinc nihil tam abſurdum eſt, quod non ali-

quis

quis medicorum et chirurgorum hac de materia dixerit vel defenderit, nihil tam leue atque proiectum, cui non ſinguli fidem ſuam addixerint, nulla denique via inuia habita, quam non quidam preſſo pede fuerint ſecuti, modo exinde famam et gloriolam, certe lucellum, ſe conſequi poſſe confiderent. Cogites, quaeſo, immenſam medicamentorum lui venereae oppoſitorum vim, profuſas empiricorum laudes, male ſedulam chirurgorum curam, acerrimas medicorum diſceptationes, vtra in parte ſit veritas, et ſuo demum quisque iudicio vtatur, quam qualemque vtilitatem inde ceperit ars medicinalis. Piget me quidem palam dicere ac vulgare pudorem noſtrum, ſed etiamſi amicus Plato eſt, tamen potior veritas mihi putanda videtur. Laudo maiorum, patrum et noſtratium in obſeruandis morbi formis et immutationibus ſtudium, probo inſumtam medendi viae et inueniendis nouis remediis operam, admiror et maximi facio diuitias, quibus abundamus, et nihilo ſecius ſortem ac fata noſtra vehementer doleo. Vt quondam Tantalvs in mediis vndis, ita nos ſitimus inter lautiſſimos diuae Veneris copias. Nuſpiam terrarum deſunt, qui miſcendo corpora grauiſſimas luunt poenas.

nas. Crebra eſt videndi, vrendi, ſecandi medicandique occaſio, crebriores ſunt veneris iactus et ictus, creberrimus adeſt ſcribendi mos, vt, quam ſimus in re venerea Roſcii, omnes intelligant, neque vero poſt trium ſeculorum ſeriem, quantum in hac materia inane vel certum ſit, nobis conſtat. Quae ex re plurimis recentiorum identidem accidit, vt ſe noua vidiſſe, inauditam medelam deſcripſiſſe glorientur, neque iam ſub primis Gallici morbi originibus ſimilia tentata vel omiſſa eſſe ſomniantur. Interea rerum multi dantur, qui cui vſui ſint iſta ſpiſſa volumina, prorſum ignorant, ſed reſponſio in promtu eſt, vt deſinamus aliquando, quae vetera ſunt, inepte ſpernere, vt redeamus in memoriam noui morbi, vt ſine ira et partium ſtudio inquiramus, quinam ſub initio fuerit, qui deinde, qui poſt, quam varie mutarit formam, quam bene maleue ſenſerint medici de origine, contagione ac multiplici curationis modo, quot inuenerint medicinas, et quare, quo commodo vel incommodo cet. Tunc enim multa nobis occurrent, quae et ſcitu, et memoratu digniſſima videantur. Tunc facile condonabimus maioribus ſuum ſcribendi, demonſtrandi probandique genus, feremus barba-

barbaras voces et auctoritatem, qua ſe ſemel iterumque muniunt, (nos enim ipſi appellamus noſtros auctores, quibus lubenter adſurgimus,) ſeligemus momenta primaria, quae ad hiſtoriam vel rem medicam pertinent, explorabimus remedia innumerabilia, quid et quatenus prodeſſe vel obeſſe poſſint, et inueniemus in his haud ſpernenda luis venereae curandae praeſidia. Hoc demum eſt veteres legere, hoc eſt lucrari vetuſtatis iudicia, hoc eſt ab maioribus accipere mutua, quibus ad artem dextre gerendam vtiles et ſimus, et perhibeamur. Quod vt recte adſequamur, optandum eſt, vt tandem aliquando vir aliquis viribus potens, rei certus et ſpei plenus opes immenſas ibidem latitantes curatius rimetur, quaeſtorio more bona a malis, vtilia ab inutilibus ſeligat, denuo miſceat atque ordinet, et ſic iſtis opimis ſpoliis nos frui permittat. Vt enim nunc res ſe habet, nec nouimus, quae intro ſunt, nec indicem quendam rerum memorabilium, tanquam locupletiſſimi theſauri teſtem, habemus. Soli Astrvco, viro clariſſimo, credimus, ſed is, etiamſi multam diligentiam in anquirendo, multam operam in deſcribendo adhibuerit, nequaquam alienus a partium ſtudio eſt, ſi de originibus morbi Gallici quaeritur, et multis deſtitutus

monimentis, quae ſerior aetas ex ſqualore ac tenebris protraxit. Hiſtoria morbi Gallici ex his fontibus haurienda eſt, ex turbidis poſteriorum riuulis minime, ſequendus ordo temporum, quo quisque auctor ſcripſerit, ſedulo notanda morbi facies, qualis in principio fuerit, qualis in ſequente tempore atque ſub aliorum malorum concurſu, diſtinguenda velutique ſegreganda communis omnium hominum et medicorum opinio a ſingulorum commentis, denique curate ſcribendae variae medendi viae, comparanda inter ſe medicamenta, quae temere vel prudenter adhibebantur a medicis et chirurgis cum commodo vel detrimento aegrorum. Neque vero ipſi recentiſſimi ſcriptores ab hoc vitio immunes et puri ſunt. Sequuntur ASTRVCVM principem vel alium anteſignanum, ſcribunt et memorant, quae e re ſua eſſe videantur, omittunt, quae contrariae opinioni faueant, audacter iudicant de viſis et non viſis, et vel fallunt alios ſpecioſis argumentis, vel ipſi bona fide falluntur. Ita eſt facilis ad credendum medicorum cohors, vt ne de medicamentis quidem venereae labi opponendis dubitet, modo ſint noua et ad lucrandum apta, hinc ſemper, vt pueri, haerent

rent dubii in caſu ancipiti, neque audent ſibi fidere vel ſua vti experientia.

Nuperrime reſuſcitata et redintegrata eſt lis *de morbi gallici originibus Italicis vel Americanis* ſub auctoribus Henslero et Girtannero, viris clariſſimis. Habet quisque, quibus ſe muniat argumentis ad comprobandum vel reprobandum, et adhuc ſub iudice lis eſt. Appellat quisque maiorum monimenta, vt, quam certa ſit ſententia, ponat extra dubitationis aleam, opus ergo eſt, vt ea monimenta iterum iterumque diurna nocturnaque manu verſemus, teſtes coaeuos et oculatos audiamus, teſtimonia inter ſe conferamus, tempeſtati, loco, tempori ſeculique moribus rite aptemus, et ſic magis credamus iis, qui ſub ingreſſu primae luis vixerant, aegros tales viderant et curarant, deſperatos reliquerant, medicamenta tentarant, quam qui poſteriori aetate ſcripſerunt. Hi enim iudicia moderari poſſunt, incerta reddere non poſſunt. Tunc enim, ſi ex aequo examinantur, ſua veritati laus conſtabit, maioribus fides, naturae virtus. Tunc, ſi qua ſuperſunt dubia, licet phyſicorum petere oracula, et ſi qua priora extant luis

veſti-

veſtigia, cuius altricem monachorum domum, propagatorem perpetuum militem multi habere ſolent, inprimis clariſſimus Halenſium medicus et Profeſſor SPRENGEL, inueniemus etiam in his monimentis haud ſpernenda documenta, quibus commode vti licet, abuti minime.

Cum tanta horum voluminum dignitas ſit, tantaque habeatur auctoritas, vt ſine iis in neutram partem poſſit recte diſputari, viſum eſt maioribus ac patribus, ſqualidos et ſparſos hinc inde libros, vt lacera corporis membra, in vnum compingere, perituros ab interitu vindicare, et poſterorum vſui reſeruare. Preſſi et ego eorum veſtigia, et edidi nuper *aphrodiſiacum* *), vt ſpicilegium poſt largiſſimam meſſem, certiſſime perſuaſus, fore, vt inde certior fieret Gallici morbi cognitio. Neque vero ab

*) Aphrodiſiacus ſ. De lue venerea in duas partes diuiſus, quarum altera continet eius veſtigia in veterum auctorum monimentis obuia, altera, quos ALOYSIVS LVISINVS, temere omiſit ſcriptores medicos et hiſtoricos chronologico ordine digeſtos, Ienae 1789.

ab hoc tempore, quantum per munera et negotia academica licuit, poſui ſtudium, anquiſiui quam diligentiſſime puluerulentos bibliothecarum, cummaxime academicae, forulos, perſcrutatus ſum vltra trecenta volumina et poetarum, et medicorum, et hiſtoricorum, qui res Italicas, Hiſpanas et Gallicas in primis CAROLI VIII. regis expeditionem, ſub hoc tempore pertractarunt, ſed parum vel nihil inueni, quod e re mea erat. Incendit cupiditatem, qua flagrabam, obſcuras morbi Gallici origines ad liquidum perducendi Cl. FOSSIVS, cum TANI, teſtis coaeui et locupletiſſimi, ſcriptionem Florentiis latitantem et nondum editam mihi reſcriberet. Petii ab eo libelli copiam, et quo eſt bonas litteras iuuandi ſtudio, annuit precibus. Interea rerum nactus erat clariſſimus Turicenſium medicus, RÖMER, eundem libellum, et eius edendi ſpem publice fecerat, ſed, qua eſt humanitate, deſtitit a conſilio, mihique primam TANI editionem liberam eſſe lubens et gratus teſtificatus eſt. Sic auctus nouo nouae luis teſte non potui non ceteros, tanquam comites, liberaliter adiungere, ac iuſtos rei arbitros vel curioſos inuitare ad fontes legendos et relegendos, ſi velint bene ac commode de origine, natura et con-

contagione morbi indicare. Varia vario tempore erat eius forma, variae ergo contagii viae et variae medendi rationes, ergo varium auctorum iudicium et multiplex diſceptandi materia.

Hac repetita cura hoc quidem conſecuti videmur, vt pauci ſuperſint principes morbi Gallici narratores, quibus inuiti adhuc caremus. En eorum nomina!

1) *Decretum Senatus Pariſienſis a.* 1494. Hoc ex coniectura Cl. Hensleri extare dicitur.

2) Franc. de Villabolos *Tratado de la Enfermedad de las Bubas, Salmanticae* 1498. f. Princeps eſt ſine dubio hac in materia, ſiue hoc nomine deſcribat morbum Gallicum, qualis tunc erat, ſiue bubarum Americanorum, ſed ignotus et inuiſus omnibus rei tantae curioſis, hinc rogandi videntur Hiſpani medici, vt de eo curatiſſime inquirant, et tandem aliquando deſiderium litteratorum exſatient.

3) Simonis Pistoris *Poſitio de malo Franco, Lipſ. ap. Marc. Brandt* 1498. 4. Binas

nas alias recudi curaui in *Aphrodiſiac.* n. 21. et 22. p. 75.

4) Martini Pollichii ſ. Mellerstadii *Declaratio defenſiua cuiusdam poſitionis de morbo Franco per* Pistorivm *diſputate, Lipſ.* 1500. 4. *Reſponſio in ſupra dictos errores* Sym. Pistoris *de malo Franco* per Mart. Pollich. *Lipſ. ap. Marc. Brandt* 1501. 4. *Reſponſio ad confutationem conflatorum circa poſitionem quandam extraneam et puerilem etc. Lipſ.* 1501. 4. Libelli ſunt (fateor), eriſtici nec magni momenti, ſed in dubia materia nullo modo ſpernendi.

5) Ioannes de Fogveda *De puſtulis, quae ſaphati nominantur,* ſ. a. Cl. Girtanner eum a. 1526. aſſignare videtur, ego vero ad initium ſeculi referrem, ſub quo Tanvs et alii illo nomine inſignire ſtudebant morbum Gallicum.

6) Iacobi a Bethencovrt *Noua poenitentialis quadrageſima, nec non purgatorium in morbum Gallicum ſiue venereum, vna cum dialogo aquae, argenti ac ligni guaiaci colluctantium ſuper dicti morbi curationis praela-*

praelatura, opus fructiferum. Pariſ. typis Nicolai Savetier 1527. 8. Extat in bibliotheca regia Pariſina, ſed nullo modo comparari potuit.

7) Franc. Delgado *Del modo de adoperare el Legno Santo, ouerò del modo che ſe guariſca il Mal Françoſo et ogni mal incurabile. In Venezia* 1529. 4.

8) Thomae Philologi, *Rauennatis, Mali Galeci ſanandi, vini ligni et aquae, vnctionis, ceroti, ſuffumigii, praecipitati ac reliquorum modi omnes. Venet. per Iohann. Anton. de Nicolinis de Sabio* 1538. 4. Dicitur liber iterum repetitus ibid. 1545. 8. tertio ſplendidiori titulo: *Malum Gallicum, depilatiuam, vnguitiuam, dentatiuam, nodos, vlcera, vitia quaeque, affectus et rheumata vsque ad contortos ſanans. Ligni Indici, aquae, vini, ſublimati, cynae, ſpartae parillae, Hyſan, Hetechen, Caravalgii altar, Mechoacan, antimonii, vnctionis, ceroti, ſuffumigii, praecipitati, ſeminis Indi, ac additorum mundi noui et reliquorum modos omnes et facultates explicat. Venet. ap. Petr. de Franciſcis* 1575. 8. Nec Astrvc, nec Girtanner libellum promiſſoris viderunt,

runt, neque ego, cuius ſit pretii, definire poſſum.

9) *Le triomphe de très haulte et puiſſante Dame Verolle, Royne du Puy d' Amours: nouuellement compoſé par l' Inventeur de menus plaiſirs honneſtes.* (Martin Dorchesino) *à Lyon* 1539. 12. Videtur eſſe haud inelegans luſus et naturae morbi conueniens.

Dediſſem et illos libellos, ſi ad manus noſtras vnquam perueniſſent, ne quid perfectioni operis deeſſe perhiberetur. Incident fortaſſe in retia, quae poſui, modo nobiſcum venari velint amici huc illuc diſperſi, neque tales qui poſſident et recluſos intus tenent, in poſterum ex oculis hominum abſtrahant et reipublicae litterariae inuideant. Rariſſime, ſi vnquam, ſub haſta venum eunt.

Quod ad *origines morbi Gallici* attinet, in ea opinione ac coniectura *) ſum, eas ad ſolos

*) Paucula praelibaui *Almanach für Aerzte u. Nichtärzte a.* 1792. n. 6. p. 51. et n. 14. p. 188. deinde a. 1793. n. 7. p. 69. hic paullo fuſius et doctius ſcripſi, etſi per muneris rationem et temporis anguſtias

 non

ſolos Maranos Hiſpania pulſos pertinere, ſi ſpectes nouam ab venere contagionem, febrem vero epidemicam, ſub qua fere incidebat, deberi peſtilentiae tunc temporis per omnem Italiam inde ab anno ſeculi ſecundo et nonageſimo vsque ad finem graſſanti, deinde fere deſinenti, (tunc enim rarior et febris eſſe ſolebat, et morbus fieri longus) naturam eius et ſymptomatum formam eſſe ita comparatam, vt, quam proxime abſit a lepra morbus Gallicus, abunde intelligatur. Quae an rite aſſecutus fuerim et recte deſcripſerim, viderint periti rerum arbitri, non tenebriones ſub quadam chartacea aegide tuti. Hos enim praetor non curat, neque ego iudicia perhorreſco, modo docti hiſtorici, experti medici, boni viri, aequi et in hoc litterarum genere probe verſati iudicis perſonam praeclare tueri et poſſint, et velint. Scripſi Ienae Saxonum Calend. April. cIↄIↄCCLXXXXIII.

non licuit mihi eſſe liberali. Fontes Hiſpanorum aliquos, quos ipſe adire non poteram, mihi beneuole aperuit Cl. Sprengel.

MORBI GALLICI
ORIGINES MARANICAE.

Nouos et incognitos morbos ſvel a caeli aërisque vi, vel a fortuitarum rerum concurſu et oriri poſſe, et vere ortos eſſe, hoc quidem nouum et inauditum prius non eſt, hoc vero quam maxime mirum et incredibile plurimis fore putamus, interdum quaedam morborum genera incidere potuiſſe, quorum origo prima medicos latuerit, hiſtoricos fefellerit, poſteros vel poſt ſecula incertos et dubios reliquerit. *Elephantiaſis* *) Pompeii aetate accidit in Italia. *Carbunculus* **) primum in Italiam venit, L. Pavllo et Q. Marcio cenſoribus, peculiare Narbonnenſis prouinciae malum, item *gemurſa* ***), morbus inter digitos pedum naſcens,

 vterque

*) Hiſt. Nat. XXVI. 5.

**) Ibid. c. 4.

***) Ibid. c. 5. et. *Trilleri* Comm. De morbo ardenti, Gum retha, p. 264. ſeq. T. III. Opuſc. qui eam ad clauos refert, rectius *Dalechamp.* ad phlegmonem carbunculoſam.

vterque breui reſtinctus. Apparuit Romae *colon* *) et lichen oris vel *mentagra* ſub TIBERII **) principatu ***), occupans in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendens vero et in colla pectusque ac manus, foedo cutis furfure. *Variolae* et *morbilli* inde ab ſeculo quinto in Arabia ***) fuerunt exitioſae, poſthaec per omnem terrarum ambitum diffuſae, propagatae, fotae. *Scorbutus* ****) ſub finem ſeculi quinti et decimi nauigantium corpora male habere coepit, clades profecto nefanda et indigna. *Sudor Anglicus* †) a. cIↄccccLXXXVI. in exercitu Regis, HENRICI VIII. inopinato erupit, ſequente demum ſeculo ad exteras nationes progreſſus, iterumque euanuit. *Peticulas* ††), etſi multo antiquiores nobis eſſe videantur, in Italia primum apparuiſſe a. cIↄIↄV. et XXVIII. auctor eſt FRACASTORIVS. *Conuulſio*

*) *Plin.* Hiſt. Nat. XXVI. 6.

**) *Plin.* Hiſt. Nat. XXVI. 2.

***) *Reiske* Opuſc. med. ex monim. Arab. et Ebraeor. ed. *Gruner* Obſ. I. p. 8.

****) v. noſtras Antiquit. Morb. p. 132.

†) Morb. Antiquit. p. 65. et 67.

††) *Fracaſtor.* Morb. Contag. II, 6. Priora veſtigia v. Antiq. morb. p. 110.

uulſio cerealis *) in Haſſia a. cIↄIↄLXXXXVI. maligna et epidemica fuit, et *rachitis* **) priſtino ſeculo Anglorum infantes vehementer vrgere viſa eſt, vt taceam alia morborum genera nuperrime hinc inde viſa et deſcripta. In his fere et tempus, quo primum graſſari ac increbreſcere coeperint, et origo, vnde et a quibus venerint, ſatis in aprico eſt, at vero ſi *de morbo gallico* ***) quaeritur, ſtupent omnes, quo demum loco habeant vel quo nomine inſigniant, cui morborum familiae adſignent, quam medendi viam ſequantur, neſcii atque ignari. In hoc rerum lubrico, vt fieri ſolet, alii aliam ſententiam publice priuatimque profeſſi, et ſimilitudine ſymptomatum vel decepti, vel inducti, in diuerſas partes abire voluerunt, vt cete-

*) Morbor. Antiqu. p. 102. Primum in hac materia libellum, quem profeſſores Marburgenſes ediderunt, nuper operis mandaui propter raritatem et vtilitatem.

**) Ib. p. 141. cf. *Sigism. Hahnii* Schidia Cyrtonoſi, Suidnic. 1735. 4. maxime ob icones lepidiſſimos vel aſpectu horrendos, quatenus cyrtoma aetati infantili, mediae et decrepita ex[illegible]niat.

***) Has lites multis delibaui Antiqu. Morb. p. 69. ſeq.

ris magis ſapere viderentur. Primo nominatus *morbus gallicus* eſt, quia eum in exercitu regis Gallorum, CAROLI VIII. inde ab a. CIↃCCCCLXXXXIIII. deprehenſum eſſe communis rumor erat, deinde *morbus Neapolitanus* et *Hiſpanicus*, maxime a Gallis, vt morbi foedi et turpis infamiam a ſe ad hoſtes amolirentur; poſt ſeculo inſequenti *morbus Indicus* vel *ſcabies Indica*, cum quidam medici et hiſtorici eius origines ex India occidentali, id eſt, America nuper detecta repetendas cenſerent, tandem *lues venerea*, inprimis ſub auctore FERNELIO, vt nomen et rei, et fonti mali quam maxime conueniret, neque memoria morbi fallax, cum iam omnium eſſet hominum et populorum, ad poſteros perueniret. Alii a loco, vnde vulgo ſerpere coeperat, vitium *pudendagram* *) nominarunt, alii ab ſimilitudine ſymptomatum *ſaphati* ſ. *aſaphati* **); alii eum *leprae* ***) addixerunt, cui perſimilis et foeditate cutis,

*) *Torrella* De Pudend. p. 491 ed. BOERH. T. I.

**) *Monteſaur.* ib. c. 3. 115. ſeq. et maxime *Tanus* p. 28. ſeq.

***) *Cuman.* Obſ. 4. p. 52. *Grünbeck* De peſtil. ſcorra v. 90. p. 56. *Tanus* l. c. p. 113. et *Alex. Benedict.* p. 39. Aphrodiſ.

tis, et ſingulorum malorum forma, et curationis modo, et tranſitu eſſe videbatur, alii *elephantiaſin* *) vel *ſcabiem* **) ſubeſſe cenſuerunt, alii *aſtrorum* ***) *vim et coniunctionem* accuſarunt, (id quod iſto tempore acciderat,) certe *caeli vim* ****) non excluſerunt, alii *aeris intemperiem et pluuiarum copiam* †), cum eo anno Italiam omnem infeſtarent, cauſſam epidemici ††) morbi eſſe contenderunt. Ego vero hanc auctorum diſſenſionem et opinionum fluctuationem coniunctione quadam leui facillime componendam et tollendam eſſe cenſeo. Morbus enim cum plures ſimul corriperet, *epidemicus* omnino dicendus eſt, et cum febrem ſub hoc tempore fere adiunctam haberet, videtur haec repe-

*) *Naucler.* p. 38. ed. Aphrodiſ. *Aquilan.* De Morb. Gall. c. 1. p. 5. T. I. cf. *Leonicen.* ib. p. 37. et *Tan.* p. 24.

**) *Leonicen.* ib. p. 37. et *Tanus* p. 136.

***) *Grünbeck* De peſtil. ſcorra p. 57. Aphrodiſ. ed. noſtr. et De Mentagra p. 66. dubitanter *Tanus* p. 58.

****) Hoc primus ſtatuit *Leonicen.* p. 36. T. I. calidam et ſiccam accuſat *Tanus* p. 60.

†) *Tanus* p. 70.

††) Ita *Leonicen.* p. 36. negauit poſt alios *Tanus* p. 63.

tenda ab aſtrorum influxu *) et mutata hinc aeris humidi et pluuioſi temperie repetenda. Graſſabatur etiam per plures annos ad finem vsque ſeculi in Italia peſtis, cuius vis et impetus fere ſolet ad inguina decumbere hominemque a periculo liberare. Quo ſub rerum ſtatu corpora ciuium ſatis apta erant et nouo fomiti, et morbo naturalium turpi ac miſerando, modo vulgiuaga venus et communis materia ſuperaccederet. Haec vero iurgia, vnde demum cunque orta ſint, hoc certe ratum et firmum faciunt, plurimos eius aetatis medicos neſciiſſe foedi morbi et locum natalem, et naturam, communia ergo artis praecepta huc tranſtuliſſe, vt malo turpi, quoad eius fieri poſſet, occurrerent, et propter ſimili-

*) Rident hanc plurimi recentiorum medicorum, confirmat obſeruatione ſua *Burkhard* (ap. *Kaempf* Abhandl. von einer neuen Methode die hartnäck. Krankh. zu heilen, Leipz. 1786. p. 565. ſeq.) neque ſi rite aeſtimetur, adeo vana eſſe videtur. Cf. ſi placet, de hac materia phyſica et medica *Canones ſicut breuiſſimi ita etiam doctiſſimi, complectentes praecepta et obſeruationes de mutatione aurae Clariſſ. mathematici* Ioannis Verneri *Norici. Norimb.* 1546. Hic enim multus eſt in aeris propter ſtellarum vim mutationibus explicandis.

ſimilitudinem primum balnea calida commendaſſe, cum ad cutim materia ruere videretur, deinde vnguenta ex mercurio membris ſuperhabuiſſe, quia medici Arabes eorumque adſeclae ſic cutis vitia et lepram conſimilem curarant, vltimo ad calidam aquam Guaiaci ſimiliumque deueniſſe, vt cutim laxando atque ſudorem eliciendo infandam luem e corpore omnino propellerent.

Solebat vitium *) poſt coitum incipere a pudendis, et puſtulis variae formae **) ſe prodere, mox totum corpus occupare, in primis faciem, et praeter foeditatem magnum inferre corporis cruciatum, ita tamen, vt fere ſub ſeptimo die vel nono, quarto et decimo vel viceſimo febris ***) ſuperueniret,

*) *Marcell. Cuman.* l. c. *Leonicen.* p. 17. *Sebaſt. Aquilan* p. 11. *Tanus* p. 57. et 75. 108. maximeque p. 119.

**) *Tanus* p. 105. et *Pinctor* c. 5. p. 94.

***) *Leonicen.* p. 36. nominat febrem exiguam, *Pinctor* l. cit. p. 25. 101. dies rite definit, *Tanus* p. 50. 51. raram aut nullam eſſe, vel ſaepius fieri ex alia materia p. 54. *Corius* p. 451. *Carolum* regem expreſſe dicit variolis correptum ib. *Comineus* ſeptimo die fere, vt *Pinctor*.

ret, puſtularumque prouentum adiuuaret, dolores vero artuum crudeliſſimi has exciperent, ſi iuſto citius vnguenta repellentia puſtulis imponerentur. Solebat morbus vere vel autumno *) fieri et exacerbari, dolor vero minui prouentu puſtularum **), quae primum ſparſae et milii ſimiles erant, deinde vlceroſae et cruſtoſae ***), lupini, fabae vel paruae nucis magnitudine, aquam citrinam ****) plorantes, dolore vario, pulla veſtigia in cute relinquentes, interdum et interioribus partibus †) inuentae.

Contagium fere fiebat a *coitu* ††), hinc familiare lenonibus, meretricibus †††) ceteriſque impuris hominibus erat, deinde *per poros* ††††), tum *ſuctione*, *oſculis* †††††), *linteis*

*) Ita *Tanus* l. cit. p. 161.

**) *Pinctor* c. 13. p. 105. et *Tanus* p. 117. et p. 180.

***) *Tanus* p. 28. et p. 178.

****) *Leonicen.* l. c. p. 39. et *Tanus* p. 146. *Alex. Benedict.* p. 39.

†) *Tanus* p. 98. et 105.

††) In hoc omnes conſentiunt, *Cumanus* p. 52. *Gilin.* ib. *Tanus* p. 69. 104. 108. *Pinctor* p. 69. *Almenar* p. 361.

†††) *Tanus* p. 57.

††††) *Tanus* p. 104.

†††††) *Tanus* p. 70. 104.

teis *) contaminatis, vt in ſcabie, cum cutis omnis puſtulis eſſet cooperta, *commeſtione ac inordinata cum vaſis, praecipue affectorum, ex regis aduentu potatione* **), *confabulatione*, praecipue ad os admoti dum loquuntur vel oſculantur ***), *ſomno cum infectis vel in eorum cubili* ****), *abraſione ab infectis et eorum nouacula* †), denique *manuum attactu* ††) etc. In his recipiendi contagii modis et coitus, et cutis puſtulis vlceroſis plena ſub hoc tempore ceteris praeſtare videbantur, hinc forte *linteaminibus*, *vt ſcabies*, *haec contrahebatur labes* †††), et *ſola dedecoratio* eſſe credebatur. Quin ipſe morbus, ſi Tano ††††) fides ſua conſtat, in Italia ſaeuiit prius, quam Gallorum exercitus adueniret. *Lenones*, inquit, *meretrices atque luxurioſe viuentes non ſolum poſt regis aduentum, ſed et antea, nullo ſeruato vitae ordine modoque, ex quo corruptis etiam repleti humo-*

*) *Tanus* p. 104.

**) Ita ad verbum *Tanus* p. 57. inprimis p. 133.

***) *Tanus* p. 70. 104.

****) Sic *Tanus* ib. et p. 136. 179.

†) Sic *Tanus* p. 70. 104. 112. 179.

††) *Tanus* p. 104.

†††) Sic *Tanus* p. 136. 137.

††††) L. cit. p. 71.

humoribus, *merito primi a deo percuſſi ſunt.* Neque hoc ſilentio praetermittendum putamus, ſub hiſce temporibus famem *), peſtem et febres malignas **), item immenſas inundationes per totam Italiam ***) extitiſſe, Gallos ****) fuiſſe propter ſtupra, luxuriem ac ebrietatem omnibus inuiſos, medicos etiam inter ſe valde diſceptaſſe, morbus ſit vnus, nec ne, an diſpoſitio †) dicenda, inunctio doloribus, an puſtulis ††) conueniat cet. Haec aliaque, quatenus fidem hiſtoricam habent et prae ſe ferunt, memoraſſe ſufficiat.

Iam vero inſolito morbo perculſi homines ſtupebant, medici fluctuabant incerti, et inter ſe vehementer diſputabant, quid de hac lue ſentiendum eſſet. Pauci eam vete-

*) *Memoir. de Comines* à Bruſſ. 1714. L. 7. Ch. 9. p. 581. T. II.

**) Ita *Tanus* p. 56.

***) *I. Phil. Bergomenſis* Nouiſſ. omn. hyſtoriar. repercuſſ. L. XVI. p. 443. in *Supplem.* Chronic. Venet. 1503.

****) *Alex. Benedict.* De Bello Venet. I. p. 75. in *Iuſtinian.* Rer. Venet. Hiſt.

†) De hoc vid. *Tanus* p. 36. et 37.

††) *Tanus* p. 190.

veterem eſſe contendebant, plurimi nouam dicendam profiteri et quaeuis audere non erubeſcebant. Hinc triplex nata eſt de originibus opinio. Alii eam, quatenus a venere impura proficiſci ſolet, ſemper in rerum vniuerſitate *) fuiſſe aiunt, alii eam ex America repetunt, quia haec mundi pars incognita ſub hoc tempore per Colvmbvm **) fuerat recens detecta, qui prima Septembr. luce 1492. ſoluit ab Hiſpanis littoribus, alii eam in Italia ſubito natam et diffuſam eſſe profitentur, ita tamen, vt iterum vel aeris caelique vim, vnde epidemicus morbus veniret, vel Gallos accuſarent. Quod ad primam opinionem attinet, hoc quidem certum ac indubitatum eſt, homines nunquam ſibi

*) Storia generale e ragionata dell' origine, dell' eſſenza o ſpecifica qualità dell' infezzione venerea di ſua ſede ne' corpi e de' principali ſuoi fenomeni di *Pierant. Perenotti di Cigliano*, in Torino 1788. et Del vario modo di curare l' Infezzione venerea e ſpecialmente dell' uſo vario del Mercurio Storia generale e ragionata ib. verſ. germ. a Cl. *Sprengel*, Leipz. 1791. Hic vero ad calcem haud leuia dubia mouit, inclinat tamen in hanc opinionem l. Verſuch einer pragmat. Geſchichte d. Arzneyk. 2. Th. p. 427.

**) Navigat. *Chriſt. Columbi*, c. 84. p. 98. in Nouus Orbis Region. ac Inſul. veterib. incognit. Baſ. 1532.

ſibi temperaſſe a venere vulgiuaga, ideoque ab hiſtoricis *) ſtupenda narrari exempla, quin ſub finem ſeculi XV. increbreſcere vitia genitalium venereis ſimilia **), ſed ea fere leproſa. Haec vero, niſi de verbis diſceptare volumus, vt ferri quidem et defendi poſſunt, ita etiam corpora fuiſſe apta ad recipiendam contagionem affinem ſatis declarant. Medici enim et chirurgi horum temporum bene verſati in cognitione morborum

*) Placet hunc locum reliquis attexere, quem in *Windeks Chronik von Siegmund in Gaſslers Beiträgen zur deutſchen Sittengeſchichte des Mittelalters, Wien*, 1790. 8. S. 138. inueni. „In dem Jare als man zalte tauſent vierhundert, vnd in dem vierzehenden Jare da gewann Kunig Lasle von Noples die ſtat Rome mit Gewalt vnd mit poshait, wann In etliche Romer durch die Mawer einliſſen vnd babſt Johann der muſste von dannen weichen vnd treib der Kunig vil wunderſt in Rome und ſtalte ſein pferde in ſanct Peters münſter, das ſtunt wol ein Jar alſo, vnd ward doch verrichtet, daz er wieder haim zog. — Da ſtarb der Kunig Lasle eines jehen Todes vnd er fullet von ſeinem Gemechte pis an ſein Herze, das tet Im eines Bidermannes Tochter von Noples die er genozoget hatte wider Iren willen."

**) Haec bene poſt *Henslerum* oſtendit *Sprengel* ad *Perenotti* p. 365.

borum cutaneorum, cum maxime leprae, tantum non omnes nouitatem morbi mirantur et ſtupent, et ſimilitudine quorundam ſymptomatum opinantur eam vel eſſe leprae proximam, vel in eam tandem tranſire, leproſi *) vero Gallico morbo correptos cane peius ac angue fugiunt et procul abeſſe iubent. Ex hoc, ni omnis fallor, certiſſime colligitur, foedum morbum non fuiſſe omnino eundem, ſed paullo diuerſum et a cauſſa quadam inſolente productum. Quam in venere impura per ſe latuiſſe vix affirmandum eſt.

Altera opinio primos fautores habuit ſub initio ſeculi XVI. Nicol. Poll, Leon. Schmavss et Vlric. ab Hvtten, et poſthaec plurimos inuenit adſeclas, recentiſſime vero Cl. Astrvc omnem ingenii vim adhibuit, vt, qua eſſet doctrinae copia, has origines certas faceret. Sed ſubdubitauit Sanchez **), et receptam fidem minuere ſuſcepit, epidemiam fuiſſe ratus indigenam, non peregre in Europam delatam. Secutus eum eſt

*) Ap. *Trithem.* Aphrodiſ. p. 54.

**) Abh. über den Urſprung der Venusſeuche — überſ. von *Weber*, Bremen 1775.

eſt Cl. Hensler *), et rem ipſam tam dilucidam ex fontibus fecit, vt, quid recte regeri poſſit, vix et ne vix quidem videretur. Regeſſit tamen Cl. Girtanner **), vſus clypeo Astrvci et ſcriptorum Hiſpanicorum auctoritate, et vel ipſum diem quartum Martii cIↃCCCCLXXXXIII. Europae fatalem, foediſſimae luis parentem, nominandum cenſuit, ſub quo Colvmbvs ab prima expeditione rediit, negauit vero hanc ασφαλειαν Cl. Hensler ***), et quam audax in affirmando, quam falſus in defendendo ille ſit, argumentis haud proletariis, id eſt, vere hiſtoricis comprobatum iuit. Venit in ſubſidium Girtannero Cl. Arneman ****), excerpta nominat Anglica, ſed bona ſua ſecum recluſa

*) Geſchichte der Luſtſeuche, die zu Ende des 15. Jahrh. in Europa ausbrach, I. B. Altona, 1783.

**) Abh. von der Luſtſeuche, I. B. Götting. 17. et parte 2. ac 3. ex ſcriptoribus excerpſit, quae e re ſua erant, ſed boni fidique hiſtorici partes mihi non ſatis tuitus eſſe videtur.

***) Ueber den weſtindiſchen Urſprung der Luſtſeuche, Hamb. 1789.

****) De morbo venereo analecta quaedam e mſc. muſei Britannici Londinenſis, Gotting. 1790. p. 6. et 7.

recluſa tenet, ergo donec meliora nos edoceat, in numero militum leuis armaturae mihi collocandus habendusque videtur.

Ego vero rem omnem ex aequo et iuſto aeſtimans non poſſum non in contrariam partem abire, primum quia deeſt certus et oculatus teſtis, talem luem fuiſſe ſub hoc tempore, id eſt, a. cIↃCCCCLXXXXIII in America endemiam, qualis erat Italica, et ſi habuiſſent Indi puſtulas foedas, mirum eſt neminem in captiuis nudis *) et publice venditis eas vnquam et vidiſſe, et memoraſſe; deinde nondum euictum eſt bubarum **), Americanum cutis vitium, vere ſub hac tempeſtate delatum in Hiſpaniam eſſe, aut tam ſubito deferri potuiſſe in Italiam, vt ſufficeret omni exercitui Gallorum inficiendo, tandem

*) Hoc recte vrget *Thiery* Obſervations de Phyſique et de Medecine faites en differens lieux d'Eſpagne. On y a joint des conſiderat. ſur la lepre, la petite verole et la maladie venerienne, à Par. 1791 T. I. 2. Neque tales memorantur in *Americi Veſputii* nauigatione prima, p. 168. Noui Orb.

**) Hanc longe differre ſtatuit *Sanchez* l. cit. p. 61. et *Piſo* De Indiae vtriusq. Re Natural. II. 16. p. 43.

ſumma eſſet iniuria vel impudentia, ſi Hiſpani malum recens ex India acceptum et propagatum Gallis, vt inſolitum ac nouum, adſignare voluerint. Fac vero, hoc ita ſe habuiſſe, repugnat tamen dictis ipſa hiſtoria. Nam, vt infra dicemus, morbus in Italia fuit ante aduentum Gallorum et Hiſpanorum, nomen populare a Gallis accepit, ab Hiſpanis minime, vtpote ſerius Italas oras appulſis, communis omnium demum factus eſt poſt pugnam a. cIↃCCCCLXXXXV. et demum miniſterio militum, meretricum ac id genus aliorum hominum per omnem terrarum ambitum breui temporis ſpatio diffuſus.

Reſtat ergo vltima opinio, qua morbi Gallici natales in Italia quaerendi eſſe videbantur. Docet morbi nomen Gallos fuiſſe primos, in quorum corporibus detegeretur et vulgaretur, at vero morbi natura, quatenus veneri ſoli debetur, abhorret multum ab iis, quae alias vſu venerant. Nam praeter ſymptomata vulgaria et genitalibus propria, vitium coitu contractum doloribus ac puſtulis cutis turpibus cognoſcebatur, fereque illi ceſſabant, vbi febris beneficio ad cutim deferbuerat. Accedebant et alia cutis mala, quae leproſis familiaria eſſe ſolebant, ſed

ſed hoc nouum et inauditum prius erat, morbus cum talis eſſet, eum ſubito plurimos ſimul inuadere atque lente occidere potuiſſe. Hoc vero ſupponit et miaſma leprae ſimile vel degeneratum et epidemicam aeris conſtitutionem. Hanc Nic. Leonicenvs aliique primum imbribus crebram et humidam, deinde calidam et ſiccam fuiſſe contendunt. Nominant etiam peſtem inde ab anno ſecundo et nonageſimo vsque ad finem ſeculi et vltra perdurantem Navclervs *), Infessvra **), Delphinivs ***), Bvrchardvs ****), Zvrita, Sciphover †) etc. Ecquis audeat amplius negare primam luem dicendam fuiſſe epidemicam partim propter ipſam peſtem ††) et alias febres malignas omni Italiae infenſas, partim propter celerrimam propagationem ſub confluxu militum. Solet peſtis, ſolent febres putridae malignae celebrari humorum ad inguinis glandulas decubitu, ſunt ergo ſine dubio haec prima cauſſa, cur prima lues, id eſt, morbus gallicus hoc in loco potiſſimum

*) Aphrodiſ. n. 1. p. 38.

) Ib. n. 2. *) Ib. n. 3. ****) Ib. n. 4.

†) Ib. n. 18. p. 71.

††) Vid. *Engel* ib. p. 120. not.

erumperet atque in poſterum gliſceret, etiamſi aeris conſtitutio immutata eſſe, febris omnino deſiiſſe noua iterum materia ſuperacceſſiſſe videretur. Memorant auctores vitia cutis omnigena, verrucas, caſum oculorum et pilorum, cariem, cancrum penis, condylomata, mariſcas, bubones, gonorrhoeam rel. Haec vero vitia leprae ſunt propria *), ſed haec tunc temporis non adeo frequens erat, reliqua magis propenſio ad cutis foeditates et turpitudines, a quibus fieri morbus Gallicus coepit. Hanc materiam febre populari cieri atque huc deferri facile potuit, modo ſuperaccederet nouus fomes veterem ac eneruatum morbum veluti reſuſcitans.

Iam vero, Fvlgoso **) teſte, *biennio* (1492.) *ante quam* Carolvs *veniret, noua aegritudo inter mortales detecta, cui nec nomen, nec remedia medici ex veterum auctorum diſciplina inueniebant, varie, vt regiones erant, appellata,* et ſub auctore Coccio Sabellico ***) *nouum*

*) Vid. de his claſſicum librum *Hensleri* Vom abendländ. Auſſatz, Hamb. 1790. et p. 123. ſeq. febrem ſub leprae acceſſione adfuiſſe recte memorat.

**) Aphrodiſ. n. 23. p. 115.

***) In b. . 28. p. 116.

uum morbi genus coepit tota Italia vulgari ſub primum Gallorum in ipſam terram deſcenſum (1494.) *priore anno* (1493.) *inchoatum*, fieri ergo nullo modo poteſt, vt Galli tantae tamque exitioſae luis auctores et parentes haberi amplius queant. Sunt ergo aliunde quaerendae noui morbi origines, ſunt nominandi *Marani* ſiue *Mauri Hiſpania pulſi*. De his enim ſub anno 1492. expreſſe NAVCLERVS*): *In itinere abeuntium Iudaeorum*, inquit, *triginta millia peſtis abſumſit.* Eodem **) tempore etiam *Marrani* Romae ad portam Appiam morati effecerunt, *vt in continenti peſtis inuaſerit vrbem, mortuique ſunt quam plurimi ex peſte et contagione dictorum Marranorum, de quibus tota vrbs impleta eſt.* Quin iſta *peſtis (ita enim viſa eſt* ***) *primo ex Hiſpania in Italiam allata, ad Hiſpanos ex Aethiopia, breui totum terrarum orbem comprehendit.* Immo vero LEO AFRICANVS ****), natu Granatenſis, maiorem rei fidem ita facit: *Huius mali ne nomen quidem ipſis Africanis ante ea tempora*

*) L. cit.

**) *Infeſſura* ib. et in Script. hiſtoric. medii aeui ed. *Eccardo* T. II. p. 2012.

***) Sic *Fulgoſus* l. cit. p. 116.

****) Ibid. n. 38. p. 125.

notum fuit, quam Hiſpaniarum rex, Ferdinandvs, *Iudàeos omnes ex Hiſpania profligaſſet. Qui vbi iam in patriam rediiſſent, coeperunt miſeri quidam ac ſceleratiſſimi Aethiopes cum illorum mulieribus habere commercium, ac ſic tandem velut per manus peſtis haec per totam ſe ſparſit regionem, vt vix ſit familia quae ab hoc malo remanſit libera. Id autem ſibi veriſſime atque indubitate perſuaſerunt, ex Hiſpania ad illos transmigraſſe. Quamobrem et illi morbo ab Hiſpania malum Hiſpanicum, ne nomine deſtitueretur, indiderunt. Tuneti vero, quemadmodum et per totam Italiam, morbus gallicus dicitur.* His fere aſſentit Trithemivs *). *Morbus ille turgentium puſtularum a Gallis incipiens,* inquit, *per Italos venit ad Germanos. Habuit autem ſuae infectionis peſtiferae principium in Hiſpanis, ab Hiſpanis pullulauit in Gallos.* Neque abſimiliter Pavllvs Iovivs **), etſi paullo incertior: *Fuerunt, qui crederent, id malum ab nouo orbe ad occidentem reperto initium duxiſſe, et ab Iudaeis, ſub id tempus tota Hiſpania pulſis, in Italiam ceterasque regiones vario eorum errore delatum ſub id tempus, quo* Carolvs *paſſim victor Italiam percucurrit.* Haec quidem teſti-

*) Ibid. n. 13. p. 54.

**) Ib. n. 40. p. 125.

teſtimonia ſunt tam perſpicua, nihil vt magis. Hiſpani enim, quiqui tantae luis auctores nominantur, ſunt Marrani ex Hiſpania pulſi et in Italiam profugi, Galli *) vero, per Langobardiam et Etruriam iter facientes calendis Ianuariis 1494. regnante ALEXANDRO VI. Romam **) peruenerunt, et quinto cal. Februar. iterum diſceſſerunt, hinc ſine dubio noui morbi reliquias inſcii et caeci receperunt, poſteaque alios ſua contagione infecerunt, cum corporum armorumque miſcendorum copia daretur. Hinc commune *morbi gallici nomen* mihi videtur eſſe repetendum.

Mauri ***) anno 714. in ſubſidium vocati contra RODERICVM, regem Gothorum, ex Africa ad Hiſpaniam per fretum Gaditanum appulſi, intra triginta menſium ſpatium igne ac ferro omnem Luſitaniam et Hiſpaniam occuparunt, illam vsque ad a. 1017. hanc vſque

*) *Mich. Coccinii* Opuſc. De Rebus geſtis in Italia, Tubing. 1512. et Memoir. *de Comines*, T. 2. p. 529. et L. 7. c. 9. p. 581.

**) Vitae ducent. et triginta ſummor. pontific. auct. *Ioh. Stella*, Baſil. 1507.

***) Breuem hiſtoriam ex hiſtoricis Hiſpan. dedi Almanach 1792. n. 14. p. 188.

ad a. 1216. fere tenuerunt. Tunc vero rex FERDINANDVS III. eos, ſpoliatis variis prouinciis, regno Granatenſi concluſit, neque fere bellum inteſtinum deſiit, donec poſt innumeras clades, rapinas, vaſtationes, miſerias, famem et inopiam rerum omnium *), rex Maurorum, BOABDELIS, cogeretur caſtellum Granatae munitiſſimum, ſe populumque omnem regi Hiſpanorum calend. Ianuar. 1492. tradere. Tunc per edictum menſe Martio iuſſi ſunt *Iudaei omnes, niſi mutarent, ex omni ditione diſcedere* **), et catholicis *intra quatuor menſes* interdictum eſt, habere *cum ea gente commercium, grauique ſupplicio, ſi quis, eo decurſo tempore, victu aut re alia quapiam eos homines iuuaret.* Sic vltra octoginta millia ***), Hiſpania miſſa, Africam, Italiam,

*) *Marinei* Hiſt. de Reb. Hiſpan. L. XX. p. 499. T. I. et L. XXV. p. 115-144. Append. v. *Hiſpan. illuſtrat. Mich. Ritius* De Regib. Hiſpan. p. 1073. ſeq. T. I. *Tarapha* De Regib. Hiſpan. p. 567. T. I. *Car. Verardi* Expugnatio Regni Granatae p. 861. ſequ. T. II.

**) *Mariana* Lib. XXVI. c. 1. p. 144. et L. XIX. c. 22. et *Zunniga* Annales eccleſiaſticos ſeculares de la ciuidad de Sevilla l. XII. n. 5. p. 410. ed. Madrit.

***) *Ferrera's* Geſchichte von Spanien B. 8. S. 250. f.

Italiam, Luſitaniam, Galliam rel. petierunt, ſpoliati omnibus bonis *), omni malorum **) genere vexati et diris deuoti, peſte ***) miſere oppreſſi.

Quin inde ab a. 1483. ab rege FERDINANDO †), ſuaſore purpurato DE TORQVAMADA, reginae ISABELLAE amico, ſacra inquiſitionis tribunalia, conſentiente Pontifice Maximo, INNOCENTIO VIII. ††), contra Iudaeos

*) *Ferrera* eb.

**) *Petr. Martyr.* Legat. Babylon. L. III. p. 420. 426. ed. Colon. 1574.

***) *Çurita* T. V. L. I. c. 6. §. p. 9. a.

†) De quo vid. *Beckers* Geſchichte Ferdinands, des Catholiſchen, I. Theil. Prag 1791. 8.

††) Bullarium Roman. Luxemb. 1727. T. I. p. 429. ſeq. leg. ad verbum ap. *Raynald* Annal. eccleſ. a. 1485. T. XIX. p. 353. *Infeſſurae* Diar. Vrb. Romae p. 1979. T. II. Corp. Hiſtoric. medii aeui, edit. *Eccardo.* Hic dic. ſcriptam *bullam contra quosdam Hiſpanos Iudaeos vel haereticos, vulgariter dictos Marrani lingua Hiſpana. Marineus* De Reb. Hiſpan. XIX. 22. p. 328. ſeq. *Pluers* Geſchichte der Spaniſchen Inquiſition in *Büſching's* Magazin für Hiſtor. und Geographie B. 5. S. 96. f. *Çurita* Annales de la corona de Aragon. l. XX. c. 49. T. IV. f. 323. a. et f. 324. *Mariana* Hiſtoria del regno de Caſtila L. 25. c. 7. et *Raynald* Annal. eccle-

daeos et Maranos haereticos inſtituta ſunt, ea quidem ſaeuitia et crudelitate *), vt facta, et

eccleſiaſt. T. XIX. p. 353. ed. Colon. Huc etiam pertinere videtur *Paſquillus Marranus exul* (1520. 1. plagg. in 4.) ſed haec inuectiua *Lutherum* eiusque ſectatores ſolos ferit.

*) Hanc ſequenti libello ad viuum expreſſam legimus et lubenter excerpſimus, vt quisque ſuo vti poſſit iudicio. „Samml der Inſtruction des ſpaniſchen Inquiſitionsgerichts. Geſammlet auf Befehl des Card. Don Alonſo Maurique — Aus d. Span. überſ. von *I. D. Reuſs*. Nebſt einem Entwurf der Geſchichte der Span. Inquiſition von *L. T. Spittler*. Hannov. 1788. 8. „Alles zum Vortheil des Königs, und nicht der Kirche. Es war nach damaliger Inquiſitionspraxis etwas unerhörtes, daſs alle Güter der Verurtheilten dem Königl. Fiſcus anheim fallen ſollten, daſs ſelbſt nicht kathol. Kinder Erben des Vaters werden ſollten, wenn der Vater einer Ketzerey verdächtig geworden war. Nichts fiel der Apoſtoliſchen Kammer zu, nichts dem Fiſcus des Biſchofs, nichts der Gemeinheit des Orts, wie doch ſonſt oft auch gewöhnlich war. Alles zog allein der Fiſcus des Königs." S. 18. Vorr.

„Es iſt unbegreiflich, daſs ſich der Pabſt bewegen lieſs, ein Inſtitut dieſer Art zu erkennen. Hier war ein Tribunal, das inappellabel über Orthodoxie und Heterodoxie erkannte, und doch kein eigentliches Kirchentribunal war. Ein Tribunal,

et edicta omnem fidem, humanitatem, aequitatem et iuſtitiam ſuperent. Hinc mirari deſina-

bunal, das jeden Biſchof oder Erzbiſchof fodern konnte, und doch allein nur einem Layen, dem Könige, Verantwortung ſchuldig war. Ein Tribunal, das allein nur nach königl. Inſtruction ſprach, allein nur vom Könige willkührlich beſetzt wurde, und doch jeden Erzbiſchof oder Biſchof bis zum Tode zu verurtheilen berechtigt war, ohne daſs eine Appellation an den Pabſt den Prozeſs auch nur aufhalten konnte." S. 21. Vorr.

„Es ſchien billig, daſs ſich der König, wegen der Koſten der Inquiſition, auf irgend einige Weiſe entſchädigte. Die Glaubenseinigkeit, von der doch bey den damaligen Verhältniſſen mit den Arabern, die ganze Wohlfahrt des Reichs abhieng, ſchien ohne einen gewiſſen beträchtlichen Aufwand nicht behauptet werden zu können." S. 36. Vorr.

„Sichtbar hatte es eigentlich bey der erſten Anlage des neuen Inſtituts blos *den heiml. Juden und heimlichen Muhamedanern* gegolten, ſichtbar nicht einmal den Ketzern aller Art. Gerad als groſse Staatspoliceyanſtalt, hatte die neue königl. Inquiſition blos die Richtung bekommen, die nach den damaligen Bedürfniſſen von Spanien die Hauptrichtung einer ſolchen groſsen Policeyanſtalt werden zu müſſen ſchien. Doch auch ſchon nach der erſten Richtung muſste ſich ſchnell die Wirkſamkeit derſelben weiter erſtrecken, als im erſten Plane lag,

deſinamus fata Maranorum, quos non ſatis erat rabie regia ſub ſpecie religionis innumeris

lag, und er griff ſchon gewaltig tief, wie *alles, was Zinns und Wucher betraf, als ein Appertinenzſtück des zu entdeckenden Iudaiſmus*, zur Jurisdictionalſphäre des Königl. Inquiſitionsgerichts gezogen wurde." S. 41. Vorr.

Ap. Diego Ortiz de Zvniga Hiſtor. p. 482. et Spittler l. c. p. 53. leg. haec inſcriptio. „Anno dei MDLXXXI Sixto IV. Pont. Max. Fernando V. et Elisabeth, Hiſpaniarum et vtriusque Siciliae Regibus catholicis, *ſacrum inquiſitionis officium contra haereticos iudaizantes ad fidei exaltationem exordium* hic (in caſtello Trianae) *ſumſit*, vbi *poſt Iudaeorum et Saracenorum* expulſionem ad a. vſque 1524. XX. millia haereticorum et vltra *nefandum haereſeos crimen* abiurarunt, nec non omnium fere M. in ſuis haereſibus obſtinatorum poſtea iure praeuiis ignibus tradita ſunt et combuſta."

„Inſtruction des Priors des Kloſters zum heil. Kreuz, aufgeſetzt zu Sevilla im J. 1484. Art. 6. S. 11. „Ferner beſchloſſen, daſs, da *die Ketzer und vom Glauben Abgefallenen*, wenn ſie gleich zum kathol. Glauben zurückgekehrt, und auf irgend eine Art wieder zu Gnaden aufgenommen worden, *von Rechtswegen infam ſind*, — ſo ſollen ihm die Inquiſitoren befehlen, daſs ſie nicht verwalten, noch

meris affeciſſe iniuriis, omnibus bonis vitaque pluribus abhinc annis ſpoliaſſe, ſed etiam

noch verwalten können, weder öffentl. Bedienungen, noch Kirchendienſte etc. etc."

Ebend. Art. 7. S. 13. Dieſe aufgelegte *Strafgelder* ſollen *zur Beyhülfe und Unterſtützung des heil. Krieges*, welchen der Durchl. König und Königin *gegen die Mauren von Granada*, die Feinde unſers heil. kathol. Glaubens, führen, wie nicht weniger zu andern frommen Zwecken, die ſich künftig zeigen möchten, angewandt werden. Denn wie *dieſe Ketzer und vom Glauben Gefallene* durch ihr Verbrechen unſern Herrn und unſern heil. Glauben ſehr beleidigt haben, ſo ſollen ſie eben auch, nachdem ſie wieder aufgenommen und mit der Kirche vereinigt ſind, zur Vertheidigung des heil. Glaubens Geldbuſsen auferlegen etc.

Edict des kathol. Königs und der Königin, daſs diejenigen, die in der Gnadenzeit wieder zu Gnaden aufgenommen worden ſind, ihre Güter nicht verlieren ſollen. 1487. den 21 März. S. 134. „Ihr wiſſet wohl, wie unſer heil. Vater dem allgemeinen Verderben, das in unſern Reichen *von wegen der Ketzerey und Abfalls vom Glauben* obwaltete, zu ſteuren und zu wehren wünſchte, und Bullen und Edikte geben lieſs und gegeben hat, *um eine Generalinquiſition in dieſen unſern Reichen gegen die Bekehrten, die unter dem Namen eines Chriſten iüdiſche Irrthümer hatten, und von unſerm heil. kathol. Glauben*

etiam, vt infames, finibus pauperes, nudos et aegros expellere. *Beticam partem*, inquit Mich. Ritivs *), *quam vocant Granatam, Maurique praeſidiis annos circiter octingentos occupatam tenebant, adorti ſexto demum anno rece-*

Glauben abfielen, zu groſser Schmach unſers Herrn und Erlöſers Jeſu Chriſti und ſeiner gebenedeyeten Mutter, kraft welcher Bullen man angefangen hat, *gegen beſagte Ketzerey und Abfall vom Glauben gemeldete Inquiſition in dieſen unſern Reichen zu halten, noch hält und halten wird* etc. etc. et *Sammlung der Inſtructionen des Amts der heil. Inquiſition* v. 1561. Art. 61. S. 200. „Den Inquiſitoren wird aufgetragen, dieſe (San. Benitos) aufzuhängen und zu erneuren, — damit beſtändig das ſchimpfl. Andenken ſolcher Ketzer und ihrer Nachkommen erhalten werde. Es ſoll dabey die Zeit ihrer Verurtheilung angegeben werden, und ob *ihre Verbrechen Ketzerey von Juden, Mauren*, oder *die neuen Ketzereyen des Martin Luther* und ſeiner Anhänger betrift."

*) De Regib. Francor. L. III. De Regib. Hiſpan. L. III. Baſil. 1534. 8. p. 114. l. et p. 115. a. et ap. *Raynald* l. c. *dicuntur neophyti Iudaici generis, in Iudaicam ſuperſtitionem relapſi, profani homines Iudaica lepra infecti, pro iurata caſtimonia vagis ſcortationibus contaminatiſſimi, et chriſtiani clam paternis legibus inuigilantes, quos Marranos hodie vulgus appellat.*

receperunt, ſaepiſſime fuſis acie Mauris, qui maximis opibus obnixi reſiſtebant. — Hiſpaniam purgauerunt omni ſuperſtitione, exactis inde Iudaeis omnibus et iis, qui Iudaeorum ritibus imbuti nomine tenus Chriſtiani, vulgo Marrani, dicuntur, quorum magna vis erat. Eique rei, tanquam praeclariſſimae, applaudit ALEXANDER VI. Pontifex Maximus *) et SVRITA **), multos tamen peſtilentia mortuos in itinere profitetur.

Quae ſi memoria repetimus ſine ira et partium ſtudio, non poſſumus non in eam ingredi ſententiam, hos Marranos, ſi qui alii, de noua lue fore prae ceteris ſuſpectos. Quos ſiue Mauros dixeris, ſiue Iudaeos et Sabbatinos, genere ac origine Africani ſunt, ergo leprae non expertes. *De his autem*, inquit PETRVS MARTYR ***), *quae illi per dominatos a nobis ob eorum ſpurcitiem Sabbatinos Mauros-*

*) Bullar. Roman. T. I. p. 45.

**) *Curita* Hiſtoria del gran. Rey *Hernando Catolico* T. V. l. 1. c. 6. p. 9.

***) Legat. Babylon. L. III. p. 420. et p. 426. Voc. *Marrani* (*Sprengel* Verſuch einer pragmat. Geſchichte d. Arzneykunde Th. 2. S. 571.) idem eſt, ac German. *Schweine*.

Mauroſque rebelles Granatenſes, ad lauacrum baptiſmi per clementiam admiſſos, auribus admiſere. — De Iudaeis autem deterioribusque neophytis exlegibus, quae te cura fatigat? Hi ſunt a meis regibus de omnibus eorum regnis, tanquam rabida peſtis, eliminati. Proh, ſi ſcire vis, quam morboſum, quam peſtiferum quamque contagioſum pecus iſtud, de quo loqueris, ſit. Tactu omnia foedant, viſu corrumpunt, ſermone deſtruunt, diuina et humana perturbant, inficiunt, proſtrant. — Sapientiſſimos viuentium tunc fuiſſe reges fateberis, quando de tam reiiculo et morboſo pecore exterminare cogitarunt. Neque abſimiliter Bleda *): *La ſacroſanta Euchariſtia a muchos infieles alumbro, corporal y eſpiritual: la Reyna de los angelos, Maria ſacratiſſima, repartiò prandes miſericordias entre muchos infieles: el ſanto baptiſmo limpiò de la lepra el hijo del Iudio y curò de innumerables enfermedades a otros infieles.* Videmus homines infelices bello perpetuo et ſub longa obſidione valde

*) Coronica de los Moros de Eſpanna L. VIII. c. 4. p. 880. et p. 897. l. Valenc. 1618. et iam *Valeſcus de Taranta* Philon. chirurg. VII. 29. 201. ed. Venet. 1502. lepram ex elephantico patre acceptam a ſana matre ad filium propagari contendit. Talia recentiores medici etiam de lue venerea ſcribunt.

de debilitatos, fame ac omni malorum genere preſſos ſub itinere febre peſtilentiali variisque morbis correptos, Romae cum epidemica peſte, quam intemperies caeli *) pepererat, conflictatos miſereque perditos. Videmus ſummam ſymptomatum ſimilitudinem, vitia cutis, in primis puſtulas, contagium a coitu etc. ergo quandam morbi Gallici ac leprae veteris affinitatem, et ex parte contagionis modum ac curationem eandem, facileque colligimus, miaſma

 lepro-

*) Hanc ſiderum et lunae vim poſt GALENVM copioſe demonſtrauit TESTA De Vitalib. Period. Aegrotant. et Sanor. Vol. II. c. 2. p. 136 ſeq. BALFOVR Ueber den Einfluſs des Mondes auf die Fieber, überſ. von *Lauth*, Strasb. 1786. et vberius „Neues Syſtem über die faulen nachlaſſenden Inteſtinalfieber und den Sonnen- und Mondeinfluſs auf dieſelben, nebſt ihrer ſichern und verbeſſerten Heilart, Breſsl. 1792. neque multum diſſentit IACKSON Medic. Iournal 1787. Vol. VIII. P. I. n. 2. nouilunium et plenilunium ad febres excitandas, ad recidiuas et ad criſes magnam vim habere ratus, negante LIND ib. P. II. n. 7. et mephiticum aerem accuſante. Quamcunque aſſumſeris opinionem, aeris efficaciam in gignendo Gallico morbo, quatenus dicendus erat epidemicus, nullo modo excludi poſſe videtur.

leproſum ſub admiſtione peſtis epidemicae potuiſſe et producere nouum morbum, et vere produxiſſe. Hoc enim ſuadet analogia et natura epidemicorum morborum. Coitus malum affrixit naturalibus, et balnea calida (ſtuffas vocant) materiam ad cutem cum maxime euocaſſe videntur. Veterem ergo cum aliis morbum dixerim, quatenus leprae formam habet et repraeſentat, nouum vero, quatenus et cum febre fieret, et fere cutim occuparet, fomitem ab Marranis aduenis repetierim, formam modumque conſtitutioni aeris attribuerim. Hac enim via varia auctorum diſſidia omnium optime ac facillime componi poſſe cenſeo.

Supereſt, vt, quae dubia contra hanc probabilem opinionem moueri poſſint, paucis expediamus. Primum eſt, quod Pacificus Maximus *) gonorrhoeam et penis cancrum

*) Aphrodiſiac. P I. n. 33. p. 33. Vere legitur locus impudicus in ed. Florent. ſic, vt expreſſimus, teſte idoneo Cl. Vossio, in ed. Parm. 1691. quam coram habeo, mire ac miſere corruptus et vltimis binis verſiculis truncatus. Hunc quam maxime vrget Cl. Sprengel ap. Perenotti Append. p. 352.

cancrum iam 1489. nominet. Haec mala vere venerea, id eſt, ab impuro coitu nata flubens dixerim, perfecte eadem cum morbo gallico negarim. Deinde Petr. Pinctor *) eundem morbum iam a. 1483. adoleuiſſe, a. 1492. recruduiſſe auctor eſt, ſed cum praeter ſtellarum coniunctionem nihil adferat, vnde vtriusque mali ſimilitudo et affinitas colligi poſſit, eius adfirmationi nollem ſubſcribere. Id vnum certum eſt, plures ſub hoc tempore **) Maranos in Italiam profugiſſe prae metu poenae, et tandem ipſis muneribus ſacris fuiſſe functos. De morbo exinde contracto omnes auctores ſilent. Denique quaeſitum ***) eſt, lues fuerit apud Maranos endemia, nec ne. Erant Marani ex familia leproſorum oriundi, erant valde libidinoſi †), poterat ergo facile hoc

 miaſma

*) Aphrodiſ. P. II. n. 12. p. 92. et hoc etiam memorat Sprengel ib. n. 6. p 353.

**) *Raynald* l. cit. a. 1483 n. 46. p. 328. Cf. quae Cl. Sprengel Verſuch einer pragmat. Geſchichte der Arzneyk. Th. 2. p. 570. ſtrictim, ſed recte ſcripſit

***) Anhang zum Frankf. med. Wochenbl. n. 5. S. 65 paucis reſpondi Almanach 1793. p. 74. ſeq.

†) *Bleda* Coronica de los Moros L. VIII. c. 8. p. 880. et p. 897.

miaſma epidemica peſte ita commutari, vt contagione ac caede multa celebraretur. Non opus erat endemia lue; Satis erat, eos habuiſſe noui morbi fomitem, quem febris in Italia epidemica reſuſcitare ac in nouam ſpeciem refingere poterat. Sed haec *de originibus Gallici morbi Maranicis* dixiſſe ſufficiat. De natura eius viderint alii.

INDI-

INDICVLVS OPVSCVLORVM.

Pag.

I. Alte Nürnbergiſche Geſetze. - - - - 3

II. Matthaeus Landauer. - - - - - 4

III. Iulianus Tanus. - - - - - 4

IV. Antonius Codrus. - - - - - 233

V. Anonymi prognoſticatio. - - - - 235

VI. Iacobus Vnreſtus. - - - - - 240

VII. Bilibaldus Birckheimer. - - - - 241

VIII. Auguſtinus Niphus. - - - - 243

IX. Hieronymus Emſer. - - - - - 247

X. Philippus Beroaldus. - - - - - 256

XI. Leonardus Giachinus. - - - - 257

XII. Ianus Cornarius. - - - - - 258

XIII. Thomas Rangonus. - - - - 259

XIV. Ioannes Antonius Roverellus. - - - 260

XV. Remaclus Fuchs. - - - - - 345

XVI.

		Pag.
XVI.	Aloyſius Mundella.	419
XVII.	Antonius Fumanellus.	423
XVIII.	Hieronymus Cardanus.	425
XIX.	Hercules Bonacoſſus.	448
XX.	Bernardinus Corius.	451
XXI.	Ioannes Langius.	453
XXII.	Ioachimus Curaeus.	464
XXIII.	Ioannes Heſſus.	469
XXIV.	Thomas Eraſtus.	471
XXV.	Achilles Pirminius Gaſſerus.	473
XXVI.	Ioannes Crato.	475
XXVII.	Thomas Iordanus.	496

DE

DE
MORBO GALLICO
SCRIPTORES MEDICI ET HISTORICI

PARTIM

INEDITI PARTIM RARI

ET

NOTATIONIBVS AVCTI.

I.

Alte Nürnbergiſche Geſetze *).

Allen padern bey einer poen zehen gulden zu gepieten das ſie darob vnd vor ſein, damit die Menſchen, die an der *newen krankheit* malen, *Franzoſen* befleckt und krank ſein, in Irn paden nicht gepadet, auch Ihr *ſcheren* vnd laſſen, ob ſie zu denſelben kranken menſchen ſcheren vnd laſſen giengen, die *Eiſſen vnd Meſſer*, *ſo ſie bey denſelben kranken menſchen nutzen*, *darnach In den padſtüben nit mer gebrauchen*.

*) Alte Nürnbergiſche Geſetze von Aerzten, Apothekern und Badern, im Jahr 1496. in *vermiſchte Beyträge zur Geſchichte der Stadt Nürnberg*, herausgegeben von *Georg Ernſt Waldau*. Vierter Band. Nürnberg, 1789.

II.

Matthaeus Landauer *)

Hinfallend ſiechtagen. Auſsſatz vnnd mala Frantzoſa.

Ob aber der bruder ainer mit dem awſsſatz, dem hinfallenden ſiechtagen, oder der *Krankheit der Franntzoſen* begriffen wurd, der ſoll bey den andern Brudern nit gelitten, Sonnder zu ſtunnd gevreawbt werden.

III.

De Saphati Iuliani Tani Pratenſis Phyſici Prooemium ad Leonem X. Pontificem Maximum **).

Dominus, illuminatio mea et ſalus mea, in labiis meis gratiam ſuae benedictionis infundat! In omnibus enim ſiue maximis, (ait ex infidelibus Plato)

*) Matth. Landauers in Nürnberg. Stiftungsbrief des Zwölfbrüderhauſes hinter Allerheiligen im J. 1510. den 21. Jenner. S. *von Murr* Journal zur Kunſt- und Litterat. 10 Th. 1781.

**) Latuit hoc opuſculum Iuliani Tani, Pratenſis, ſcriptum ſub initio ſeculi XVI. et Leoni X. Pontifici

ro) ſiue minimis, diuinum debet auxilium implorari. Quod et Rasis *Libri prooemio ad* Almansorem

A 3 SOREM

tifici maximo, nuncupatum, inter codices bibliothecae Laurentianae, quae Florentiae eſt. Eius mihi notitiam primus dedit Cl. Fossivs, academiae ſcientiarum regiae Florentinae ab epiſtolis, et deſcribendum, qua eſt humanitate ac bene de litteris merendi ſtudio, recte curauit. Id quod hisce verbis publice profeſſus eſt Cl. Antonivs Sartivs. „*Hoc Opus deſcriptum fuit ex MS. Codice XXXVIII. Plutei* LXXIII. *Bibliothecae Mediceo-Laurentianae membranaceo in* 8 *maiori Saeculi XVI. et poſtea diligenter collatum cum dicto Codice per me Canonicum Antonium Sartium, eiusdem Bibliothecae vice - Praefectum, die VIII. Maii MDCCXCII.*“ Quis fuerit ille Ivlianvs Tanvs, neque ego ſcio, neque ceteri bibliographi memorant. Quantum ex epiſtola nuncupatoria colligitur, ſcripſit iuuenis, id eſt, XXXVII. annos natus, hunc de nouo morbo librum, hortatu Francisci Salviati, e familia praedicatorum, collecta inde ab primo et viceſimo aetatis anno materia. Iam *vero* Leo X. pontificis dignitate ornatus eſt a. cIↃIↃxiii. diem ſuum obiit calendis Decembr. cIↃIↃxxi. incidit ergo auctoris aetas intra hoc temporis ſpatium. Nominat etiam ſuaſorem et hortatorem operis edendi Pavllvm Cortesivm, *Protonotarium* apoſtolicum et epiſcopum Vrbinatem, a. cIↃIↃx. fatis defunctum. (*Saxii* Onomaſtic. Litterar. P. III. p. 3.) Fuit ergo vnus e primis nouae luis narratoribus, ſed primus omnium ſcripſit minime, etſi hoc aliis perſuadere geſtiat. Immo vero in explicando et confutando, quam bene nouerit Nicol. Leonicenvm,

CENVM,

SOREM et *Aphoriſmorum* ſuorum obſeruat, quum inquit: *Imploro diuinum ducatum, vt tribuat Deus perfectionem; Sine ipſo enim nulla res habet effectum.* Et AVICENNA *Canonis* ſui *procemio*, quum ait. *In primis Deo gratias agamus, ſicut ſui ordinis celſitudo et beneficii multitudo meretur, cuius miſericordiae ſuper omnes prophetas exiſtunt.* Et ex fidelibus phyſicis MESVES ſuo *de Appropriatis*, quum dicit: *In nomine Dei miſericordis, cuius nutu ſermo recipit gratiam, et doctrina perfectionem.* Infundat igitur et mihi, quaeſo, Deus intelligendi acumen,

CENVM, NICCOLVM FLORENTINVM, NATALEM MONTESAVRVM et ANTONIVM SCANAROLVM, IOANNEM SALICETVM et PETRVM PINCTOREM, abunde prodidit. Neque vero hoc vitio, modo eſt vitium ab aliorum auctoritate diſcedere ac ſuo ſapere ingenio, ita offendimur, quin eius diligentiam in adumbranda foediſſimi morbi imagine admiremur. Etenim eum talem, qualis tunc temporis erat, id eſt, longum, ingenue profitetur, non ſecluſa intemperie aeris et epidemiali natura, varias recipiendi contagii vias ſtrictim perſequitur, maximeque, quae vis vnguenti e mercurio ſit ad debellandas puſtulas et dolores, vt artifex rei ſuae certus, comprobat. Hinc quae mihi potiora momenta eſſe videbantur, ſedulo annotaui, cetera, quae ſeculum redolent, intacta reliqui, neque mutandam cenſui ſcribendi rationem, magis interpunctionem, hoc vno contentus, vt hanc ſcriptionem e ſqualore in lucem protraherem, et prodeſſem quam plurimis.

men, donet interpretandi ſubtilitatem, et *horrendum ac omnibus aetate noſtra abominabilem morbum* nobis explicandi poteſtatem facilem largiatur. Cogitanti vero mihi, cui de eo morbo librum hunc noſtrum dicarem, LEO X. PONTIFEX MAXIME, Beatitudo tua multas ob rationes occurrit. Primo, quoniam, vt omnium rumor eſt, virtutes omnes adeo alis, fraudes vero, onera ceteraque vitia tollis, vt ore vno dicat vniuerſa chriſtiana religio, noſtra tempora TE iuſtiorem non habuiſſe Pontificem, immo TE caput rectitudinis, typum hoc tempore gregi Chriſtiano eſſe tributum, TIBIque ſucceſſorem difficillimum eſſe ſimilem reperire. Qua etiam de re ſcientiarum ſectatores aiunt prae aliis TE amplecti, et praeſidio adiuuare. Secundo loco, quia hic primus noſter eſt fetus, vtque TIBVLLVS ait:

Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolae ponitur ante Deum.

Tertio, quoniam de Dei flagello, *ſaeua labe*, in eo diſſeritur, eiusque opportuno remedio. Ea autem, quae de Dei loquuntur operationibus, ante alios TVA cognoscere intereſt, quum ipſe praecipue liber praeter labem, de qua noſter eſt ſermo, plurimarum aegritudinum, quas TVAM Bea-

titudinem pati poſſe cognoscimus, afferat curationem, quas etſi TVA effugerit Beatitudo, librum, ſi videbitur TVA amplitudine dignus, ſua in bibliotheca, praeſtito otio, legendum reponet, vt, quae adhuc nullus trite aperuit, ipſa clare cognoscat, et ſciat, quod omnes homines natura deſiderant, vt *metaphyſices primò* meminit ARISTOTELES. Nam quid ſcientia melius, niſi Deus, vt *libro de bona fortuna* idem teſtatur. Venit ideo liber praeter haec ad pedes procumbens Beatitudinis ac Celſitudinis TVAE intrepidus, primo, quia ad dominum ſeruus, quum non ſit ipſe a fide alienus, ſecundo, quia licet non aurum, quod mihi non eſt, nec eo TV affluens eges, ſanitatem tamen virentem et vitam TIBI, ouium cuſtos, longam apportat, quae duo humano generi cariora ſunt auro, quum diuitae, principatus, imperia ceteraque, ſanitate ſublata, non cum gaudio, ſed triſtitia poſſideantur, non dulcia, ſed amara appareant guſtui, ſanitate autem praeſente, omnia praeſto adſunt, at, ea abeunte, cetera nulla ſunt, quod et HORATIVS *prima* ſcribit *epiſtolarum*, quum ait:

Non domus et fundus — —
Aegroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat vti.

Propte-

Propterea omne animal, vt ait *de conſolatione libro* BOETIVS, tueri ſalutem laborat, mortemque deuitat, omnium terribilium vltimum, vt teſtis eſt ARISTOTELES. Eum itaque reſpiciens ea benignitate, qua TE vti in ſolio decet, et ſoles, clementer ſuſcipies, vt nos ad reliqua, quae plurima inchoauimus, abſoluenda horteris. Et ſi non a conſummato auctore, ſed fere exanimis in lucem prodierit; tamen ob eius dignam diſcuſſione materiam TVO ſancto afflatu TVAEQVE benedictionis nutu, forma ei immiſſa, quum in TVA viuificare ſit poteſtate, a terra a TE eleuatus, animatus efficietur, ex quo eius auctor reddetur per ſaecula celebris. Vt igitur, PONTIFEX MAXIME, indubitatam morbi, de quo in eo noſter eſt ſermo, cognitionem ac perfectam eiusdem curationem, quoad fieri poterit, conſequamur, librum quatuor vniuerſis capitibus diſtinguemus. Primo etenim tantae *luis eſſentiam* differentes aperiemus, deinceps *cauſſas* ac *ſigna* aegra eiusdem, quae labore non paruo inueſtigauimus, diſtincte ac lucide declarabimus. Tertio, quo maxime potuit modo, veram, vt credimus, eiusmodi *curationem*, quoad antecedentes cauſſas, demonſtrabimus. Quarto idem, quoad morbum cauſſamque coniunctam, efficiemus. Tantum vero ſtudium nobis tuendae veritatis fuit in his capitibus acriter examinandis, vt etiam magni nominis auctores litura, ſed parcenti

quidem notauerimus, vbi, noſtra ſententia, et aberrare viſi ſunt. At librum hunc, ne a phyſicorum vocabulis longius diſcedamus, ne obſcurus medicis fiam grammatica ſola imbutis, ſtylo plano liberoque ſcribemus. Sed dicent forte nonnulli, PONTIFEX SVMME, qui ſunt ingenio paullo ſolertiori, hic profecto eſt audax, quum ipſe iuuenis primus *de re noua* librum ediderit, quod adhuc ſenior eo longe doctior aggredi auſus eſt nemo, audacior autem apparet, quum libri ſui editionem nimirum maturarit, quum ſua quidem inuenta viri eruditiſſimi ad ſenectutem vsque concoquant. Hic igitur ſi varios ferens errores extiterit, merito increpabitur gloriae aperte quam cupidiſſimus, maxime, quum, hac labe ſublata, ex quo eiusmodi editione minime opus eſt, ea nunc ediderit. At hic audaciſſimus extitit, quum omnes fere medicinae auctores mordeat vituperioque afficiat, quod pauci in hunc vsque diem auſi ſunt. Immo eis, teſte *ſecundo metaphyſices* ARISTOTELE, gratia lausque debetur, quibus, PONTIFEX MAXIME, ſi veritatis amatores conſcientiaeque intenti extiterint, reſpondemus, nos audaces in ſcribendo nequaquam fuiſſe, ſed amicis pro viribus morem gerentes. Vir enim ſenio confectus, non minus vitae caſtimonia et integritate, quam ſacra eruditione excellens, frater FRANCISCVS SALVIATVS, Florentinus, e praedicatorum ordine, pater omni venera-

neratione dignus, et nunc ſui gregis Vicarius generalis, vt nobili ciui, cuius ſpiritus gubernationem habet, hac labe affecto opem afferremus, nos ſummopere exorauit, cui quum legis loco eius ſuſceperimus preces, non parere non potuimus. Librum ergo omnibus eadem labe affectis communem, ex quo quidem ciuis illius propria ſummeretur curatio, vna opera edere inſtituimus, et eo libentius onus ſubiuimus, quum Bononiae, in cuius gymnaſio philoſophiam etiam legimus anno quarto et vigeſimo aetatis noſtrae, quo ſacrae medicinae coniugio nexi ſumus, iam antea anno primo et vigeſimo liberalium artium ſuſceptis inſignibus, multa, quae huic aegritudini reperimus propria, notauerimus. Sed libentiſſime id et elegimus, quum morbum hunc Galeni auctoritates complures, cuius opera proximis elapſis annis excuſſimus medullitus, aperuerint. An vero quia iuuenes ſumus, idcirco ſalubrem mortalibus cunctis nec aggredi debuimus prouinciam, nec potuimus? Hoc profecto nobis vel per aetatem licuit. Nondum enim annum nonum et vigeſimum egeramus, dum opus, quod Geminianenſi oppido in phyſicum iam quinquennio ante delecti, annum ſextum et trigeſimum agentes referruminandum ſubiecimus, pro ingenii calore Prati effudimus. Et ſi primi de re noua ſcripſerimus, id culpae nobis minime eſſe debet, ſed ardentiſſimum in amicos amorem

rem teſtari, quum difficillimum ſit de re noua a nemine trita loqui, et quum ex omnibus ſoli editionis periculum ſubiuerimus, ac ſi nulli ſeniores in ea ſe ſcribenda accinxerint. Quod ſi feciſſent, vtilius fortaſſe perfeciſſent; non continuo tamen, quae recte ea in re ſentimus, nobis reticenda ſunt. Eos enim potius, ſi contigerit criminari, licet moleſtiſſime, patiemur, quam communem vtilitatem tacituri ſimus, nec ipſi nos ingenium aſſidue exercentes hunc componendo, non verbis, nec fabulis, nec vagationibus in plateis, ſed vigiliis et ſtudio ſemper intenti, qui etiam librum grandis, experientia duce, vtilitatis, ſcilicet *de vrina*, quo pauca in vrina inſpicienda medicum latent, nilque fere vltra ad morbi cognitionem curationemque reſtat: librum *de infirmorum viſitatione*, quo non grandi labore perfecta fiet cognitio curatioque, quum omnia pro his neceſſaria, media fere hora habentur, quae nullus forte menſe ſine eo habebit, quem pro Galeno, filio noſtro, licet nunc pro nobis vtiliorem librum in medicina compoſuimus; librum quoque *de praeſeruandis a phthiſi fratribus praedicatoribus* iam ab eis receptum: librum etiam nouo, vt credimus, ſcribendi genere *de ſanitate totius hominis*, quo omnis, qui viuit, quique venturus eſt ad finem ſaeculi, animae et corporis propriam ſanitatem eius, item et conſeruationem dignoſcet, et plura medicis

cis non inutilia excogitamus odio proſequi. Sed ad alia nos hortari deberent, quemadmodum ipſos, qui forte numquam aliquid ediderunt, nos non paruipendimus, ſed, vt patres, et amamus, et colimus. Ad haec nos Deus, ad alia eos negotia deſtinauit. Nec debent inuidere aequales, ſed et ipſi exemplo noſtro iam foetus parturiant; nec minores, qui non aeque ac nos a longe proſpiciunt, debent vllo modo terreri, ſed ſpem ſui fructus et ipſi concipiant. Hunc etenim, ſicut omnes compoſuimus, vt in omnibus reſoluti conſcientiam exoneremus, vt et amicis morem geramus, vt etiam nobis, domui ac patriae honori eſſemus, quum nil quempiam Pratenſem impreſſoribus dediſſe vnquam audiuerimus, quibus plura multi ex oppidulis auctores, vt in Bononienſi gymnaſio vidimus, attulerunt. Nec audaciores, ſed liberales, quum ſudores nunc noſtros omnibus impartimus, exiſtimus, ne fiamus ſimiles ſeruo nequam, qui talentum acceptum, a domino ſuo abiens, in terram fodit. Impulit nos etiam ad ſcribendum, quod *peſtilens hic morbus* ita effugere videtur medicorum ferme obſeruationem, vt plurimos inuenias, qui de illius nomine et natura fallantur, pauciſſimos vero, qui vim illius deprehenderint. Impulit et amicorum nos coetus, noſtri praecipue amantiſſimus, linguae latinae decus, Pavllvs Cortesivs, Geminianenſis, Pontificis

Maximi

Maximi a ſecretis, impulſosque nos tandem in lucem TVA traxit Beatitudo, PONTIFEX MAXIME. Et ſi eruditiſſimorum virorum more ad ſenectutem vsque noſtra nequaquam inuenta concoximus, id non temere egimus. Primum, vt quid lues haec ſit, TVA noſceret Beatitudo: ſecundum, quoniam nunc opus eſt et medicamento affectis, praeterea ſuperſtitum ſaepius negligentia ſolent monumenta vno cum auctore perire. Ea tamen a nobis vltra decem annos concocta ſunt, dedimusque MENGO FAVENTINO, medicorum excellentiſſimo, IOANNI ROSATO, IOANNI etiam GVALBERTO, Florentinis, viris in medicina illuſtribus, mihique patribus quam colendiſſimis, vt excoquerent ea, excuterent, et veritatis teſtimonium perhiberent. At ſi quo ob hoc labemur errore, id tamen malumus, quam hoc TVAM celare Beatitudinem, aut deſertos pati infirmos, vel opus noſtrum fortunae committere confidentes, quia et *de re ſaeculo noſtro ignota* primi et conſummate tractamus, quum ſit omne inſuetum obſcurum, *ſexto Topicorum* ARISTOTELE aſſerente, et *ſecundo Elenchorum* principium difficillimum ſit, nos benigne in excuſationem accipient omnes, quum errent ſaepius, et recentiores, immo et antiquiſſimi phyſicorum de re clarius ab anterioribus pertractata. Perfecte enim ſcribunt, qui omnia ſciunt, quum perfectum ſit, *quinto metaphyſices* ARISTOTELE teſte, cui nihil deeſt, ille

autem

autem ſolus eſt creator omnium, Deus, homo vero, dum beata vita fruetur; alioquin nihil inter Deum hominemque diſtaret. In hac enim vita, quae ſcimus, ſunt minima pars eorum, quae ignoramus, *ſecundo de anima* THEMISTIO atteſtante. Errat ideo et perfectus medicus; Scriptum eſt enim: *Omnis homo mendax.* Equidem non errare ſupra menſuram hominis eſt, ſed erroris paucitas de operatione in arte prudentium eſt, vt 2ª *Aphoriſmorum commento 19° 2° etiam Memiri* et *comento penultimo pronoſticorum 3ª* a GALENO et APHORISMORVM ſuorum 6ª a RASI indubie tollitur. Propterea PLATO inquit: *Scio librum meum vituperio non cariturum.* Si enim antiquiſſimi Philoſophorum, licet in omnibus fere errantes, erroris metu capti fuiſſent, non PLATONIS, non ARISTOTELIS et ceterorum auctorum ab eis excitatorum opera haberemus. Componant ii, qui nos excuſari noluerint, de hoc librum, antequam noſtrum legerint, quoniam facile eſt inuentis addere, principium vero difficillimum, immo quod facilius eſt, de re iam trita omnium iudicio deguſtandum, quem ipſi comparent noſtro, et viderint, ſi omnium iudicio ſatisfecerint, et irriſionem effugerint: Quum tua, vt MARTIALIS ait:

Non edas, carpis mea carmina, LAELI;
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

Quum

Quum enim ſe excuſari contenderint; noſtram, ſcimus, reperient apud ſe excuſationem, necdum euanuit, vt falſo aiunt, de qua noſter futurus eſt ſermo, *teterrima labes, quum adhuc hominum milia ea pallentia conſpiciantur,* et *quamuis ipſa deſierit, poſſet eadem vel eius ſimilis breui reuerti.* Non enim illi tantum, quam ſaphati appellamus, ſed omnibus in cute maculis et luce clara obſcuris apparatum *) locis artuumque doloribus et ceterorum membrorum, immo morbis omnibus opus noſtrum auxiliatur, quod cauſſa extitit librum noſtrum creuiſſe ſuper id, quod propria exquirit materia. Et *ſi non ſit amplius reditura,* nec eius ſimilis, quod *initio cognosci non potuit,* exitu elucescat TIBI primum, PONTIFEX SVMME, ceterisque deinceps pro viribus ipſi decreuimus, licet nec aliam vtilitatem liber noſter ſit allaturus. Ex quibus ſequitur, non gloriae cupiditate, ſed, vt ſit res aperta Beatitudini TVAE et miſericordia in affectos, et amore in veritatem, qua nullus ſuauior cibus eſt, teſte LACTANTIO, quum eius ſpeculatio felicitas ſit, 10° *Ethicorum* ARISTOTELE aſſerente, nunc temporis noſtra in publicum emiſiſſe. Non enim ſeniores excellere, ſed proxime eis accedere ipſi contendimus. *Prima* enim *ſequentem,* ait CICERO, *honeſtum eſt, in ſecundis tertiisque conſiſtere,* nec auda-

*) *Apoſtematum.*

audaciſſimos nos appellari licet, ſed veritatis cultores, quum auctores plura, quae nos aperimus, non enucleaſſe monſtramus. Non enim eis, ſed arti longae, temporis breuitati, humani ingenii infirmitati, quum ait poeta:

Non omnia poſſumus omnes,

id potius tribuimus, ſi quid eſt ſaltem apparentis, ſi non exiſtentis erroris, quod medii inter partes diiudicent. Et ſi quid ab eis eas ob cauſſas minime apertum eſt, cur nos eiusdem veritatem non vituperii, ſed communis gratia vtilitatis detegere non debemus ac alios excitare? Hoc ipſimet effeciſſent, ſi eis vita longior acceſſiſſet, quo ſua potuiſſent opera iterato excutere. Temporis enim ſpatio, vt teſtatur in *Topicis* Aristoteles, et 2° Averrois *metaphyſices*, ars ipſa perficitur. Id quod exemplis Avicennae plane iam conſtat. Is enim, ni morbo praeuentus fuiſſet, aureum opus ſuum quaſique caelitus dictatum, quo, quantum equidem ſentio, palmam in medicina meretur, de cuius excellentia ipſemet ſuo in prooemio teſtatur, quum ait: *Minus, quod medico neceſſarium eſt, continet, et quod ſuperaddi valet, incomprehenſibile eſt,* conſummatius reddidiſſet, quod iam Mesves in ipſa morborum curatione ſecundus forte poſt Avicennam partim effecerat, cui, quemadmodum Avicennae, id etiam vita breuis negauit. Fecit

id ARISTOTELES 2° *de anima* neruum organum tactus ponens, qui tamen prius *libro de animalibus* carnem eſſe docuerat, quo tempore eum id ignorare *comento 108° 2° de anima* AVERROIS dixit. Reprehendit PLATONEM ceteroſque Philoſophos ARISTOTELES, reprehendit praeceptorem ſuum GALENVS ARCHIGENEM, immo et ARISTOTELEM libro de *iuuamento anhelitus*, qui tamen ab eo dicitur verus veritatis oſtenſor, reprehendit AVICENNA GALENVM, cuius ſe interpretem profitetur, principemque eum phyſicorum appellat, non, vt alterum alter vituperet, ſed doctrinam, aliquos continuo tollens errores, magisque ad veritatem accedens, perficiat, quod et ipſi nobis tentantibus, ne cui pro viribus noceamus infirmo, ſi reuelare poſſent, committerent. Semper enim omnia commodius poſſunt rectiusque diſponi; aliter, vt ait FABIVS, ſuperuacuus foret in ſtudiis labor longior, ſi nihil liceret melius inuenire praeteritis. Fruſtra itaque in philoſophia poſt antiquiores PLATO, ac poſt eum ARISTOTELES, poſt HIPPOCRATEM in medicina GALENVS, et poſt eum AVICENNA, atque recentiores vigiliis indulſiſſent. *Non* enim *antiquorum auctoritas a veritate efferenda nos amouere debet*, SENECA *de vitae forma* teſtante, quemadmodum ARISTOTELEM in philoſophia, vt CICERO ait, non deterruit amplitudo PLATONIS, nec ipſe ARISTOTELES admirabili quadam ſcientia et copia cetero-

rum

rum ſtudia reſtrinxit. *Miſerrimi* quippe *ingenii eſt vti ſemper inuentis, nec inuenire,* auctore BOETIO: Sicuti ergo ipſum, ita et nos plurium veritatem aperuiſſe, ſi ſcirent antiqui et poſſent, miro modo extollerent, gauderentque, quod eis negatum eſt, a poſteris apertum fuiſſe, quum ſolam veritatem vnusquisque contendat et diligat. Poſſunt itaque plura clariora fieri, quum ab antiquis inuenta extiterint, vt etiam ſentit GALENVS, *differentia. 46ª Conciliatore* auctore. His tamen, et laudes ob eorum labores immenſos, et gratias agere in Deum debemus innumeras, praecipue, quum nihil fere ſit dictum a nobis, quod eorum non ſit firmum auctoritate, quamuis Diis, parentibus et magiſtris par reddi non poſſit, ARISTOTELE teſte. Sed fortaſſe alii dicent, PONTIFEX SVMME, huius opus, tamquam pigmeus, in caput excreſcit, vbi ſe depurgare, non ſcribere velle apparet: His nos reſpondemus, vt ſuperius egimus, multa nos opera compoſuiſſe, quorum prooemiis, quae contractiora fecimus, quoniam in omnibus libris aculeis nos premet inuidia, hoc vnum ante alia editum volumus deſeruire. Ex quibus ſequitur, rem non abſque ratione in caput excreſcere, et non ſolum nos depurgare, ſed plurima ſcribere, quae longa multo cum ſudore attulit dies. Veritatis igitur amatoribus conſcientiaeque intentis, noſtrae licet ſoluant rationes obiecta

librum noſtrum, ſi quid mendae contineat, quum veritatem dumtaxat amemus, libenter caſligandum et corrigendum ſubiicimus, TVAE praeſertim Beatitudini, PONTIFEX SVMME, infallibilis veritatis vicarie, omnia dignoſcentis. De veritate autem, quam continet, teſtimonium perhibeant, quae, vt reliqua bona deſurſum eſt a patre luminum omnipotenti, ſcilicet Deo, descendens, Diuo AMBROSIO, item 2° *Creticorum* GALENO, libelloque *de viribus cordis* AVICENNA teſtantibus, cui gratiae ſint, laudes, gloria et aeternum imperium. Si autem, qui ſea obiecerint, PONTIFEX MAXIME, inuidi maleuolique extiterint, quorum turba dinumerari non poteſt, quidquid ipſi dixerint, nihil curamus, ſed eos, vt inutiles omittentes, negotium iam promiſſum ſuscipimus. Deo gratias. Amen.

De

De Saphati Iuliani Tani Pratenſis Liber ad Leonem X^m Pontificem Maximum.

Caput primum.

De morbi huius eſſentia.

Noua temporibus noſtris apparuit in Europa, praeſertimque in Italia, tabifica lues, quae, vt vtar GALENI verbis *libro de Tiriaca ad Caeſarem, veluti fera peſſima, non paucos homines, immo ciuitatem omnem depaſcitur, quam Galli vulgari nomine Neapolitanum, Neapolitani vero atque Itali Gallicum morbum nuncupant, eo, quod eorum aduentu in Italia viſus ſit.* Sed quo ſpeciali morbi nomine hic ſit appellandus, quoue loco apud auctores de eo tractetur, tum propter eius nouitatem, tum propter confuſam eius naturam ac eius occultam proprietatem, inter noſtrae aetatis phyſicos non parua eſt orta luctatio, hinc alia alii de eo ſenſere. Et quoniam veritatem inquirentes abſque dubitatione ſimiles ſunt nescientibus, quo ire debeant,

3° *metaphyſicae* Aristotele aſſerente, haec ideo vtilis diſceptatio erit.

Prima Opinio.

Quidam enim *morbum* hunc eſſe *variolam* *) opinantur; contra quos eſt Theysir ſuo *Toar*, et Almànsoris, et *diuiſionum libro* Rasis, qui cum febre valida, impetuoſa, maligna, variolas aſſerit exoriri; hic autem *morbus abſque febre paene ſemper inuadit.* Eſt et contrarius his Avicenna *quarti canonis prima*, qui plurimum infantes et humida corpora variolarum vult affici labe. At haec fere omnia ſunt huius mundi immunia, ſicca vero, vt iuuenum ſunt, ea afficiuntur, ſequitur igitur variolarum nomen ei minime conuenire. Ad haec forte ſoluenda Gentilis Fvlginatis *de variolis capite* diſtinctionem adducent, videlicet duplici variolas fieri modo, primo ebullitione ſanguinis menſtruo in generatione affecti, et has proprio nomine nuncupatas ſaepius puerilem aetatem vna cum febre vexare fatentur, hocque probant auctoritates adductae, altero vero modo ſanguine ex corruptis et faeculentis cibariis et genito, et affecto, et has improprie dictas in omni aetate praeter febrem

*) Videtur ſugillare Ioann. *Salicetum* p. 48. Aphrodiſ. ed. noſtrae et Petr. Pinctorem c. 1. p. 87.

brem poſſe contingere volunt, vnde, inquit GENTILIS, poſſunt his homines variolis implicari, ipſeque ſexagenarium eis detentum ſe conſpexiſſe teſtatur, immo et primo modo, licet raro, id fieri ex ZOAR et AVICENNAE dictis habetur, quum non ſemper, ſed plurimum cum febre fieri exprimant. Quibus cum AVICENNA reſpondebimus, poſſibilitas res ampla eſt, cui contradictio numquam inuenta eſt. Hoc itaque conceſſo, decem vel viginti homines ſecundam variolarum ſpeciem pati poſſe, ſcilicet huiusmodi ex cibariis, tot tamen ciuitates, tot prouincias, tot denique regiones diuerſae tum complexionis, tum regiminis, tum etiam conſtellationis, ſecunda poſſe deprehendi ſpecie eodemque in tempore minime credendum eſt.

Secunda Opinio.

Alii hunc *ignem Perſicum* *) eſſe putant, eo, quod veſſicas, vſtiones, eſcaras afferat, et corroſiones. Sed ii RASIM *13° continentis* et GALENVM *ſecundo ad* GLAVCONEM ac 2° *de ingenio ſanitatis* minime legiſſe videntur, qui etiam in libro *de tumoribus praeter naturam*, carbonem, antracem et ignem

*) Negat etiam LEONICENVS p. 32. T. I. Aphrodiſ. et BARTHOL. STEBER p. 72. Aphrodiſ. ed. noſtr.

ignem Perſicum, quas pro vna accipit diſpoſitione, licet vnius ab alterius materia malitia diſtet, acutiſſimae febri iungi, et breui eas vitae periculum ſequi teſtatur. *Huic autem morbo nulla vel rara annectitur febris, ſed in eo perdurant*, vt experientia docet, *pluribus annis*. Ignis igitur Perſici naturam minime capit. Ex his FRANZISCVM DE PEDEMONTE, qui diligens GALENI ſectator videtur eius dicta non legiſſe, ſed potius, quum de praedictis varia faciat capita, auditu habuiſſe deprehenditur. Palam etiam apparet errare GENTILEM id caput interpretantem in AVICENNA, qui omnem puſtulam praedictas habentem proprietates carbonem, et ignem Perſicum appellari concludit.

Tertia Opinio.

A quibusdam vero *elephantiaſis* *) appellatur, qui profecto falluntur. Nequaquam eſt eo capite reponendus; Nam id non eſt, quod per elephantiaſim intelligunt Graeci, PAVLLVS et GALENVS 2o *ad* GLAVCONEM, lepra videlicet, de qua ſcribit capita AVICENNA 3^{a} 4^{t} et THEYSIR ſuo *Zoar*, quae horum teſtimonio, et AVERROIS 3° *colliget* totum occupans cancer eſt, nulla corporis parte ab ea

*) Negant LEONICENVS p. 18. T. I. Aphrod. et BARTHOL. STEBER p. 72. Aphrod. ed. noſtrae.

ea libera permanente. Nec id eſt, quod per elephantiaſim Arabes, Rasis 9° ſcilicet *Almanſoris* et *libro diuiſionum*, Avicenna, item et Zoar propriis exponunt capitibus, apparens ſcilicet pedum tumor, vt viſus declarat. Sequitur ergo falſo hunc morbum elephantiaſim appellari; Variae enim hae ſunt apud Avicennam affectiones, quum 2° *Canonis capite de Eritio* ſcribat: *Caro eius leprae confert, et ſalita elephantiaſi*, de quibus etiam variis libris varia facit capita, vt omnibus notum eſt, qui ea legerint loca.

Quarta Opinio.

Multi vero *lichenen* *), de quo *3a Aphoriſmorum* Hippocrates meminit, et Plinivs libro XXVI° *Naturalis Hiſtoriae*, quod latino vocabulo *Mentagram* appellat, eo forte, quod mentum vel mentulam capiat, eſſe affirmant. Sed his obuiat contraria ratio. Eſt enim lichenes idem, quod impetigo, vt Cassivs Felix teſtatur, et libro de doctrina graeca habetur, et Simon Genvensis adducit. Item quibus vtitur Pavllvs et Galenvs ad lichenen, eadem ad impetiginem euellendam Avicenna accommodat, modo impetigo, Celso auctore, pedes maxime occupat atque manus, eſtque

*) Vid. *Leonicen.* negantem p. 20.

que Saphati ſiccae proxima, vt aſſerit AVICENNA, et *libro diuiſionum* RASIS. *Hic* vero *morbus non haec dumtaxat membra deprehendit, nec eſt Saphati ſiccae ſimilis*, vt inferius oſtendetur, ergo nec impetigo poterit appellari. Ex quo ſequitur, lichenis etiam nomen effugere. Erraſſe itaque MARSILIVM, quum dicit lichenen ſaphati ſpeciem, ex praedictis apparet, ſicut et ii errant, qui pro igne volaci lichenen ſolummodo ſumunt, et pro impetigine tantum, quum ex PLINII dictis morbum, quem lichenem appellat, quo palluerunt Romani, aliud, quam ſit volax ignis, eſſe noſcatur, et AVICENNA 7^{a} 4^{t} ait: *Scabies foeda ad vlcera, ad ſaphati et impetiginem permutatur, modo ea ſcabies turpior eſt ipſo igne volaci.* Et 3. 4^{t} ipſemet ſcribit: *Perſici ignis materia profundior eſt ea, quae impetiginis.* At ignis volax non eſt a ſimili cauſa, nec ita immerſa, ſed cutis eſt paſſio; et PAVLLVS et GALENVS velint impetigines proceſſu temporis verti in lepram: Id etiam AVICENNA teſtante 7^{a} 4t quum ait: *Impetigo excoriatiua, quae idem eſt, quod albaras nigra eſt, ſcabioſitas cuti accidens, aſpera, vehemens, ſquamas efficiens, quales piſcium ſunt cum pruritu non paruo propter melencholicum imbibentem cutim humorem, eſtque de antecedentibus lepram, et cum malitia antiqua eſt non ſanabilis.* Hoc autem de igne volaci plurimum ſentire nouum apparet Et CELSVS ea, quae ſcabiei, remedia impetigini

petigini adhibet, et de impetigine, et igne volaci, quem papulas nuncupat, quod varias et diſtinctas arguit affectiones, varia capita facit. Quum igitur volax ignis paſſio cutis ſit, impetigoque ſaphati ipſa profundior, minime eſſe vno conueniunt, eum tamen ex melencholico humore rotundo ſchemate in ſuperficie cutis cum ingenti pruritu impetiginis ſpeciem, vel ad eam reduci concludimus, quae proprio nomine ſerpigo vocatur, vt LANFRANCVS teſtatur. Et SIMON GENVENSIS, *eſt ſerpens impetigo*, expreſſit. Quod etiam innuit AVICENNA cap. proprio his verbis: *Quaedam ſtat, et quaedam perambulat*, et prima *tertii cap. de heriſipila* in cerebro exponente GENTILE, ſicut et 4ᵗ 7ª ſumitur impetigo pro puſtulis paruis, ſiccis, non eleuatis. Hoc planius ſenſit capite proprio FVLGINAS noſter GENTILIS, quum ait: GVILELMVS *volacem ignem in hoc aegritudinis genus reducit.*

Quinta opinio, ſexta et ſeptima.

Nonnulli vero dicunt id eſſe hunc morbum, quod vocat NICCOLVS FLORENTINVS *ſcabiem faciei*, quum dicit, vt ſupra notauimus, AVICENNA, *ſcabies foeda mutatur ad ſaphati.* Alii vero id eſſe *lepram* *) non veram exiſtimant, quum dicat praecipue

*) Vide LEONICEN. c. I. p. 6.

cipue *Conciliator* 180[a] *differentia*, *ſcabiem eſſe ſpeciem leprae.* Alii autem *verrucas* ſapere firmiter tenent, hinc et *cum penna hunc eradicare conati ſunt*, vt de verrucarum capite edocet Avicenna, quos, quum ex dictis appareat, tum viſu quisque cognoscere poſſit, et ratione eos a vero et proprio nomine quam manifeſtiſſime aberrare ſilentio praeterimus, quum etiam crebra in contradictionibus occupatio medicinae cognitioni non conferat, ſed medicum a propoſito et arte ſua auertat, vt 4[t] *p*[a] Avicenna, et *p*[o] *de ſimplici medicina* Galenvs teſtantur. His tandem falſis iudicio noſtro obmiſſis opinionibus, noſtram, quam veram putamus, palam adducemus.

Octaua et vltima opinio noſtra.

Veritas itaque praeſentis luctationis hac ſola traditur propoſitione, videlicet, *hic morbus Saphati nomine appellandus eſt*, quam argumento a definitione ad definitum veriſſimam declaramus, licet ad obiecta in reſponſione lucidior apparebit. Cui enim definitio competit, eidem et definitum conuenire neminem latet. Quod enim rationale animal eſt, id et hominem eſſe aſſerimus. Sed *eſt haec labes puſtulae plures fixae, leues, in principio diuiſae numeratione locorum, et in proceſſu cruſtoſae, vlceribus ad rubedinem decliuibus, vlceratae*, quod totum

totum eſt Saphati definitio 4^t 7^a AVICENNA auctore. Sequitur igitur *eam et Saphati* *) *nomine nuncupari*, quod praedictae definitionis eſt definitum, eodem teſtante. Huius etiam opinionis inuenio BERNARDVM TORNIVM, medicum noſtra aetate quam praeclariſſimum, in conſilio duarum chartarum omnibus medicis Florentinis noto, pro domino PHILIPPO DECIO, Patauino, compoſito. *Hic autem morbus Saphati ſpecies eſt, quae refrengi, humida ſcilicet, dicitur ab* AVICENNA, *quum liquor et virus ſaepe exire appareat*, vt RASIS *libro* ſcribit *diuiſionum*, et ſuis AVICENNA ſynonymis; eſtque Saphati Arabicum nomen, id ſignificans, quod antedicta definitio ſonat. *Quae lues, quum membrorum laedit operationes, vt plurimis fieri cernimus*, MORBVS *nomine proprie nuncupatur; quum vero ſola membrorum cutis puſillis doloribus puſtulisue quoque leuibus, abſque operationum laeſione afficitur, pura* DEDECORATIO *appellatur*, vt ex *Conciliatore differentia* 183^a *elicitur.*

Quaestio.

Sed plures ſtatim noſtrae propoſitioni contrariae obuiant rationes. Earum prima haec eſt.

Nec

*) Negant hoc LEONICENVS, p. 23. et SCANAROLVS p. 129.

Nec vlcera pudendorum, nec morbi malignitatem, nec denique *dolores, quae omnia huic labi iunguntur,* inter Saphati definitionis partes, aut nullo eius capitis loco AVICENNA connumerat. Alioquin ipſe inſipidus ea in aegritudine deſcribenda habendus erit. Febrem enim, quia cum carbone fit aut variolis, propriis capitibus obliuioni non tradunt auctores, igitur nec illud caput, nec ea definitio huic eſſe morbo conueniens diiudicabitur. Ex quo vlterius ſequitur, ipſum ſub eius definito minime contineri, immo nec alia definitione poterit terminari, quoniam morbus iſte multiplicis eſt naturae, quum varias diſpoſitiones includat, ex variaque conſtet humorum corruptione; ideo nec vno nomine poterit appellari. HIPPOCRATES enim in *Epidimiis* ſimili morbo, inquiunt quidam, non proprium nomen imponit, ſed diuerſa illum vlcera et varia tumorum genera nuncupat, et qui illum aliter, quam ipſe definierint, eo plus ſapere arbitrantur. Altera accedit ratio. Arabes pro eodem habent impetigines atque ſaphati, quum parum inter ſe differre AVICENNA teſtetur, quum ſaphati eadem medicamenta propinet, quae impetigini PAVLLVS. Hunc igitur, quum non eſſe impetiginem oſtenderimus, nequaquam et ſaphati appellabitur, quod ita etiam roboratur. *Curatio morbo huic nil confert, quam Saphati* capite AVICENNA conſtituit, nec ideo ſub Saphati nomine conti-

continetur. Tertia eſt vltimo loco ratio omnibus leuior. Saphati, id eſt, quod RASIS *tineam ſiccam* vocat, quod et AVICENNA, quum ait: *Plurimum ſit in capite.* Innuit et MESVES, *Memiri primo* GALENVM adducit, qui ſe charta combuſta et aceto multos curaſſe ait, quod tamen medicamentum tineae decernit GALENVS. At ſi non eſt tinea apud ABOLIALI, quum aliud de ea non inſtituat caput, quonam modo id verum eſt, quod ſui libri prooemio inſerit: Continet ſcilicet minus, quod medico neceſſarium eſt, et quod ſuperaddi poteſt, incomprehenſibile eſt. Sed *huius morui labe non tantum caput afficitur, nec eam tineae proximam viſus diiudicat*, minusque de AVICENNA, quod non ſcribat de tinea caput, ſentiendum eſt. Sequitur igitur ſuperius poſitam propoſitionem minime veram eſſe. Ad haec quoniam non verum dumtaxat dicere, ſed falſi cauſſam adducere oportet, 7o *Ethicorum* ARISTOTELE atteſtante, propoſitionem noſtram explicantes, et vt veram tuentes, breuiter ac facile reſpondemus, primum notantes, *per morbum*, de quo noſtra eſt diſputatio, *non puſtulas* et *dolores ſimul*, niſi improprie, ſed *puſtulas tantum eſſe intelligendas*, ſicuti per carbonem non puſtulam ſimul et febrem, quae cum eo contingit, ſed puſtulam ſolummodo volunt auctores, nec per pleureſim apoſtema, febrem, dolorem et tuſſim inuicem eſſentialiter nexa, ſed apoſtema in pleura

dum-

dumtaxat deprehenditur. Natura enim tantummodo *maculas in cute* afferre intendit, dolores vero praeter eius intentionem adueniunt, tamquam in ſcabie fiant, ſicuti et pleureſis ab apoſtemate nominatur, licet oriantur cum eo dolores; ſed contra haec, quae dicta ſunt, valida poteſt adduci ratio. Hoc enim notato, vel rationes ſuperius improbantes primam et ſecundam opinionem non eſſe variolam et ignem perſicum, vbi et GENTILIS deprehenditur, diſſoluuntur, vel per eas hoc adnotatum deſtruitur. Si enim apoſtema tantum eſt pleureſis, igitur et tales puſtulae ſolum variola et ignis eſſe dicuntur. Haec autem ratio ita a nobis diſſoluitur. Ignis et variolae nomen puſtulis ſolis conuenit, non autem eis et febri earum ſimul, recte vero licet, vt cum febre etiam fiant, ita et apoſtemati tantum pleureſis nomen licet, vt cum his aduenit accidentibus, tribuitur. Pari ratione et *puſtulas* tantum, quum *hunc nominamus morbum*, audiri concludimus, *ſiue cum* iis *dolores* appareant, *ſiue ſolae*. Solum igitur quaeſtio fit de eiusmodi puſtulis, quo nomine quaue definitione habeant terminari, modo his omnium propriſſima eſt Saphati ſuperius poſita definitio. Ergo Saphati nomen illis eſt omnium accommodatiſſimum; Qui autem cupiunt deſcriptionem, puſtulas, dolores aliasque huiusmodi morbi partes claudentem, ex AVICENNA facile haberi poteſt, videlicet: Hic

morbus

morbus eſt *) *puſtulae plures malae proprietatis contagioſaeque, ex humorum natae corruptione propter aeris in caliditate ſiccitateque intemperiem, per certas corporis partes vel per totum corpus diſperſae, cum vlcere pudendorum ſubcutaneoque dolore, hunc morbum fere ſemper firmis ſignis praenuntiantibus.* Labores enim ſpontanei, id eſt, dolores abſque cauſſa apparente, vt exponit GALENVS, morbos narrant, 2ª *Aphoriſmorum* HIPPOCRATE atteſtante, et eo Aphoriſmo: *Quibuscumque reſurgentibus,* 4ª *Aphoriſmorum.* Ex quo non parum eos errare apparet, qui quum huic morbo non eſſe aiunt, quam *epidemia* conuenientius *nomen*, id pro genere vel pro alia parte in aſſignata ab eis definitione non conſtituunt, quum definitio illa minime recta ſit, quae non perfectam explicat definiti eſſentiam, ſicuti hos plurimum a vero abeſſe opinamur, qui, quos diximus, *dolores artuum* eſſe affirmant, *quum paucis, et non, niſi longo poſt tempore* *), *quia ad eos aliquando terminentur, aut tranſitu materiae ad cutem illud contingat.* Doctrina vero, vt poſteriorum *Analyticorum primo* et *Metaphyſicae ſexto* de Philoſophi mente colligitur, de his eſt, *quae*

*) Fere idem dicit SCHELLIG p. 41. Aphrod.

**) At vero dolores primos memorat GRVENBECK p. 67. interdum ab exſiccatis puſtulis fieri contendit ib.

quae ſaepiſſime fiunt, maximeque horum artus expoſcit, quibus iuncturae latae atque dispactae reperiuntur. Decurſu enim *temporis natura continuo materiam expellente ad cutem, ea iuncturas media in via offendens, in iis certa quaſi permutationis criſis cadit et figitur,* ſed *in pluribus artus haud ingreditur, eos potius extra iuncturam ſubcutaneo ſitu circumdat, ſaepiusque ſpatia inter artus inuadit.* Cuius rei argumentum hoc ſit, quum frequentius tactu, raro vero plicatione dolor illico percipiatur. Eſt autem huiusmodi dolor actio laeſa, corrupta, ſenſatio ſcilicet triſtis ſecundae cutis, praecipue temporum, brachiorum tibiarumque oſſa cooperientis, ac ſi arbitreris, vt verbis Galeni 2° *interiorum* loquar, hunc in ipſo oſſe dolorem conſiſtere. Ea enim loca digitis, quum premuntur, dolore afficiuntur, at, plicatis iuncturis, laeſionem nullam, aut, vt diximus, raro patiuntur intrinſecus. Vbi enim dolor, ibidem et morbus eſt, et humores habent decurſum, vt 4a *Aphoriſmorum* Hippocratis ſententia eſt, et Theysir ſuo *Zoar.* At periculoſiori ii pelago ſe immergunt, quum iam dictos *dolores puſtularum accidentia* eſſe cenſent. Et de peccato ne arguantur, profundius ſe praecipitant, quum quis, nullis apparentibus puſtulis, dolores percipiat, aiunt eos intrinſecas puſtulas cauſare, ſe Galeni de cholera nigra munientes auctoritate, qui interiores partes, quum adamantis naturam eſſu-

effugiant, puſtulas ſuscipere confitetur. Quibus et AVICENNA fauet, quum inquit *capite de variolis: Variolae non cute dumtaxat, ſed membris ſimilium partium omnibus, et apparentibus, et occultis, adeo,* quod *neruis contingunt, et velaminibus.* Idem et MESVES ſuo *de Apropriatis de Pleureſi capite* ſenſit.

At quonam modo hoc intelligi poteſt, *puſtulis intus exiſtentibus*, ab eis extrinſecus dolores communicari, niſi forte velint dolores ab eis effici intus. Sed de extrinſecis ratio deeſt, quare ſcilicet dolores non inferunt, quoniam quanto plures puſtulae venerint, pauciores ſentiuntur dolores? Et ſi ab intranea cauſſa extra produci effectus conceditur, quare mediae partes non idem praeſentiunt? Et ſi hae excruciantur, quare internae partes, quas puſtulae habent, non vexantur et vehementius, et febres fiunt, vbi eas tamen delitiam, vel, vt decentius dicam, indolentiam habere cernimus febremque abeſſe? Quod quam abſurdiſſimum iudicamus, quum potius contrarium fieri par ſit, ſicuti in pleureſi vera pars interior, vbi apoſtema eſt, intolerabili dolore afficitur, exterior vero, vt tactus declarat, libera eſt atque incolumis. Et ſi pars interior apud eos ea, quae ſub cute eſt, intelligatur, adhuc laqueo detinetur, quoniam quumloca, vbi dolor eſt, ſola ferme cutis cooperiat, in eis ibidem puſtulae non tantummodo tactu,

verum etiam viſu; ſicut et tactu, dolores ſemper diſcernerentur; attamen hoc nemini, niſi fortaſſe raro viſum eſt. Aduerſus hos GALENI auctoritate acrius inuehi poſſumus, ſcilicet accidens aegritudinem ſequitur, veluti vmbra corpus. Morbo enim poſito atque aucto, iterumque euanescente atque ſublato, accidens ponitur, augetur et tollitur, modo hic contrarium experimur. *Puſtulis* enim *multiplicatis, dolor tollitur, illis* vero *ſublatis* *), *hic validior reperitur.* Quum igitur alterum ab altero ſeparari poſſe non lateat, minime vnum alterius accidens proprie poterit reperiri. At hos potiſſimum hinc falli contingit, quia praxi non ſtudent, vel ei dediti aegritudines ſufficienti examine non diſcutiunt ſed omnem membrorum dolorem artuum eſſe putant, et omnem, quae cum altera iuncta eſt, aegritudinem accidens eſſe credunt, veluti quidam omnem ſtomachi malam complexionem frigidam eſſe exiſtimant. Propter quod nos quidam fratris in calida ſtomachi complexione frigida medicamenta tribuentes reprehendit, qui quum eius ſententia mori, vel ſaltem ad malum finem iis perduci expectaretur, meliorem tamen valetudinem conſequutus eſt. Hoc denique tenendum eſt, *puſtulas et dolores huiusmodi noſtri temporis vnum*

*) Idem profitetur vſu cautior factus GRVENBECK, p. 67.

vnum eſſe morbum compoſitum *), duas ſcilicet valdé diuerſas diſpoſitiones, nullam vero alterius cauſſam eſſe. Ex quo ſequitur, *morbum gallicum*, de quo noſter eſt ſermo, *has duas apprehendere affectiones*, improprie tamen Saphati, quum ſuperius expoſuerimus, nomen ei, quod natura intendit, licet a fine quandoque deficiat, tribuatur. Ita etenim fuerit natura corporis gubernatrix ſua potentia expulſiua, quae intus habet, exterius intendit excrementa eiicere, et e venis ad poros propellere, ipſamque cutem, non viſcera, ſed extrema et ignobilia his, puta, puſtulis potius coinquinare, veluti ex materia iam parata vermibus inteſtina. Quae ſi potens eſt, materiaque tota decenter ſubtilis, viae quoque ad cutem apertae, ſinem conſequitur exoptatum, ſolaeque puſtulae fiunt in cute. Quod ſi contrario modo ſe habent ab ea, ipſa irrita fit, puſtulaeque dumtaxat in interioribus ſaepe efficiuntur, vbi et *dolores oriri* queunt, paucis extrinſecus aut *nullis puſtulis apparentibus*, cuius *ſigna* ſunt foeda extenuatio ac ſine aperta cauſſa cita

*) Mire de hoc diſputarunt maiores Nic. Leonicen. p. 36. Sebast. Aqvilan. c. 2. p. 9. T. I. Coniungit puſtulas et dolores Pinctor c. 5. p. 93. ſq. Morbum gallicum Montesavrvs c. 3. p. 115. T. I. dicit diſpoſitionem plures formas complexam, videturque in eandem ſententiam ingredi Cl. Hensler.

virtutis debilitas atque proſtratio, licet idem ex materiae malignitate effici poſſit. Sin vero aliter fit, vt ſcilicet materia ſub cute tota contineatur, ſoluto continuo triſtis ſenſatio, dolores ſcilicet generantur, donec reſoluatur ipſa, vel ad puſtulas terminetur. Si vero, quia pars groſſa materiae parsque ſubtilis eſt, portio ſub cute figatur, portioque eius ſuperna erumpat, ſimul puſtulae naſcuntur atque dolores. Non igitur ſunt dolores puſtularum, vt exiſtimant, accidentia, ſicut nec colli dolor, materia ruente ad pectus ex cerebro et pleureſim faciente, ipſius pleureſis accidens eſt. Nam vt *ſecunda primi* tollitur ex AVICENNA, accidentium quaedam cum aegritudine, quaedam poſt fiunt, non autem, quod antecedant, ab eo adducitur, ſed eius, quod praedicant, contrarium potius credi licet ex AVICENNA. Qui hunc fere morbum libro 2° *de olibano capite* tetigiſſe apparet, quum propriis his inquit verbis: *Olibanum confert vlceribus fraudolentis, et cum oleo et aceto dolori, qui nominatur compoſitus, et eſt dolor, ex quo proueniunt in corpore, ſicut verrucae. Ex quibus id etiam ſequitur*, eos, qui dolores huiusmodi tantummodo patiuntur, quia fiant praeter ſcilicet naturae intentionem, Saphati, licet improprie, non effugere, qui vero tantum a puſtulis poſſidentur, proprie id nominis ſubeunt, quia, licet fruſtra, finis tamen ab eadem, quae facit dolores, materia a natura

natura intenditur. Hae autem puſtulae quo apoſtematis genere reponantur, qualesque dolores exſiſtant, capite de cauſſis aperietur.

Ad eorum igitur primum, quae ſunt obiecta ſuperius, reſpondemus, eius conſequentiam vllo modo concedendam non eſſe, licet et prima negari propoſitio poſſit. De malignitate enim Avicenna non meminit, quia in his capitibus, quibus raro vtimur, vniuerſum et abſolutum ordinem, omnes non afferens partes breuitatis gratia paruifecit. At infra Saphati et impetiginis capite id expreſſe appoſuit; Nam ſi eſt Saphati impetigo malignior, id et malignum eſſe percipitur, quod et in pronoſtico planius apparebit. Pudendorum vlcera tetigit Avicenna, quoniam inter eiusmodi puſtulas, ſaltem proceſſu temporis, vlcera annumerantur. De doloribus in definitione, etſi Avicenna nullam fecerit mentionem, id ſapienter ab eo factum eſſe putamus. Quae enim inter ſe maxime diſtant, vnum ad alterius veram declarationem non confert, ergo nec ad alterum definiendum, puſtulae ergo, quas declarare intendit, tantummodo Saphati morbi nomine intelliguntur. In capite autem eos aliquando, quum eiusmodi bothor fieri profecto non tacuiſſet, ſicut pleureſis capite adiecit, quum ait: *Fit cum ea febris acuta*, niſi breuitati continue indulgeret, quum dolores hic fieri, ſicuti

 nec

nec in ſcabie, in qua poſſunt fieri, neceſſarium minus ſit. Si enim non ſunt dolores accidentia bothor, neque de earum eſſentia, ſed ſecunda ac altera diſpoſitio ab eis, quae et in ſcabie a tali et tanta materia fieri poteſt, non ideo in ſcabiei capite dolorum mentio facta eſt, merito hoc in capite de eis AVICENNA loqui non decuit. Si enim cum doloribus anno praeſenti accideret ſcabies, de quibus AVICENNA in ea non meminit, non ſequitur eum non ſatis de ſcabie pertractaſſe: De eis namque loco ſuo tractauit, licet aliter etiam dici poſſit, de hac vna Saphati ſpecie cum doloribus, tamquam de eo, quod rariſſimum ſit, non tractare AVICENNAM. Poſſunt enim Saphati infinitae ſpecies aſſignari, vt de melancholia ſcribit ABOHALI, doctrina vero de his, quae, vt in pluribus accidunt, dari debet. At ſi vltro ita inſtiterint, *nouus hic morbus eſt duplex*, *varia diſpoſitio*, vnamque dumtaxat, vt aſſeris, exprimit, Saphati puſtulas ſcilicet, tale ideo nomen nouo huic morbo non conuenit. Ad hoc cenſendum dicemus conſequentiam non valere, licet et maior falſa proprie poſſit oſtendi. *Nouus hic morbus vere non eſt, niſi vna*, vt diximus, *diſpoſitio*, quam ſcilicet natura intendit, videlicet *puſtulae* *). Dolores autem in

*) Negat hoc MONTESAVRVS l. cit. c. 2. p. 144. ait HENSLER.

in via praeter naturae intentionem exoriuntur rationibus ante adductis; puſtulis ideo nomen datur, et id aptiſſimum Saphati eſt. At licet hic ſit duplex, varia diſpoſitio, quia tamen a fine intento et termino, ad quem vnumquodque iuſtum eſt nuncupari, Saphati ideo nomine hic nouus decenter appellabitur morbus. Illi igitur hoc nomen omnium eſt aptiſſimum, et per conſequens eius eſt huic definitio omnium maxime propria, ipſeque Avicenna quam ſapientiſſime aegritudinem ipſam deſcripſit. Neque hoc inde conſequitur; *includit hic nouus morbus varias corruptiones diſpoſitionesque*, ergo ei nomen vnum poni non poteſt. Nec qui huic *epidemiae* *) *nomen* indiderit, Hippocrate continuo ſapientior erit; Nam etſi quaeſitum ab eo fuiſſet, quo proprio nomine appellandus eſſet hic, et aſſimilis morbus, quum apoſtema, quod genus eſt Saphati, aliasque ſub ſe ſpecies habeat, et omnem ſpeciem, liceat et ſingulari ſuo nomine nuncupare, ſaltem generis et ſpeciei nomine, non peccaſſet mortaliter, certum huic nouo aut commune imponendo, ſicut non peccauit, qui variolis et morbillis, atque carboni, epidemialibus morbis, quibuscum eſt ardentiſſima febris, proprium nomen impoſuit. Omne enim, quod participat,

 genus

*) Hoc fecit primus Leonicenvs, neque omnino negare audet auctor.

genus vel ſpecies eſt, vel indiuiduum, vt 4° *Topicorum* Aristoteles ait. De quibus autem genus dicitur, et aliqua ſpecierum dici neceſſum eſt, vt *ſecundo Topicorum* idem teſtatur. Quum ergo *huius noui morbi puſtulae ſint ſub genere, apoſtemate*, deque iis ipſum dicatur, ergo et ipſius aliqua ſpecies, vt puta flegmon aut heriſipila, aut vndimia, ſiue melancholicus tumor, vel idoneum, quod ad has reducatur, vt formica et huiusmodi, praedicabitur. Et quia ſub vna ſpecie ſubalterna aliae plures ſpecies ſaepius continentur, et ſingularia diuerſis ideo puſtularum modis diuerſa auctores nomina impoſuerunt, et his, licet cum eis dolores fiant, aptiſſimum Saphati, velut primum, Avicenna inuenit; poterat tamen Hippocrates proprie velle Saphati, vel aliud genus puſtulis his et doloribus ſimul eſſe proprium, cum ſit nomen vox ſignificatiua ad placitum, 1° *Peri ermeneias* Aristotele atteſtante, ſicuti pluribus atque diuerſis diſpoſitionibus hoc nomen emitriteum impoſuerunt antiqui. Conſtat igitur ſequi, eum, qui huic nomen imponi non poſſe aſſeruit, minus, quam ſenem Hippocratem ſapere, quum cui dialectica natura inſita eſt, vt ſuper *primo Tegni* colligitur ab Hali, eiusdem dialecticae regulas ipſum fateatur apertiſſime ignorare, et artem medicam, quam ipſe primus auctor a mortuis reuocauit, quoniam ille rebus nomina non imponit,

2° *Meta-*

2º *Metaphyſices* teſtante Averroi, qui earum notitia caret.

Ad id, quod altero loco obiectum eſt, reſpondemus, non ſentire auctores illa eſſe eadem, immo hae propoſitiones ſibi profecto conſentiunt. Impetigo non eſt longinqua a Saphati, et ipſa non eſt idem, quod Saphati. Ex hoc autem, quod parum diſtant, optime ſequitur, eadem fere medicamenta conuenire vtrique, et quum ſit vere vna diuerſa ab altera, diſpoſitio varia de eis capita auctores merito ſcribere. Comprobationi item occurrimus conſequentiam irritam facientes, ſicut non ſequitur febri peſtiferae, vel pleureſi, aut autumnali, praeſertim quartanae, modus curationis auctorum non videtur conferre, ergo non eſt haec peſtis, nec illa pleureſis, immo nec conſequitur hic, quadam cura adhibita, ſanus factus eſt, ergo eius morbi cura certa haec eſt. Datur enim, contraria cura adducta, hominem ſanum factum eſſe, quoniam curans eſt virtus. Secundo dicimus id verum eſſe, quoniam ſuo fortaſſe tempore Avicenna hunc morbum non vidit, vnde nec potuit eum exacte cognoſcere, putansque poſteros rariſſime eumdem viſuros, conſummate non ſcripſit, neque diſtincte, ſicut nec Theysir ſuo Zoar, quod nos, eo multis annis excuſſo, ni fallimur, effeciſſe videmur lumine Dei Omnipotentis adiuti, tamen hoc affirmamus phyſicorum quamplurimos, ſi

Avi-

Avicennae curandi ratione vſi fuiſſent, qua fortaſſe nulli vſi ſunt, quum ex eius capite ſana percipiatur cura, tametſi morbos prorſus non extirpaſſent, inepta ſaltem curatione obmiſſa, non tot claudos ac mutilos reddituros fuiſſe, vel ſepulcris fuiſſe integendos obruendosque relicturos.

Ad id, quod tertio loco obiectum eſt, reſpondemus. Poſito, quod Rasim Mesvemque voluiſſe aiunt, tineam ſcilicet ſiccam eſſe Saphati, non tamen ſtatim conſequitur, idem viſum eſſe et Avicennae, ſicut non obſtat apud Avicennam colligitur capiti hunc morbum ſaepe innaſci, ergo tineam eſſe apud eum. Videtur enim praecipue apud Mesvem capitis paſſionem exſiſtere, quum inter eiusmodi membri morbos capitulum de Saphati ſcribat, capiteque de epilepſia innuat, quum inquit: *Apud reſolutionem ipſius Saphati, et albaras in capitis partibus ſalutis eſt ſignum.* Neque haec praeterea inuicem conſequuntur: Remedia Galeni ad tineam Mesves in Saphati capite ſcribit, ergo eſt ipſum tinea abſolute, vel etiam apud Mesvem. Stat enim, quod ſint praecipue apud eum proximae affectiones, vt de impetigine et Saphati ante illatum argumentum exſoluimus, ſed etiam Rasim ſuperius de eo adductis contrarium reperimus. Duo enim *libro diuiſionum* de tinea et Saphati diſtincta capita ſcribit. *Quinto* etiam *Almanſoris* Saphati dicit

dicit eſſe puſtulas in capite facieque, item humidam eſſe aegritudinem atque ſiccam; Quod et Avicenna teſtatur. Quomodo ergo ſiccam tineam tantummodo eſſe volunt, qui etiam *libro diuiſionum, libro de puerorum aegritudinibus*, ſuisque in *ſynonimis* fieri et in iuncturis, eſſeque morbum puſtuloſum aſſeruit. Quomodo ergo in capite tantum, et cruſtam vnam, qualem eſſe tineam inferius oſtendemus, confitebuntur? Et verum Avicennae dictum id eſt, quod ſupra adducitur, a nobis forte melius, quam ab aliis interpretatum libro, quem parturimus de plurimorum Avicennae locorum interpretatione inſcripto, continet minus, id eſt, vsque ad minima, nedum mediocria et ſublimia medico cognitu neceſſaria, quo ſcilicet ad cuiuslibet aegritudinis eſſentiae cognitionem atque curationem, quae ſua tempeſtate humanis corporibus potuerunt accidere, capite videlicet proprio, vel ei affini, aut propinquo, vel generali, et quod ſuperadditum eſt, incomprehenſibile eſt, quia in arte medica nihil dici comprehendique poteſt, quod eo modo, quo dictum eſt, Avicennae libro haberi non poſſit. Non enim omnia particulatim, etſi valuiſſet, ſcribenda erant ab eo, quoniam omnia legere et rimari hominis vita, quae breuis eſt, tempusque acutum non conceſſiſſent, libro ſuorum *Aphorismorum* Hippocrate atteſtante. Propter quae ipſe doctrinam Aphoriſticam adinuenit,

uenit, vt aſſerunt recentiores; Sunt enim ſingularia infinita. Quare iubet PLATO quieſcere a genere descendentes, vt eſt aqud PORPHYRIVM. Omiſit enim AVICENNA capita multa propria, vt doloris hypocondriorum curationem et alia id genus, quoniam ex ſibi ſimilibus capitibus, vel generali ſaltem elici poſſunt, et infinitas fere ſecundo canonis praetermiſit ſimplices medicinas, quas tamen et earum proprietates exprimi eiusdem libri generalibus capitibus poſſunt, quum opus fuerit, et perfecte cognosci. De tinea ergo ſimiliter, licet non proprio capite AVICENNA auctore, vniuerſali tamen aut affini, ſiue propinquo, de alopetia ſcilicet tiriaque, poteſt haberi notitia. Sumitur itaque Saphati ab AVICENNA pro paſſione in ſuperioribus, et in inferioribus corporis partibus quamplurima loca afficiente, vt definitio ab eo poſita ſonat, et caput, quod tineae minime conuenit, quae capitis tantum affectio eſt. At ſi contra obiicitur, AVICENNA multis in locis a te reprehenditur, vt hoc in libro apparet, hoc autem a te vel recte fit, et AVICENNAE nulla eſt ſalus, vel vt appareas, et arguendus es. Ad quod dicimus id recte factum nobis apparere, licet forte non ita ſit; Quod ſi ita ſit, id expoſitioni addere oportet, veram eſſe AVICENNAE propoſitionem, vt in pluribus. Paucula enim ſunt, quae obmittit, reſpectu ſcilicet illorum, quae ſcribit neceſſario

ſario ſcribenda, parum autem pro nihilo habetur, auctore Philoſopho.

*Saphati non eſſe tineam *) apud Auicennam declaratur.*

Sed et Saphati non eſſe apud plures auctores, praecipue AVICENNAM, quod tinea eſt, planius conſtet, pluribus aliis oſtendimus rationibus. Prima haec eſt. AVICENNA Saphati inter capitis diſpoſitiones, nec prima tertii, nec quarti ſeptima, ſed inter vniuerſae cutis affectiones enumerat, quum et *capite de ſcabie* eam ait ad Saphati terminari. Ex hoc ſequitur, per id propriam capitis laeſionem non intelligere. Quod et comprobatur, quum eiusdem capite id et in inferioribus fieri ſcripſerit. Cui ZOAR *Theyſir* ſuo et RASIS *libro diuiſionum* conueniunt, quum faciem inuadere et iuncturas affirment, de eisque duo ſeparata capita ponant, et 2° *Almanſoris capite de hirudinibus*, id eſt, ſanguiſugis, ait RASIS, conferunt Saphati vbi fuerit. Quod ſi proprium membrum haberet et locum, non expreſſiſſent. Praeterea AVICENNA, quod et ZOAR iterum iubet, in Saphati ſanguinem

*) De hac differentia, vt ſolet, quam diligentiſſime tractauit Cl. *Hensler* l. Abendländ. Ausſatz p. 61.

guinem exhaurire, quod tamen medicamentum nullus auctorum tineae, niſi raro, propitium ſcribit, vt a GALENO *Memiri primo*, ZOAR THEYSIR ſuo, ſuoque MESVE *de Apropriatis* poteſt plane videri, quoniam plurimum fit ex corruptae qualitatis certo humore, ergo a tinea diſtare putandum eſt. Praeterea tineam eſſe cruſtam habetur accoribus *) per foramina exeuntibus, ac tumorem praeter naturam *Memiri primo*, libroque *de facile acquiſibilibus*, quae accora dicitur a GALENO, CASSIO etiam FELICE et HALIABATE auctoribus. At apud AVICENNAM non eſt Saphati cruſta vna, ſed puſtulae loco diſtinctae, ita, vt numerari non difficile poſſint, ideo plane apparet vnum ab altero penitus diuerſum eſſe. Praeterea impetigo ſecundum eos pro igne volaci eſt, Saphati proxima, a qua tamen tinea longe differt, ergo et a Saphati abeſt. Praeterea nullus AVICENNAE interpres, Saphati pro tinea interpretatur. Quod ſi ita fuiſſet, ipſi notam quam maximam non effugerent, quum rei occulta enucleare neſcierint. Sequitur igitur haec a ſe inuicem omnino differre. Dicit enim *de Saphati capite* interpres GENTILIS, AVICENNAM de cutis paſſionibus ſe determinaturum, ac *capite de ſanguiſugis*, id eſſe cutis defoedationem exponit, rubeasque eſſe puſtulas, eodem in loco VGO SENEN-

*) i. e. achoribus.

NENSIS, vbi et AVICENNA innuit aegritudines exſiſtere ſubcutaneas; *capite* quoque *de flebotomia: Rubeae ſunt*, inquit, *maculae faciei*, ipſeque in *ſynonimis* inquit: *Botor eſt, quae virus emittit.* Ex quibus aperte patet, Saphati non eſſe, quam ſic vocant tineam ipſam.

Tineam non eſſe alopetiam declaratur.

Et quoniam de tinea verba fecimus, vt eius eſſentiam plane propriam inquiramus, eam aliam eſſe ab alopetia contra nonnullos, de quibus etiam *libro diuiſionum* eſt RASIS, facile demonſtramus. LANFRANCI enim haec ſunt verba: *Eſt tinea cruſtoſa cutis, aut humoroſa, vel vlceroſa corruptio manifeſta*, vt etiam ſuperiori loco probatum eſt a GALENO. Alopetia autem, vbi cutis capitis pili cadunt abſque cutis laeſae vitio apparente, vt ex GALENO etiam *Memiri primo* colligitur, quoniam, vt *ſeptima quarti* AVICENNA declarat, alopetiae cauſſa materia eſt in pilorum origine; Quod et planius reddens GALENVS duo de eis diuerſa capita ſcribit eo in loco, libro quoque ſuo *de facile acquiſibilibus*, vt etiam *particula XXIII. Aphoriſmorum* ſuorum RABI MOSES refert. Idem et THEYSIR ſuo ZOAR effeciſſe non eos latebit, qui haec inſpexerint loca. Ex quo ſequitur, eos, qui inter

ea nullam arbitrati ſunt differentiam, infrequentes eorum auctorum lectores eſſe.

Dubium, quare cum Saphati non ſit febris.

Sed quoniam, quum ſuperius oſtenderimus, variolas et carbonem huic morbo diſſimiles eſſe, *de febre* mentio facta eſt, vtiliter igitur dubitabitur, quod a nullo adhuc forte diſcuſſum eſt, quare *cum huiusmodi labe febris non oritur, aut rara* *), quum in variolis, quae puſtulae ſunt valde minores, in magnis etiam iuncturarum doloribus, vt morbi huius dolores eſſe percipiuntur, in inguinis etiam apoſtemate, in puſilla ſcabiola febris ſaepius palam appareat.

Ad hoc dicimus reſpondentes, bifariam fieri febres humoribus accenſis, aut ex eorum ſola, quod rarius, ebullitione, aut ipſorum, quod ſaepius, orta putredine, nec fiunt modo priori, niſi ex vehementi agitatione eorum, exercitio ſcilicet aut oppilatione illorum plurimum multitudine veniente. Et hae ſynochae frequentius ſunt atque cholericae, quae quidem, niſi quam citiſſime deſinant,

*) In eadem opinione eſt Pinctor c. 2. p. 89. et 90. ita tamen, vt eam raro euenire ante puſtularum exitum concedat, c. 12, p. 101.

nant, ad putridas tranſeunt. Nec ſecundo etiam modo fiunt, niſi putruerint et humores, quod plurimum fit, ex cauſſis ante immediate adductis. Quum enim putrent humores, febris iam cauſſa orta eſt, quod ſentit *ſexto de accidenti* GALENVS, libro quoque *de ſectis*, quum inquit: *Atra bilis ſi in toto ſpargitur, icteritiam parit, in vno vero membro herisipilam vel formicam adducit. Atra bilis in toto lepram affert, ſed in membro vnico cancrum, pituita hypoſarcam in toto, in membro autem vndimiam, aqua hydropem toti praeſtat, in membro vero veſicas, ſed hi ſi miscentur, diuerſos faciunt morbos iuxta mixtionis menſuram; at ſi putruerint, febres accendunt.* Idem AVICENNA *tertia quarti de lepra capite* inquiens aſſerit. *Quum toti communicatur materia corpori, et putrefiat, prouenit atrae bilis illico febris; Quod ſi non putrida perſeueret, ſed inculcetur, lepra innaſcitur.* Ex his ergo, quae proxime annotauimus, ortam dubitationem diſſoluimus, affirmantes, *non fieri cum hac aegritudine febrem*, quoniam nec ſatis ebulliunt, nec ſatis putrent humores, quod in his fit, quum accenditur febris, quae ſunt obiecta ſuperius, vt ex AVICENNA *XV*[a] *tertii* percipere eſt, qui ait: *Quum materia in corpore toto et vbique diffunditur modica ebullitione, icteritia gignitur.* Si autem vlterius exquiratur, cur hi nec ſic feruent, nec putrent humores, quum adſint huius rei cauſſae fa-

cile effectiuae, (nam et prae multitudine materiae ſequi debent obſtructiones, feruorque cum materia ad puſtulas efficiendas non paullatim congeſta, ſed via defluxus, vt in periodicis febribus extra venas ſaltem maiores eiiciatur) dicent ad haec theologi atque fideles, quum propter Italiae peccatorum certam poenam, veluti lepra Iob examinando hanc labem acceſſiſſe confiteantur. Quae quum, vt eis aequetur enormibus, debeat eſſe longa, huic non debuiſſe febrem adiungi, quoniam non octo ea iam annis, quibus humana corpora crucientur, ſed breui dierum ſpatio interemiſſet, quum ipſa ſola multos iam vita priuarit, ideo nec fernor *). Aſtronomi vero dicerent, ex certa mala proprietate a caelo, planetae ſcilicet vel formae alicuius influxu, materiae huic impreſſa proprietati peſtilentis febris contraria, quae fere ſubito in vaſis agitationem et febrem excitat comburentem. Phyſico autem iudicio ſic mihi dicendum eſſe videtur. Exagitatio ſcilicet atque obſtructio, quae hoc in morbo contingunt pro ebullitione et putre-

*) Cum conditione hoc admittit Pinctor c. 2. p. 89. Nam *raro* eam adeſſe profitetur. Hic de tempore, quo ſcripſit auctor, videtur eſſe veriſſimum quia iam a. 1502. luis forma immutata eſt, at vero dubium, ſi de primis originibus quaeritur. Tunc enim Leoniceno, teſti oculato, maior fides eſt.

putredine adducenda, niſi in corpore valde parato, nullo modo ſufficiunt, ſicuti nec ſaepe in icteritia febris accenditur, licet via defluxus efficiatur. Huius autem cauſſa eſt, quia materia nimis ſicca eſt, et non ſic in ſcabie, dicente *primo complexionum* GALENO *capite* 4. non fit ex ſicco putredo. Idem AVICENNA affirmans *quarti ſeptima de verrucis capite* inquit: *Non fit febris, praecipue exiſtente materia in ſuperficie;* Nam cauſſis priuatur putredinis tantae, ſaltemque faciat febrem, quoniam ad ſiccitatem materia vertitur atque frigus, magisque in venis minoribus, quae ſunt cauſſis exterioribus magis propinquae, facilius exſiccantibus, quam putredinem adducentibus, quae etſi fieret parua, quia etiam diſtans a corde, vt ex AVICENNA *ſecunda primi de pulſibus apoſtematum* colligi poteſt, quod cauſſa eſt in ſcabie, paruam fieri febrem, cuius febris paſſio eſt, ipſam non faceret. Ex quo ſequitur, materiam continuo ineptius febris ſubiectum fieri, tum ex ſiccitate a caeli proprietate impreſſa, aereque continuo exſiccante, tum ex materiae a corde diſtantia, tum forte, quod addimus, ex proprietate varia mixtione quantitatis humorum, vt in tiriaca contingit, ex qua varii etiam ratione difficiles cognitu producuntur. Ex qua etiam proprietate forte fit, vt plurima in tumulis corpora per ſaecula imputrida ſint inuenta, ſicuti a proprietate dicimus ſalamandram igne con-

ſidere incombuſtam. *Poteſt* tamen *febris ex alia materia, quam ea, quae morbi eſt, ſaphatico in corpore naſci, eaque in eo frequentius* *) *reperitur.* Sed de his hactenus, quum de febrium modis libro noſtro *de infirmorum viſitatione* inſcripto abunde tractarimus, et ex dictis reſponſio manifeſta pateat ad obiecta.

Caput ſecundum.

De Cauſſis atque ſignis, primumque efficientibus et ſuperioribus.

Quoniam morbo recta curatio adhuc adhiberi non poteſt, niſi is, vt Galenvs *ſecundo de ſanitatis ingenio*, Avicenna *quarti prima primique quarta*, et Celsvs ſuo *de ſanitate* vna cum ceteris medicinae auctoribus ſentiunt, ſpeciali, quoad fieri poterit, notitia comprehendatur. Non enim in vniuerſali ſcire ſat eſt. Nam in confuſo, ſed in particulari neceſſum eſt, quia diſtincte *ſexto Ethicorum*

*) Ergo hoc tamen certum eſt, primam luem fuiſſe frequentius febre coniunctam, rarius vero poſt a. 1502.

eorum Ariſtotele aſſerente. Res autem, vt *Phyſicorum primo*, 2° etiam *Metaphyſicae* et *Analyticorum poſteriorum* libro edocet Ariſtoteles, numquam perfecte apprehenditur, niſi et eius vsque ad immediatam cauſſa cognoscatur. Nihil autem eſt ſine cauſſa, *ſecundo Rethoricorum Ariſtotele*, et *primo de ingenio ſanitatis* Galeno ſcribentibus, Ideo, poſtquam de eiusmodi paſſionis nomine, vt veritas docuit, diſputauimus, de eius cauſſis optime cognoscendis noſtrum eſſe pertractare hoc loco ſentimus. Et quum morbi cuiuslibet ſint cauſſae quaedam aegrae, aliae neutrae, et ſalubres reliquae, et pro morbi eius notitia et depulſione aegras cauſſas ſalubresque ſat ſit cognoscere, primo cauſſas aegras, deinde ſalubres excutiemus, et quoniam aegrarum quaedam efficientes ſunt, quaedam formales, materiales atque finales, harum ordine genera percurremus, quarum diuiſionem cauſſarum, quam forte nullus ſic abſolutam vmquam vidit, qui optat, librum noſtrum legat *de infirmorum viſitatione* inſcriptum.

Cauſſarum itaque aegrarum, ſcilicet efficientium, primoque prochatarticarum, ſine quibus raro aegritudines fiunt, vt *primi prima* Gentilis teſtatur, et vniuerſalium omnium prima, quam ordine vniuerſi remotiſſimam ab omni effectu conſiderant operantem theologi atque fideles, licet forte

 huius

huius, quem Saphati dicimus, immediatam, vel extra naturae modum aut ſpeciali modo agentem, vt lepra Iob inlata eſt. Altiſſimus ac omnipotens ille Deus eſt quem vniuerſi orbis prouiſorem vnusquisque veritatis amator fronte apertiſſima confitetur, vt aberrantes iamdiu oues de innumeris enormibusque peccatis arguens tandem corrigat et caſtiget ne, eo ſinente, vt Pharaoni accidit, cor eis ad impietatem obduretur, ſed vt impoſterum ſemita magis recta incedentes, vitam beatam denique conſequantur.

Hoc manifeſte inditia probant. Miſera ac infelix Italia decem fere iam annos varia flagellorum genera paſſa eſt patique parata, videlicet bella, depraedationes, violationes, adulteria, occiſiones inter principes, inter populos, inter ciues, inter affines, inter fratres diſſenſiones inexcogitabiles, odia, dolos, quae malorum omnium cauſſa extiterunt, omnium paene dominationum, principatuum et regnorum incendia, ruinas, deſolationes principumque miſeram fugam, item famem, ſegetum in agris pariter et in horreis, omnium etiam obſoniorum euerſiones, item *peſtem*, *febres malignas*, medicis cognitu difficillimas, tuſſes inauditas, alios quoque morbos, *hanc* etiam, de qua nunc noſter eſt ſermo, quam *voraciſſimam feram*, tandemque Italiae ſeruitutem. Tot autem ſuppli-

ſupplicia et poenarum genera, quis vna tam breui temporis ſpatio, niſi corde ſuo inſipiens propter peccata a iuſtiſſimo vltionum Deo emanaſſe negabit, quum *praecipue lenonibus, meretricibus atque foedam coitu et vino vitam ducentibus primum inhaeſerit? Et ſi bonis ac nobilibus viris id linteorum, potus* et *osculi contagione acceſſit*, hoc *omnis populus confitetur* *), cuius vox et Dei eſt iuxta prouerbium, hoc et praecones atque verbi Dei concionatores, qui ea praeuidentes flagella, tot annis, poenitentiam agite exclamauerunt, teſtantur; hoc et infideles, vt Avicenna eſt, quod *X° Metaphyſices* aſſerunt atque roborant. *Crede*, inquit, *quod dicitur de diuinis flagellis, quoniam ſuper flagitioſorum ciuitates deſcendunt, ſuperque homines iniurioſos voluntate diuina.* Et verum id eſt, quum approbat vulgus, neque hoc negant, niſi qui philoſophi videri contendunt. Concedunt tamen et ipſi non ſolum huius, ſed et caeli, et naturae totius cauſſam eſſe Deum, vt *XVI. de Animalibus* Aristoteles et 2. *Metaphyſices* atteſtatur; immo inquit ipſe hoc de Regimine principum, *ſine eo nihil fieri poteſt*; quod et Plato ſuo ſcribit *Timeo*, ſuoque de ſubſtantia orbis Averrois, quamuis vniuerſali ac naturae ordinis modo, non ſpeciali, id velint. Quoniam

*) Simili modo mentem tegit Io. Almenar c. 2. p. 361. T. I. Aphrod.

niam vero ordinata potentia ſua, qua vt ſaepius operari eſt aſſuetus, non, niſi ſecundariis cauſſis auctoritate philoſophi agit, quae quidem non, niſi a Deo ac intelligentiis motae, teſte eodem, haec mouent inferiora, quae, vt idem teſtatur in *Meteoris*, libroque *de Regimine principum*, neceſſe eſt ſuperis lationibus gubernari, quoniam bonum vniuerſi *XI° Metaphyſices*, eodem teſtante, conſiſtit in ordine.

Accedit et ſuperiorum altera cauſſa, *aſtra* *) videlicet, quae omnis orbis inferiores effectus remotiſſimam conſiderantes cauſſam aſtronomi ſtatuunt. Aſpectus igitur alicuius planetae aut formarum aerem ad qualitates prauas et terrae fructus facile corrumpentium hunc ad gignendum morbum influxit. Hoc his, qui aſtronomos inſequuntur, aperiunt certa inditia; Nam *populos regione, genere, complexione, aetate, regimine moribusque diuerſos apprehendit haec lues*, vnde nomen *epidemiae* accipit; Haec

*) Horum influentiam accuſant MONTESAVRVS c. 4. p. 117. T. I. et GRVENBECK p. 57. ſeq. PINCTOR rariſſimam eſſe ait c. 3. p. 91. itemque c. 10. p. 99. ſolam nominat, excluſis ceteris cauſſis, ita tamen, vt, quae eius ſit proprietas, ſe neſcire confiteatur, ſubdubitat Io. ALMENAR c. 2. p. 361. T. I. eamque *a ſola influentia et aeris correptione rariſſime eueniſſe* profitetur.

Haec enim quum ita fiunt, aſtrorum influxu iudicant aduenire, et quum omnes orbis effectus per cauſſas continuo minus remotas, magis vero propinquas, quas *primo Phyſicorum* formaliter concurrere ait philoſophus, perficiantur.

Accedit et ſuperiorum tertia cauſſa, *aeris* ſcilicet *intemperies*, conſequenterque *temporum mutationes*, quae, teſtante *3ª Aphoriſmorum* Hippocrate, generant morbos, in quem phyſici ſenſui inhaerentes, ac alia elementa vltimo ab eis conſideratas cauſſas, omnes mundi effectus referunt, et licet inter non naturales cauſſas aer annumeretur, quia tamen, vt *Pronoſticorum prima* Hipppcrati placuit, eſt aer quodam caeleſte, hoc ipſum in loco cauſſam eſſe conſtituemus. Haec autem aeris intemperies *qualitas ſicca* extitit atque *calida*, quae maxime repletis corporibus eſt infixa, ea non vera putredine, ſed certa corruptione afficiens. Anno ſcilicet cIↃccccLXXXXIIII. quo in Italia venit Chriſtianiſſima Francorum Maieſtas, ad aeſtatem ſequuti ſunt menſes decem quam ſicciſſimi, quod profecto, vt liberum ei eſſet iter, inditium extitit tantam Maieſtatem adeo ante alios iuſtitiae principem ac Italiae durum flagellum conſtitutum fuiſſe, quod timor ac populorum tremor ineffabilis teſtatus eſt. Regno enim Neapolitano, cuius rex fugae ſe tradidit, et Mediolanenſi, cuius princeps

ceps captiuus ducitur, nutu fere oculi, vixque enſe nudato, ſed pileorum vmbra pantufiarumque occurſu atque gipſea inſcriptione, (dictu mirabile) biſquinque annorum ſpatio potitus eſt. Caliditas igitur aeris licet vna hieme contemperata, continuaque eius totius temporis ſiccitas, vnde magis, quam caliditas huius morbi ipſa cauſſa eſt, arbores et terrae fructus, corpora humana et vniuerſa pecora, nulla quaſi vmquam tunc pluuia contemperante, ad ſui naturam et qualitatem mutauit; hinc humores humano in corpore, complexio et naturalis calor corruptionem ſenſerunt, quod continuo cibariis et humoribus in complexionem caloremque agentibus, et in haec illis mutua corruptione, aeris alteratione indeficiente, quia nihil in natura fecit ocioſum Deus, vt libro *de Regimine Principum* Aristoteles ſcribit, in deterius protractum eſt. Vt enim ſint corporis pro ſanitate humores vitaque conuenientes, decens debet humidi cum ſicco mixta ineſſe quantitas. Humido vero effluxo, calidum non moderante innatum, atque iam factum extraneum, rurſum ſiccitatis auctu redduntur humores ſicci, terrei atque vſti.

Ex calida ſiccaque aeris temperie fit hic morbus.

Hanc autem aeris, quam dicimus, intemperiem huius morbi cauſſam eſſe multis concludimus ratio-

rationibus, quarum prima haec eſt. Morbi huius materia calida eſt atque ſicca, vt infra apertiſſime demonſtrabimus, ergo, quum in habentibus ſymbolum tranſitus facilis ſit, calida exſiſtit intemperies ſiccaque. Item apparet colore, vt viſus diiudicat, puſtularum liquor terreus atque vſtus, calorque ineſt et pruritus non paruus, dolores item acuti, quos quum humiditas ipſa non faciat, vt *prima tertii* AVICENNA teſtatur, ideo ex ſicca intemperie fiunt. Nimia quoque vigilia, quod calidi eſt et ſicci, item *iuuenes*, quorum aetas, complexio, et humores ſicci ſunt, *hac inuoluti ſunt labe;* ergo, quam oſtendimus, intemperies eius cauſſa eſt, quum, teſte ARISTOTELE *de Generatione* 2°, et GALENO *Memiri primo*, in habentibus, vt diximus, ſymbolum tranſitus ſit facilior. Praeterea, duplici habita temporis intemperie, longior atque actiuior aegritudini, magisque proportionalis pro cauſſa tribuenda eſt, quum omni in actione contactus requiratur et mora. At haec qualitas calida ſiccaque longior ex ambabus, calida ſcilicet et humida, et actiuior eſt, igitur ea noui morbi huius cauſſa eſt. Minor probatur; Nam humida intemperies durauit dies, minusque, vt patet, actiua eſt, noſtra autem intemperies anno fere et dimidio vigens, actiuior eſt, modo qualem conſtitutionem fecerit annus, tales aegritudines expectare oportet, ait HIPPOCRATES *Aphoriſmorum particula tertia*,

quo-

quoniam in immoderatis temporibus immoderatae aegritudines fiunt, vt idem ait: Nam mutationes temporum generant morbos. Ait enim Avicenna *primi* 2ª; annus, cuius tempora omnia vnius qualitatis extiterint, multarum eſt aegritudinum productiuus ſuae proportionalium qualitati, quarum tempora erunt prolixa, quoniam, vt ibidem ait, ſi vna anni ſtatio metas ſuas excedens ſibi ſimilem aegritudinem commouet, quanto facilius et totus annus; ſed quum dies paucos humida, anno autem fere et dimidio ſicca viguerit qualitas, quae et actiuior eſt, et aegritudo tam longa ſiccitati proportionalis extiterit; ipſa *anni qualitas tantae luis cauſſa* merito inuenitur, praecipue quum praedictam aeris intemperiem ſimiles ſaepius affectiones producere vniuerſalibus eorum tractatibus apertius fateantur auctores. Ait enim *tertia Aphorismorum* Hippocrates: *Aeſtate febres continuae, oris vlcera et pudendorum emergunt.* *Prima* item *Aphorismorum* Galenvs: *Autumnus morbo ſimilis fit, de corruptione cuius eſt intemperies ſiccior.* Avicenna quoque *ſecunda primi: Quum aeſtatis caliditas intenſa fuerit, ſinantiae inde pernicioſae, morbilli, variolae, corruptio ſanguinis, triſtitia, aliaeque huiusmodi diſpoſitiones* aſſerit prouenire. Idem Celsvs affirmat. *In hieme autem nihil horum accidere ſcribunt,* et ſi innuere id monſtrent, non a natura temporis, vt efficiente, quia temperiei proxima, vnde a corruptio-

ruptione ſemota, ſed poros aperiente dumtaxat; Et nos anno cIɔccccLxxxxv. extrema aeſtate egregium vtriusque iuris doctorem Dominum Philippvm Decivm, Papienſem, in Florentino Gymnaſio Prati, Piſis tunc rebellibus, publice legentem, hac labe affectum ipſi conſpeximus, eoque in tempore *ab eadem in media tertiana* miles Pratenſis acriter *captus* eſt.

Ex his igitur omnibus in argumentum vnum redactis, noſtra redditur manifeſta concluſio, atque apertus eſt error dicentium, calidi et humidi aeris intemperiem huius aegritudinis eſſe cauſſam. Decepti ſunt ii ſimilem morbum ex ſimili cauſſa apprehendentes ex Hippocratis verbis *libro epidemiarum*, ad ſuum propoſitum male adductis, quae licet in Hippocratis libro, qui apud nos eſt, non reperiantur *prima tertiaque particula*, quae ab his allegantur, *primo* tamen *complexionum* ea adducit Galenvs: *Pluebat in aeſtibus, et auſtro flante, humores liquidi intercepti incaleſcebant, hinc et pruritus, et veſſicae veluti igne aduſtae, quae exuri apparebant, connaſcebantur.* Decepti iterum ſunt, quod Gothorum et Pelasgii *) Pontificis tempore, vt Blvndvs meminit, tempore etiam Bonifatii, vt Pla-

*) Leg. *Pelagii.* ſed haec, vt videtur, Leoniceno opponuntur p. 37. T. I. Aphrod.

Platina ſcribit, ex magna pluuia *) ſimilis labes apparuit. Ex quibus arguunt, hunc noſtrae aetatis morbum ex ſimili cauſſa ortum eſſe, ex calida ſcilicet humidaque intemperie, quia ex pluuia ſcilicet anni cIↃCCCCLXXXXV. nonis Decembris emiſſa, qua Roma facta eſt nauigabilis, ac tota fere Italia inundationes paſſa eſt. Sed non id, quod volunt, concludunt. Scribunt enim Hippocrates et Galenvs ex pluuia in aeſtibus rabioſis ortam eam eſſe labem, ſicque ex calida et humida intemperie. Rabidus enim calor humores acutos et vſtos effecit, pluuiae autem humiditas nil aliud operata eſt, niſi quod corpus eis affici humoribus aptius reddidit, licet eorum acuitatem potius extinctione obtuderit, eosque corruptioni fecerit paratiores. Humidum enim faciilime immutatur, libro ſuo *problematum* Alexandro Aphrodiseo teſtante. Aer enim humidus cutem mollem reddit et poros apertos, *ſecunda primi* Avicenna auctore. Iſti autem ex pluuia nonis Decembris natum hunc morbum eſſe affirmant, quo in tempore non calida et humida, ſed frigida humidaque viguit qualitas, quum tunc ipſa fuerimus hieme, id comprobante *primo complexionum* Galeno, quum ait: *Si pluuia in hora et ſtatione frigida fuerit, minime calida diſpoſitio atque humida, ſed*

*) Hanc prae ceteris attendi iubet Nic. Leonicenvs p. 36. ſeq.

ſed naturalis comperietur. Quod planius exprimit dicens, complexionem calidam et humidam aeris numquam reperiri in horis anni, niſi ardentiſſima in aeſtate pluuia venerit. Et AVICENNAE auctoritate *primi ſecunda* probatur, hanc hiemis diſpoſitionem hunc vel ſimilem morbum non generare. Quumque hiems fuerit multarum aquarum, abortus, ophthalmiae, egeſtio ſanguinis catarrique oriuntur, vbi de cutis affectionibus, agente ſublato, nullam mentionem facit. Non igitur probant hanc aegritudinem fieri ex ſimili cauſſa eius, quam ex auctoribus ipſi adducunt, nec ex calida ideo humidaque, vt plane oſtendimus, licet ab ea poſſit oriri, vt ex adductis hic verbis HIPPOCRATIS et GALENI, qui ex calida et ſicca etiam fieri poſſe nequaquam negarent, immo iam ipſi concedunt, vt ſuperius ex fide ipſi probauimus. Propoſitio igitur noſtra prae aliis vera apparet.

Non fit hic ex calida et humida aeris intemperie.

Sed vt res ex toto discutiatur, omnisque ambiguitas tollatur de medio, ex calida et humida aeris intemperie non natum hunc eſſe morbum, aliis rationibus contra nonnullos muniti accedimus, dilucidius oſtendentes. Ratio prima haec eſt. Si ea intemperies huius eſſet morbi cauſſa, pluribus adueniret putrida febris, quum eorum praeſertim

ſententia hunc efficiat morbum, quia putredinem gignit, et quum febris in eo non oriatur, ergo non haec, quam dicunt, ſed ſicca potius intemperies, cuius proprietas eſt non adducere febrem, concluditur, vt ex GALENO et AVICENNA ſuperius declarauimus. Item aduſta nequaquam appareret materia, et conſequenter breuior aegritudo fieret, quoniam humidi non vrere, ſed quod ſuscipit, citiſſime linquere, ſicci vero eſt diutius continere. Praeterea pueros, mulieres, ſenes et humida corpora potius occupaſſet, atque facilius, minus autem iuuenes viroſque, quorum corpora ſicca ſunt, quoniam in eis dominatur calidiſſimus elementorum, quum in habentibus ſymbolum tranſitus ſit facilior. Aeſtate enim iuuenes ſe deterius habent, hieme vero pueri et humida corpora, vt omnium eſt doctorum ſententia, *tertia* praecipue *Aphorismorum* HIPPOCRATIS *aphorismo 18°.* Modo autem contra euenire cernitur. Item vigilia atque dolor mitius infeſtarent; item ſimiles affectiones ex calido ſiccoque frequentius oriuntur, ex corrupta ſcilicet actione, non autem ex humido, vt heriſipila eſt, cancer, ſcabies, carbo, formica, morphea, lepra, vt ex GALENO *3° de accidenti, et morbo XIII*ª quoque *tertii* ex AVICENNA notauimus, quae a calido ſaepius fit et ſicco, vt ibidem AVICENNA, atque *tertii prima* notat. A frigido autem et humido ablata et diminuta potius operatio, ergo et hac

ab

ab ea fieri intemperie, non autem humida verius dicendum eſt. Praeterea regimen ſiccum huic foret morbo conueniens, quum omnis fiat cura contrario maxime aere aduerſante, *3° Tegni* dicente GALENO, aere contrario exiſtente omne reliquum regimen ei opponi debet, ſed rem ab hac diuerſam ſimilibus affectionibus, ſcabie ſcilicet, impetigine atque Saphati ſcribit ABOHALI, ſit aeger, quum inquit, inſipido et humectatione contentus, ita quod etiam id balneo efficiatur, res ſcilicet vſtae, ſiccaeque materiae commoda, at haec adderent in cauſſam et putredinem. Ex his igitur omnibus vno argumento conflato, quum hoc in morbo contraria omnia fieri reperiantur, aſſerimus, quam ponunt itaque intemperiem huius eſſe morbi cauſſam, minime tenendum eſſe. Ex quo ſequitur, propoſitionem noſtram procul dubio ueram eſſe, *aeris* ſcilicet *intemperiem calidam ſiccamque huius epidemiae cauſſam* extitiſſe. Quidquid enim cauſſae cauſſa eſt, et cauſſati eſſe non latet.

Cauſſae ſpeciales primitiuae efficientes inferiores.

Ex cauſſis vero ſpecialibus atque inferioribus *regimen malum* eſt in rebus reliquis non naturalibus, quod et hunc morbum efficiens, corpora etiam praeparauit ac diſpoſita reddidit ad agentis caeli in-

influxum, facile ſuſcipiendum; primum cibaria potusque, cibaria, facilis ſcilicet corruptionis a propria ſua natura vel ab aeris intemperie dicta, quos reperiunt humores corruptione etiam afficientia, et acutos, et malos denique generantia. Aeris enim excedens qualitas meſſes et generationem corrumpit, vnde et corrumpit ex animalibus, quae eis vescuntur, vt *primi ſecunda* ab AVICENNA percipitur. Huiusmodi vero ad hoc praecipua fungi ſunt, pepones, perſica, ceraſa, ozymum, allia, cepe, porra lentesque, pisces etiam mali, caro vaccina, hircina ceteraque huiusmodi, quae fere ſcribit *de differentiis febrium primo* GALENVS, quum ait: *Cepe, allia, naſturtia, porra, eruca, vrtica, baſilicum, cibaria corruptionem afferentia ſunt atque putredinem.* Multi enim, propter famem haec comedentes, putridis et peſtilentibus febribus mortui ſunt. Alii a puſtulis ſcabioſis poſſeſſi ſunt atque leproſis. De lentibus vero HALIABAS *V° theoricae*, *2° canonis* AVICENNA, in *particularibus Dietis* YSAAC, *3° Almanſoris*, RASIS, ſuo *de alimentis* GALENVS melancholiam, elephantiam, morfeam, cancrum et impetiginem efficere ſcribunt. Horum eſt ratio, quae de atra bile ponitur a GALENO, ſubſtantia ſcilicet humorum in cibis et potibus continetur. Quales enim ii ſunt, tales fieri humores cenſendum eſt. Ex his, quae potui tribuuntur, vina fumoſa et vehementia praua, quoniam humores

adu-

adurunt, vina quoque corrupta et groſſa, aqua etiam infuſionum ſtans fetidaque a militibus epota in Italia, *commeſtio*, *ac inordinata cum vaſis*, *praecipue affectorum*, *ex regis aduentu potatio*, vt praepoſtero ordine ſumpta, temporeque non ſuo; eorumdem et praeparatio mala cauſſa eſt, quod facile corrumpantur, aliaque deinceps corrumpant, ipſorum quoque ſuper indigeſto affectata ſuſceptio. Sunt et 2° loco excedens vigilia, nimius etiam ſaepe *ſomnus* ſuper ipſa maxime habitus repletione, *cum infectis* praecipue, *vel in eorum cubile*, aut ſtomaci vacuitate. Sunt et 3° loco exercitium laborioſum, nulloque factum ordine, corpore item pleno vel item euacuato, vt militibus in Italia, populisque fugam huc illuc arripientibus. Humores haec acuunt, vrunt, corrumpunt, licet etiam et reſoluant: Quies quoque praeter rationem ſumpta. Quarto etiam loco ſunt excrementorum retentio, praecipue corruptorum, inanitioque excedens, vt fames eſt, *coitusque* praecipue *cum affectis* *), qui corporis deſtructio eſt, *libro de Regimine Principum* auctore Philoſopho, vritque ſanguinem et humores, *quinta quarti tractatu ſecundo*, *capite* quoque *ſecundo*, vt inferius adiiciemus,

 cete-

*) Hunc maxime nominant Pinctor c. 12. p. 102. et Io. Almenar c. 2. p. 361.

ceteraque huiusmodi. Item *abraſio ab infectis et eorum nouacula* *). Partem quoque quinto atque vltimo loco hoc in morbo non minimam habent animi affectiones, ſicuti triſtitia eſt, laetitia, *confabulatio* cum amicis, praecipue *ad os admoti* ſi fuerint, *dum loquuntur, vel ſe obſculentur;* timores ob ſuperius plura enarrata flagella. Prohibent enim haec debitam digeſtionem, vt *primi tertia* Avicenna teſtatur. His omnibus, aduentante rege tremendo cum exercitu abſque debita quantitate, qualitate ordineque populi omni Italia vſi ſunt, vnde ab hoc ſic parati Dei et aſtrorum caelitus influentem vim imbibentes facile ſusceperunt. *Caelum* enim ita ſe habens, corpora parata offendens, *hunc*, de quo noſter eſt ſermo, *morbum effecit*. Eſt etenim praeter contactum et moram, ſine quibus non agunt, quia non, niſi approximata atque in tempore *primo de generatione* Philoſopho aſſerente, corporis praeparatio praecipua aegritudinum cauſſa, vt 2° *de febrium differentiis* ſcribit Galenus. Actus enim actiuorum in patiente bene diſpoſito recipiuntur, 2° *de anima* Aristotele atteſtante. At ſi agens validiſſimum eſſe contingat, ineptum licet ſubiectum omnino afficit, ſicut

*) Talia exempla habent etiam ſeriores medici, maximeque Iordan. *L. Luis nouae in Morauia exortae deſcriptio, Frft.* 1580.

cut in ardenti fornace lignum, licet viridiſſimum, et idria aquae, quae tamen paruum ignem extingueret, quaſi illico ab igne afficiuntur, immo et ſi agens paſſo debilius, longo tamen tempore in actione perſeuerans, ſaepiſſime id corrumpit; Funis enim et gutta lapidem cauant, experientia matre. Hac autem praeparatione quum caruerint plurimi, *hac* ideo *labe minime implicati ſunt*, quales *caſti et ſobrii* ſunt, atque a rumoribus his in ciuitatum reuolutionibus diſtantes, quibusque nulla trepidationis occaſio fuit, quales alpium incolae ſunt, et in montibus habitantes. *Lenones* vero, *meretrices atque luxurioſe viuentes non ſolum poſt regis aduentum, ſed et antea* *), nullo ſeruato vitae ordine modoque, ex quo corruptis etiam repleti humoribus, merito *primi a Deo percuſſi ſunt*. *Si quis autem genere, moribus dignitateue nobilis huiusmodi epidemiam ſenſit, id*, vt ante diximus, *amicos obſculans, alloquens aliaue contagione aſſequutus eſt.*

Cauſſae corporeae, et primum antecedentes.

Cauſſarum corporearum atque antecedentium prima *virtus* eſt totius corporis *expulſiua*, purgare intendens. Licet enim inter cauſſas primitiuas de-

*) Videtur ergo luem corporis priorem tacite concedere.

beat annumerari, large tamen, quia in corpore continetur, inter has nobis eam locare placuit. Ipſa enim ex his cauſſa eſt efficiens prima, ſicut *de verrucis capite quarti ſeptima* aſſerit AVICENNA, eiusque inſtrumenta, mala ſcilicet hepatis et totius complexio calida atque ſicca a cauſſis affecta caeleſtibus, chilum chimosque continue alterans, calor quoque ad naturam igneam verſus, humores exurens atque corrumpens. Eſt et ſequens ex his altera cauſſa, corrupta ſaepius omnium membrorum *digeſtio*. Quum enim naturae inſtrumenta diſſona ſiccioraque ſint, quam corpori congruant, inde virtutem debilitantia, non modo non concoquunt *), ſed corruptam operationem in cibo efficiunt, quae facilius a ſicco fit atque calido, vt ſupra notauimus; vnde quum cibus ineptus ac difficilis ſit, et chimus, et inſtrumenta, corpus non vegetatur, ſed potius in dies quam ociſſime extenuatur, quum ob ea virtus amplius non aſſimilet, immo, vt ante diximus, membra ſic vitiata potius omne corrumpant adueniens, quoniam id ad ſuam naturam vertit omnis particula. Ex hac enim operatione veluti morbus iſte et eius ſimiles procreantur, *3° de morbo et accidente capite vltimo* dicente GALENO: *Ex indigeſtione macies ſine medio vllo efficitur,*

*) At vero PINCTOR c. 5. p. 94. huic malo proprium eſſe ait appetitum magnum et ipſam famem.

citur, mala autem digeſtio membri ſpeciem mutat, vt apparet in morſea, lepra et ſcabie. Et AVICENNA *tertii 13ª* inquit: *Ex cibariis non digeſtis, ſed corruptis, hydropiſis, cancer prouenit, atque ſcabies; immo origo eſt omnium aegritudinum chronicarum haec operatio.* GALENVS etiam *ſexto de accidenti et morbo* expreſſius ſcripſit: *Humores crudi fiunt ex digeſtionis ablatione, ſemicocti ex media coctione, peſſimi vero humores ex corrupta operatione in membris, ex quibus heriſipila, cancer, mortalitas, carbo, formica, lepra et ſimilia generantur.*

Earum eſt et 3ª cauſſa, *ſplenis* quandoque virtutis attractiuae *debilitas*, qui materiae vſtae purgatorius eſt, *XVª tertii* AVICENNA teſtante, vnde hepar impurum *XIII. animalium* dicitur a Philoſopho, eiusmodi ſcilicet materiam totam non trahens, aut quia, innato eius calore et complexione mutatis, debilis eſt, aut quia materia ipſa terreſtri et groſſa attracta plurima ſiue transmiſſa obſtructus, aut quia ab hepatis expulſiua et viscerum iam ex aeris intemperie et in dies debili exſiſtente in attrahendo non adiuuatur, quibus de cauſſis venarum ſanguinem non expurgat, ſed huiusmodi excernendis tempore longo retentis mutua fit et aeterna corruptio, acceduntque corpori atrae bilis affectiones, ſcilicet cancri, varrices, elephantia, impetigines nigrae, lentigines, morphea atra,

melencholia, lepra, et cetera hoc genus, ipſeque ſplen, quod in ſe habet, non potens expellere apoſtemata ſubit, vt *tertii XV*ª ſcribit Abohali, qui etiam *tertia quarti de lepra* inquit: *Atra bilis quando ſanguini permiſcetur, parum eius ad multum ipſius adiuuat generationem.* At ſi fermenti modicum maſſam corrumpit, quid ipſius multum efficiet? Nihil ocioſum eſt in natura, ſed vnicuique enti aliquod certum opus attributum eſt proprium, 4º *Metheororum* Philoſopho, et *XI*º *animalium*, Themistioque *primo de anima* atteſtantibus. Idem *de regimine principum* ſcribit Philoſophus.

Earum cauſſa quarta eſt *humores mali* *). Hos enim terreos factos humido caloris pabulo reſoluto, ex quo corpori inconuenientes ipſa natura ad cutem totius exteriorem dirigit expellendos; et quum a ſua creatione pudenda propter humiditatem tenera, cacochima, ineuentata obductaque ſint, ſuperfluitates aliunde recipientia, via et ſentina faecis, vel propter inteſtinorum et haemorroidum affinitatem exſiſtunt ex his paſſionibus facile apta, primum ſaepius *puſtulis veſſicalibus capiuntur*, quae ob id *vlcerantur*, antequam reliquis durioris carnis vel cutis particulis ipſae fere exoriantur, licet id

*) Hos tantum non omnes auctores adferunt ex opinione ſeculi.

id etiam praeſtet materia craſſior et faeculentior; Ipſa enim citius, quam ſubtilis membra corrodit, vt *quarto de ſanitatis ingenio* ſentit GALENVS, et his de cauſſis *facilius coitu* etiam *figuntur*, *quam potu et dormitione.* Naſcuntur et *interdum primum in facie et capitis aute*, quoniam, vt ARISTOTELIS libro *de plantis* ſententia eſt, ſanguis circa cerebrum eſt ſubtilis et purus, hinc facile paſſibilis eſt. Hoc et *mentagram*, ſi *caeli*, vel *aeris*, vel *nouaculae vitio capiat* mentum appellant, cui cauſſae alias nos addentes dicimus, ex vaporibus multis caput petentibus illi hunc morbum contingere. Item *vbi materia primum contagione* aut *influxu* corrumpitur, vt *in capite*, *oſculo*, *potu*, *coitu*, in *pudendis*, aut quo ſic vitiata deſcendit aſcenditque, licet aliunde ſecum vitium traxerit, *ibi primum puſtulae enaſcuntur.*

Ex quo intelligitur, quod multi dicunt, *ortum hunc* ſcilicet *morbum habere in capite vel pudendis* *), neque quandoque fortaſſe falluntur. Illud enim membrum huius cauſſa eſt, cuius humores caeli et aeris qualitate contagionem primo ſenſerunt; Sin autem *ex commeſtis* vel *aere* inſpirato *humores*, qui in interioribus ſunt, *affecti* fuerint, inde oriri

*) In cauſſam inquirit curioſius Io. ALMENAR c. 6. p. 366.

oriri morbum affirmabimus. Quod ſi *contagioſa dormitione linteisue cutis affecta* ſit, eam morbi principium dicito. Eorum autem pars craſſior humorum aliis in locis difficillime penetrans, dolores continuitatis ſolutione efficit acutiſſimos. Ea enim membra facile cruciantur, quorum materia multa et cutis denſior eſt, et modica caro, quoniam paucioris caloris et ſpiritus ſunt, qui poros aperiunt, materiamque extenuant; vnde et virtus debilior eſt, ex quo materia non diſſoluitur, vt caput eſt circa tempora, lacerti brachiorum, tibiarumque verſus partes domeſticas, vt ſupra monſtrauimus, multiplicesque fiunt acutiores minusque acuti, prout membrum acuti ſenſus obtuſiue fuerit, vt etiam ſupra de propoſitionis noſtrae declaratione diſcuſſimus.

Signa et rationes totius propoſitionis, et primum calidi ſiccique ſunt humores.

Qui autem humores qualesque hunc efficiant morbum, vt manifeſtius percipiatur, hanc ponimus propoſitionem iuxta omnes partes ſuas examinandam. Videlicet humores, qui hunc morbum efficiunt, calidi et ſicci ſunt, item mali, hoc eſt, corrupti atque maligni, partim ſanguis, partimque bilis citrina. Et quoniam ex ſignis aptiſſime morbum hunc, ſicut et de ceteris, medici eſt decernere,

nere, quia artifex ſenſitiuus eſt, *Tegni 1°* auctore Haly, idcirco per ſigna et rationes concluſionem noſtram veriſſimam demonſtrabimus; et quia eorum eſt aliud ſanum, neutrum alterum, vltimum aegrum. Horum autem ſigna quaedam rememoratiua ſunt, alia demonſtratiua, pronoſtica cetera, et ſana neutraque aegritudinem non declarant, et ex his rememoratiua debile quid conferunt, vt *tertio Tegni* ſentit Galenvs; ideo de aegris demonſtratiuis primum, poſtmodum vero de pronoſticis, vt res plane conſtet, determinabimus, quorum diuiſionem conſummatam forte ante nos a nullo in vnum collectam, qui cupit percipere, librum noſtrum *de infirmorum viſitatione* legat.

Humores ergo calidos primum ſiccosque huiusmodi luis eſſe cauſſam, ex ſignis demonſtratiuis magnae vtilitatis, vt Galenvs teſtatur *Tegni tertio*, aperimus. A rebus igitur non naturalibus primum aeris intemperies, vigilia, deſperatio, vt daemoni ſe dedant, et regimen malum, quae a nobis ſuperius dicta ſunt. A iuuantibus et nocentibus ſigna etiam accipiuntur, quum alterans citius ſui ſimile ad ſe conuertat, quam ſibi repugnans, vt *Tegni 1o* Misianvs declarat; ideo iuuenes aeſtate peius ſe habent. Similiter et omnia, quae intemperata noscuntur. Si enim contraria curantur contrariis, ergo laeduntur a ſimili. Ex quo ſequitur, calidum laedere corpus, aegrum ſignum eſſe

eum

eum morbum, et cauſſam etiam calidam eſſe ſaepius. Nocent enim cepe, allia, porra, piper, et cetera hoc genus comeſta, dolores et feruores excitantia et illico exaugentia. Balneum de villa confert, proſuntque cucumeres ac frigidae potiones, afferuntque plantaginis folia indolentiam puſtulis ſuperpoſita, quae breui quidem ſpatio peruruntur, vt haec omnia affecti nobis ſaepius retulerunt. A re naturali *) non leue quoque ſignum ſumitur. Capta enim ſunt hoc facilius corpora, quibus elementa calida dominantur, quibusque calidi humores, aetas, complexio, ſexus et huiusmodi inſunt, vt mares ſunt iuuenes macrique, vt omnes fateri cogit experientia, corpora etiam robuſtiora, ſpirituoſa et rubro colore affecta. A rebus item praeter naturam ſignificatio non parua habetur. A cauſſa primum extrinſeca; Gignitur enim a calido et ſicco agente, aeris ſcilicet intemperie dicta; Quum itaque effectus omnis cauſſae ſimiletur, ea erit huius morbi materia. Item a cauſſa ipſa antecedente, complexione, calore et digeſtione corrupta, a cauſſae item coniunctae inhaerentibus calor et *flamma in puſtulis intolerabilis* reperitur. Quidam enim nobis dixit, ipſa ego ſum flamma, alius in podicem faces ſe habere aſſeruit, vbi ſcilicet decem aderant puſtulae veſſicales; immo tonſor, qui mecum erat eius loci, ad quatuor digi-

*) Similiter Almenar l. cit. p, 369. ſigna conſtituit.

digitorum diſtantiam cauma percipiebat; alius leuiter nouacula caput excoriatus dixit fornacem ſuper id diu ſenſiſſe. A morbo ipſo bothor nec depreſſa lataque, vt pituitae eſt, aut acuta, vt cholerae, nec durae ſubſtantiae, tantae ſcilicet, vt atrae bilis ſubito ſaepe oriens ſimiliterque euaneſcens, ſed vt faba ſaepius et avellana in ſe collecta parum loci occupans. Quae omnia calidae materiae ſigna ſunt. *Color* etiam ruber, fuscus proceſſu, licet principio citrinus ſit, vel cineritius, vt variolarum eſt color, veſtigium a puſtula derelictum rubrum ad ſplendidum, ſicut lateris in fornace decocti liquor, et virus emanans, plurimum ſanguis et aqua citrina eſſe viſuntur, qui fere illico in cruſtam coagulatur; Quod ſolius caloris eſt opus ac frigidi congelatio, licet in quibusdam poſt tempus ſanies apparuerit, vt ex maturis quandoque variolis, liquoris item faetor intolerabilis, quod ſecunda primi de vrina et faetida egeſtione calidam portendit materiam. A morbo iterum dolor ſubcutaneus acutiſſimus audientes euocans ad compatiendum, quo diabolo multi, laqueo alii ſe committere auſi ſunt; Ab accidentibus, primum ab operationibus laeſis, et actione, quae ſigna apparentis veritatis exſiſtunt, 2o *Tegni* auctore GALENO, licet ſecundum AVICENNAM prima ſint in morborum interiorum notitia. Sicut enim materiam aperuit transmutatio, et actio formam

VII.

VII. Metaphyſice *) commentator; Ideo, qui ſigna nescit ab actione accepta, rei ignorat eſſentiam. Vnumquodque licet virtute vniuerſalis agentis vtitur ſibi propria actione, vt ipſe ibidem. Primum ergo diminutae ſcilicet operationis, ſitis non parua, et in pluribus corporis laxitas, extenuatio breui temporis ſpatio, minoratio appetitus his, qui praecipue repercuſſiua inunctione vſi ſunt, qui tamen augeri ſolet, materia frigida ob id petente os ſtomaci, auditus viſusque hebetudo. Ablatae ſecundum, aeterna in multis vigilia, quae a calido et ſicco proprius fieri habet; appetitus etiam multis ablatio ſurditasque, cholera, inſtrumenta auditus afficiente, vt Galenvs aphorismo illo, *quibuscumque felleae egeſtiones*, teſtatur, aſſidua inquietudo atque iactatio, praeſertim in lecto, vbi calor calori materiae additur corruptae. Tertium, dolor acutiſſimus ſub cute in ſuperficie, ab exeunte et qualitate mutata, quae ſigna 2° *Tegni* a caſibus appellat Galenvs, raroque fallentia ibidem Haly eo

*) Quaedam pauca, quae hoc loco deerant in contextu, addita fuerunt in margine, ſed ita compendiarie exarata, vt coniectura vti opus fuerit. Ego ita lego: *Et* 8° Aristotele *ſentiente. Si ergo actio caliditatis eſt, ergo et materia formae calidae erit; Qui enim tollit a rebus ſuas proprias actiones, eſſentias aufert, ſcribit* 9° *Metaphyſicae.* Sart.

eo modo dicta, quia immediate ab operationibus caueant; A qualitate ergo mutata color totius citrinus et ſquallidus factus, ab exeunti mutato, egeſtio ſicca cum corporis ſtipticitate, vnde corpus non fluit, niſi errematibus adiuuantibus, tuncque exiens cum faece humor podicem et ſedem exurit; Vrina ad albedinem vergens ob materiam, quae deberet colorare cholericam ad corporis circumferentiam deriuatam, quae tanto albior eſt, quanto plures hic morbus corporis partes occupat; Aliquando tamen alba eſt, quoniam ab alia materia coloratur, quam ab ea, quae morbi huius cauſſa eſt, membris ex cruditate debilitatis, maxime prauis acceptis et cum ingluuie cibis, quae materia interdum cum materia morbi miscetur ad morbum efficiendum, vt dicemus inferius. Sed hoc longo poſt tempore accidit. Caueant ergo medici, ne ab huiusmodi aegrotantium vrina decipiantur in morbi natura inueſtiganda. Extranea namque materia euacuata, remanens cauſſa morbi in vrina manifeſtam ſe praebet, eſtque quandoque ſani ea vrina ſimilis, cauſſa antecedente, ſcilicet pauca exſiſtente, vel tota ſub cauſſa coniuncta transmiſſa, vt ex *aphorismo quinto*, vbi fauces aegrotant, aut puſtulae naſcuntur in corpore, *aphorismorum ſecunda* colligitur ab Hippocrate. De hac labe libro noſtro ſcripſimus *de vrina* inſcripto.

His omnibus ita praemiſſis, vna ratione conflata, humores calidos ſiccosque hunc efficere morbum concludimus, quum huiusmodi affectiones tertia quarti, vt inferius oſtendetur, numquam ex frigidis fieri ipſe declaret, quod et ab Haly *tertio Tegni* accipitur. Poteſt tamen fieri ſimilis ab humoribus frigidis, vt melancholia eſt, licet rariſſime, et pituita, licet vtroque modo cum ſanguine praedominante, quum debeant puſtulae cruſtoſae fieri et rubricantes. Sunt enim in principio ipſae citrinae a cholera factae, parte ſua ſubtiliori citius perforante et exterius exeunte. Sunt autem progreſſu rubrae, craſſiore demum ſanguine penetrante, cuius color omnes colores facile cooperit; fiunt autem hoc modo a frigidis humoribus huiusmodi bothor ratione videlicet complexionis in valde phlegmatica, (Propterea ad albedinem vergunt;) item in melencholica, quia in ea durities reperitur; In his enim complexionibus totus ſanguis et maſſa phlegmatica fere eſt, et melencholica, ratione item aetatis, vt ſenium eſt; ratione etiam ſexus, vt mulieres ſunt; ratione membri valde phlegmatici, vt cerebrum eſt; ratione temporis, hiemis ſcilicet valde frigidae, membra digeſtionis mortificantis, tum ex ingluuie debilitata digeſtione, tum ex regimine, frigidam maſſam adaugente; Tunc enim, quia frigidi ſigna apparent, frigida cauſſa iudicatur a multis, at id rariſſimum eſt. Ex

quibus

quibus eorum apparet error, qui plurimum *morbi huius cauſſam ſalſam eſſe pituitam* ſenſerunt; Pueros enim facilius potiusque, quam iuuenes occupaſſet, et ſenes, quum in his humor ille abundantiſſime reperiatur. At omnia dicta ſigna, et accidentia, tum ratione complexionis, tum aetatis, tum ceterorum ratione, quae ſtatim proxime ante adduximus, veluti et humores in caliditate et frigiditate ſubtilitate et craſſitudine, dulcedine et mordacitate acuitateque, malignitate et benignitate, multitudine et paucitate, latitudinem habent. *In aliis* enim *accidentia remiſſa ſunt, in aliis* vero *intenſa et acutiora;* propterea *aliis hic morbus moleſtior, diuturnior atque malignior, aliis* vero *mitior, breuior benigniorque* reperitur, item *puſtularum copia maior minorque* *). In quibus enim puſtulae pauciores, aſperius ſe habent aegri, quia excitati ſaeuiunt dolores frequentius; Vbi vero plures, leuior atque tolerabiliot, quia dolores ſaepius euaneſcunt, licet hoc ad materiae ſubſtantiam potius referendum ſit. Ratione enim aetatis, ſcilicet iuuentutis, acutiores ſunt, quia et humores ſimiles ſunt, ratione vero temporis, vt autumno et vere,

 motu

*) Puſtulas variae formae eſſe auctor eſt Pinctor c. 5. p. 94. easque in cute apparere poſt diem ſeptimam inde poſt nonum, quartum et decimum, viceſimum. ib. p. 95.

motu tunc humorum ad cutem vigeſcunt; hieme autem materia congelatur, aeſtate reſoluitur; ratione vero horarum, vt puta nocte, doloris fit auctus, vt cogatur aeger exerere ad refrigerium pedes. Nam quia materia calida eſt, facile cubilis rarefacta calore, vsque ad circumferentiam membrum ſimul extendit atque incendit. Item nocte vacante ſenſibus et corporeis diei actionibus, et ocioſa anima exſiſtente, quaſi ſolum tangendi ſenſui ipſa intenta, magis perturbationes corporeae ab ea percipiuntur. Interdiu vero anima actionibus amicorum, contuberniis praeſertim infectorum intenta, ſolatia percipit, et non, quibus in nocte, doloribus cruciatur, vt ALEXANDRI APHRODISEI ſuis in *problematibus* ſententia eſt, ad imaginationem hoc reducentis. Sed nos phyſice magis loquentes ſic dicimus, quia die materia plurimum in vaporem diſſoluitur calore petente exterius, materiaque calorem ſequente, dolores non excitari. Nocte vero, quum eius frigiditate aegerrime reſoluatur, immo ad centrum ex tenebris ſequens calorem interiora petentem circumferentia reuocetur, et ſuperficie, ſub cuteque detineatur, materiaque in eis membris, ea iam exſiſtente, commoueatur et agitetur, vnde cutis extenditur, ſicut in paroxiſmis febrium, in principio ſcilicet, excitantur dolores artuum ſaepius, ita et hic contingere affirmamus Ratione etiam quantitatis humorum. Quos enim

valde

valde repletos reperit hic morbus, corruptis praeſertim chimis, his moleſtior eſt et diuturnior, eoque facilius moriuntur. Qui autem contrario modo ſe habent, neque adeo grauiter affliċtantur, ac plerumque euadunt, quoniam paſſi praeparatione indiget agens id, quod ibidem Alexandro Aphrodiseo colligitur.

Quaestio, quaenam materia morbi huius cauſſa ſit, an frigida, an alia.

Sed ſi contra nos *tertii prima de hemicranea capite* Avicenna adduceretur, *aegritudo*, inquiens, *cuius elongatum fuerit tempus, frigida eſt ſecundum diſpoſitionem, et reſolutione indiget, et quod fortiter calefaciat.* At *haec iam per multos annos viſa eſt lues*, frigida ergo diiudicabitur, et non per accidens factam intelligit, quia materia ſit in atram bilem conuerſa, quoniam rei exuſtae reſolutio fortis non conuenit, nec ſimilis calefactio, quae praecipit ipſe, et medicinis oſtendit, piretro ſcilicet, euforbio atque ſinapi. A materia ergo radice, id eſt natura frigida fieri, quod propoſitionis noſtrae parti primae contrarium eſt, ex Avicenna plane concluditur. Ad id dici deberet ſecundum theologos et fideles, hanc ex calidis humoribus aegritudinem ideo eſſe longam, quod mirum eſt, voluntate diuina, ne id, quod difficulter capiet hu-

manum ingenium, facile tollat, vt grandi peccato poena longa merito afferatur. Aſtronomi vero dicerent id alicuius fieri planetae influxu aut alterius ſtellae, huiusmodi calidis humoribus proprietatem tribuentis diu tenendi aegritudinem, quod frigidi tamen eſt ſiccique, ſicuti magneti naturae trahendi, quod calidi eſt, proprietatem indidit. Quae quidem proprietas in eis ita perdurat, ſicut peſtilens in vaporibus, quos panni imbibentes percipiunt, pluribus annis perdurat, quoniam, ſicut illa fortaſſe vapores indiſſolubiles, ita haec humores calidos, niſi longo poſt tempore, indiſſolubiles reddit. Phyſici autem cauſſis magis notis, quia ſenſui haerentes, vt et diuus THOMAS libro *peri hermeneias* eſt auctor, aliter hic ſentirent, ideo aliqua in praeſenti notata praemittimus, propoſitionem noſtram firmiter eſſe veram tenentes. Primum omnis aegritudo poteſt penes varia tempora ſua conſiderari, quoniam aut in principio eſt, aut alio tempore, ſimiliter et materia aegritudinis cauſſa. Secundum, morbus aliquando talis denominatur a qualitate naturali humoris eum initiantis, ſecundo a qualitate humori tempore acquiſita. Aegritudo poteſt ideo non ſolum oriens, ſed producta dupliciter frigida appellari, vno modo, quia orienti a materia natura frigida initium datum eſt, 2do a materia natura calida, ſubtilibus tamen partibus calidisque valde reſolutis ab aeris intemperie

dicta.

dicta. Idem et de producta aegritudine dici poteſt, quia eius cauſſa materia natura frigida eſt. Secundo a materia natura calida, ſubtilibus tamen partibus calidisque multum reſolutis ob morbi productionem, ſimiliter aegritudo calida dupliciter dici poteſt.

Dicemus ergo, quod materia, a qua morbus hic oritur, humores ſunt radice calidi ſiccique, vt ipſe ſanguis et cholera, quoniam *qualitas mala a caelo vel contagione immiſſa* ſaepius humoribus his infigitur. Siccitas enim cholerae ſanguinis groſſi humiditatem paucam vincit, et hoc per propoſitionem noſtram intendimus, et ab his initiantibus materiis poteſt morbus calidus ſiccusque omnibus ſuis denominari temporibus, licet dici poſſit et frigidus, ſi diu in eis aer antea egerit malus. Quae enim adueniunt hominibus aegritudines, ex calidis pleraeque humoribus fiunt, qui quoniam ſubtiliores, paſſibiliores exſiſtunt, propter quod omnes fere, quae fiunt febres in orbe, tertianae ſunt atque ſynochae. Temporis autem tractu, partibus materiae calidae humidis, caloris pabulo, vnde et ipſe extinguitur, et ſubtilioribus reſolutis a ſicco, praeſertim calore vrente, vſta terrea groſſaque materia magis relinquitur. Vnde frigida facta ad terrae qualitatem accedens frigida materia calida dici poteſt, a qualitate ſcilicet frigida acquiſita.

 Poſſunt

Poſſunt etiam et alii frigidi humores progreſſu temporis a primis corrupti, item ex laeſa digeſtione aggeniti, hunc morbum cum eis ſeruare, quoniam, digeſtiua fere ablata virtute ſanguinis, maſſa phlegmatica et frigida aggeneratur, licet et dici poſſet humores exuſtos ab effectu calidos merito nuncupari ob ignei caloris extranei veſtigium, qualitatem ſcilicet acquiſitam, qui, vt calx, id, cui adiunguntur, exurunt. Ex calidis ergo vt plurimum, ex frigidis vero rariſſime fit hic morbus vel ſimilis.

Ad argumentum ergo dicimus reſpondentes, non eſſe contra nos Avicennam. Nam nos *longum morbum hunc calidum* appellamus omni ſuo tempore, *quia a materia natura calida, primum ab influxu affecta, ortum habet*, licet etiam ab effectu, vt diximus, ita eum vocare poſſimus. Avicenna autem loquitur de morbi materia extenſi, et morbo ſua in declinatione et materiae qualitate priuatiue ſcilicet acquiſita. Stant ergo ſimul hae duae propoſitiones. Cauſſa morbi huius et orientis, et producti, humores ſunt calidi, et cauſſa morbi huius humores ſunt frigidi; item et morbus, vt diximus, intellecte, et cum eis 3ª ſcilicet, hic morbus eſt longus. Eam enim propoſitionem Avicennae Gentilis ſic exponens intelligit: Aegritudo, cuius prolongatum eſt tempus, frigida eſt

ſecun-

ſecundum diſpoſitionem, id eſt, ſecundum plurimum, et raro contrarium accidit; item aliter ſecundum diſpoſitionem, id eſt, qualitatiue vel priuatiue; item aliter diſpoſiti ſcilicet ſunt humores frigidi facere aegritudinem longiorem, quam calidi. Aliter etiam exponit ipſe, videlicet morbus longus dupliciter accipi poteſt, primo, quoad proximi durationem, 2° quantum ad totum, et his duobus modis, vt plurimum frigidus eſt. A calidis vero tantummodo ſecundum totum fieri poteſt longus. At contra Gentilem vtroque modo calidi quidem humores morbum longum efficere poſſunt, primum ratione modi, ſubſtantiae et qualitatis, vt ſiccitatis humorum et craſſitudinis, cuiusmodi huius morbi materia eſt; Qua de cauſſa tenacis reſolutionis exiſtit, et his de cauſſis tertiana nota vtroque modo longa efficitur, quoniam ſecundum totum ad ſex ſaepe menſes, ſecundum paroxismos vsque ad horam ſuam, ſecundum ratione morbi aggenerantis. Nam poteſt dari ex praua puta diſpoſitione calida hepati et mala complexio, qua multum de cholera generetur, podagram diſpoſito immittente per menſem, quoad totum, duraturam, quo autem ad paroxismum, per dies ſcilicet tres, vt multos pati cognouimus, quod id eſt *). Quae longitudo

 etiam

*) In Codice habetur *i.* quod alibi pro *id eſt* accipitur. Sart.

etiam ex ſitu eſt membri, id eſt, quod ab AVERROI ſcribitur *3° colliget.* Aegritudines chronicae permutant complexionem in membris, in quibus diſpoſitionem apportant generandi ſemper et ſucceſſiue malos humores, quoniam, vt GALENVS libro *de eukimia et kakokimia* atteſtatur, vnaquaeque particula permutat influentem ei humorem in ſui naturam. Tertium ratione proprietatis malae ex humorum inuicem confuſione reſultantis, vt proprietas, quae in tiriaca eſt, opera mira facit, aut proprietatis a caelo delapſae, quae proprietas in pluribus naturae breui inſtrumenta corrumpit, vt infra pronoſtico ſexto ſcribemus. Quod etiam dici poteſt ex inſtrumentis naturae corruptis. Quandoque etiam ex motu morbus eſt longus, vt vlcus pulmonis ex cholera natum. Proprietates enim, vt *Memiri primo* GALENVS teſtatur, quaedam homini ſunt omnino ignotae, quaedam vero difficulter noſcibiles, niſi ſaepiſſime quis eas diligentia obſeruauerit; immo, vt THEISIR ſuo ZOAR, eas ſcire eſt impoſſibile, quoniam humano intellectui adeo ſublimi et glorioſo terminus eſt impoſitus, vltra quem tranſire non licet; Has autem ſcire ad ſolum Deum pertinet omnipotentem. Nec poteſt, vt quidam aiunt, exponi, eſt frigida, id eſt, ortum habuit a materia qualitatiue frigida. Id enim falſum eſt de omni morbo ſentire, quum et calida aegritudo extendi poteſt reſolutione ſubtilis aliaue

de

de cauſſa. Datur enim dolor et apoſtema calidum longi temporis, vt *XIIII^a^ tertii* et *2^a^ primi* ex Avicenna colligitur, et quum dicitur, non poteſt propoſitio de frigida materia priuatiue intelligi, quoniam ea reſolutione non indiget, reſpondetur id falſum eſſe, immo eo in tempore pro eius digeſtione calidis et ſubtilitatiuis, licet et humidis, quum ſit facta materia frigida, ſicca et craſſa, ex craſſo ſanguine, ex cholera citrina, item craſſa vltimo ſuo fere gradu, pro ſui eductione ab extra maxime efficienda et reſolutiuis opus eſt. At ſi dicitur, in quartana cholerica frigida praecipit Avicenna, dicitur id ratione febris et veſtigii caliditatis in membris, et humore relicti eum adducere.

Sed reliqua eſt quaeſtio non inutilis. Si enim humores huiusmodi ſicci ſunt, quonam modo *humida Saphati* haec vocabitur, videlicet ipſa *refrengi*, vt ſuperius dictum eſt. Ad hoc etiam reſpondemus, humidum morbum dupliciter poſſe interpretari, primum, quia ab humido fit humore, et ſic hoc in loco minime poteſt intelligi, quum a ſicco gignatur, vt ſtatim oſtendimus. 2° quia aliquod *fluat virus e puſtulis*, quas humor facit, et hoc eſt, quod volumus. Si igitur non a materiae fluxu, ſed ab ipſius qualitate prima debeat nominari, ſicco appellabitur potius aegritudo. At ſi contra inferatur humorem fluentem humidum eſſe, ſiccum autem

tem immobilem, ergo et a qualitate humidi nomen ei debetur. Ad hoc dicimus, humorem poſſe humidum dupliciter dici, primum a fluxu et liquiditate ſua, et ſic quilibet quatuor humorum humidus dici poteſt, 2^{oo} a qualitate prima ſibi innata, et ſic iſte morbi humor ſiccus, vt hic intendimus, nuncupatur.

Humores mali et corrupti huius morbi cauſſa ſunt.

Secundo autem loco huius morbi cauſſam malignos atque corruptos eſſe humores facile declaramus. Primo, ratione ſic: Qui generantur humores ex corrupta operatione, ſunt mali, ſed hi, de quibus loquimur, qui ſcilicet ſunt cauſſa huius, ex ea generantur operatione, ergo maligni debent exiſtimari. Maior autem *tertio* et *ſexto de accidenti et morbo* a Galeno, et *XIII^{a} tertii* colligitur ab Avicenna: Humores crudi ex digeſtionis fiunt ablatione, ex dimidia ſemicocti, ex corrupta vero in membris peſſimi operatione, ex quibus hydropiſis, ſcabies, impetigo, cancer, carbo, lepra, formica, mortalitas ſimilesque procreantur affectiones, quod *differentia 130. Conciliator* teſtatur. Idem auctoritate planius ex Avicenna *3^{a} quarti* adducitur, quum ait: *Omnis puſtula calida eſt, aut non calida; at calida a ſanguine ipſa efficitur, aut a*

cholera; quae vero a ſanguine, laudabili aut malo, exoritur, quae iterum ex laudabili, ex craſſo aut ſubtili penitus generatur. Sanguis autem laudabilis phlegmonem, qui cum pulſatione carnem capit et cutem, ſubtilis vero phlegmonem ſolius cutis adducit; craſſus vero malusque exituras prauas, combuſtiones, cruſtas et ignem perſicum efficit; at ſubtilis et malus heriſipilam, peſſimus veſſicas creat, vt viſtiones. Idem 2° *ad* Glavconem a Galeno accipitur; cholerica vero puſtula a ſubtili inter duas fit cutes, formica ex ſubtiliori; Quae ſi malá extiterit, corroſione non denudatur. Et ſi cholera phlegmati mixta emanat, miliaris formica conſurgit, tenuis caliditatis tardaeque reſolutionis. Hoc fere idem *commento 155. Tegni 3°* breui ſcribit Haly, quum ait: „Quum complexionis malitia membris accidit atque toti, ex quo digeſtio ipſa corrumpitur, excrementa membris inhaerent ad expellendum ineptis; Quae ſi purus ſanguis exſtiterit, phlegmonem, ſi cholera, heriſipilam, ſi flegma, vndimiam, ſi atra bilis, durum apoſtema efficiunt; ſi autem ſanguis feruidus atque aduſtus fuerit, ex eis carbo et ſimilia procreantur *)." Minor autem patet,

*) Inter haec verba *teſtatur* et *Idem* parua quaedam lacuna eſt in Codice cum quodam ſigno, cui aliud ſimile adpoſitum eſt, ad verba *Minor autem etc.* ita, vt videatur ſcriptor inſerere voluiſſe eo loco ea omnia,

tet, quoniam non fiunt operatione ſublata, per quam cruda materia generatur, nec eadem imminuta, quia per eam ſemicocti ex GALENI et AVICENNAE adductis auctoribus efficiuntur humores. Ergo id, quod volumus, apertum relinquitur. Quod vt amplius conſtet, ſcilicet propoſitio noſtra capite de Saphati, humores, qui eius cauſſa ſunt, malos AVICENNA appellat. Idem ex RASI *V° Almanſoris*, quum ait: „Scabies et puſtulae his accidunt, qui cibaria edunt ſanguinem corrumpentia." Idem 4° *colliget* ab AVERROI fertur. Si quis autem contra nos feratur AVICENNAE ſermo adductus *IIIª quarti*, non de puſtulis paruis, ſed magnis apoſtematibus intelligi debet, quum *quarti tertia*, et non eiusdem 7ª id commemoret, huic dicitur eum de puſtulis intellexiſſe, quum 3ª *quarti* hoc, *omnis* ſcilicet *puſtula* exprimat, *ſecunda* quoque *primi de aegritudinibus compoſitis* capite dicat, *eminentiae in cute de genere ſunt apoſtematis*. Et vt omne pereat dubium, *primi 2ª* apertius inquit: „Quaelibet differentia apoſtematum grandium eſt, et bothor, id eſt, paruarum. Aliae enim ſanguineae ſunt, vt variolae, aliae ex pura et rubea cholera, ſicuti eſſerae, mixtae vero aliae, vt verrucae, formica, morbilli, ſcabies, impetigo."

Sanguis

omnia, quae a dictis verbis *Minor autem etc.* leguntur vsque ad finem capitis. SART.

Sanguis malus huius cauſſa eſt morbi.

Tertio loco huius luis cauſſam eſſe ſanguinem colligitur 4^{i} 3^{a} ex Avicenna, ex Galeno et Haly proximo loco adductis, quum huiusmodi morbus de corruptione genitos a ſanguine fieri oſtendunt, et cholera. humoribus ſcilicet calidis, et de frigidis illis in locis nihil loquuti ſunt, quod et 6° *Breuiarii* legitur, et *quinto Almanſoris*, aperte id etiam 130^{a} *differentia Conciliatore* teſtante. Scabiei euentus ex praepollente ſanguine eſt, quanto hic facilius a ſanguine morbus fieri creditur. Idem 9to *) aff° 2^{a} Vbi fauces aegrotant, aut puſtulae in corpore naſcuntur, a Galeno, quum ait, accipitur. Puſtulae et vulnera ex incenſione ſanguinis ſunt craſſi atque viscoſi opilatione poros nequeuntis exire, ſub cute autem eo latente neceſſe eſt puſtulas et vlcera generari. Idem et *quarto Colliget* accipitur ab Averroi; *Fiunt ſcilicet a laudabili ſanguine apoſtemata, puſtulae a corrupto. Quinto* quoque *Almanſoris* ait Rasis: *Scabies et puſtulae his accidunt, qui cibaria edunt ſanguinem corrumpentia.* Praeterea ſigno ſumpto ab exeuntium ſenſatione, quam qui negat, ſenſu caret, ait Philoſophus. Eſt enim puſtulae liquor ſanguis emanans, et color earum

*) Ita ad amuſſim legitur in codice. Sart.

earum ruber, obſcurus. Signa enim ſanguinei apoſtematis, IOHANITIO teſte, rubor eſt, duritia, calor, et quia capitis eſt non acuti, ſed eminentis. Idem ſigno ſumpto ab auctorum curatione firmatur, licet et propriis capitibus a ſanguine fieri dicant AVICENNA 7ª 4ⁱ, RASIS *de puerorum aegritudinibus*, et THEYSIR ſuo ZOAR *de Saphati* capite, praecipiantque in Saphati ſanguinis emiſſionem; eſtque hic ſanguis ſubſtantia craſſus, vt ex GALENO et aliis ſuperius proxime adductis licet videre. Praeterea quod carbones et huiusmodi puſtulas operatur, materia craſſa eſt, ergo et hic ſanguis. Antecedens autem probatur ex GALENO *de atra bile* libro dicente: *Natura quandoque materiam pellit ad inteſtina vel haemorroidas, aut ad ſuperficiem; Quae ſi ſubtilis exſtiterit, inſenſibilis exit; ſudore vero, ſi craſſa, ſi autem craſſior, ſcabiem efficit, ſi vero ſpiſſior, cutem difficulter tranſiens, carbones et huiusmodi operatur.* Apparet et hoc, quia *exiens ex bothor virus illico coagulatur in cruſtam*, eſtque *puſtula non acuti capitis. Pluribus* quoque *per dies digiti tumidi viſi ſunt, et materia ad lupini formam ſub cute comperta eſt.* Item aeris intemperies cauſſa primitiua, calida ſcilicet ſiccaque, in cauſſam morbi antecedentem agent longiore temporis ſpatio, antequam ſcilicet morbum efficiat, partem ſcilicet ſubtilem reſoluit, ergo quod remanet ad morbi cauſſam, craſſum erit. Ex his omnibus vna ratione com-

comprehenſis ſanguinem craſſum huius luis eſſe cauſſam clauditur.

At ſi contra nos quis irruat, dicens: Sanguis, ait GALENVS, quum corrumpitur, tranſit eius ſubtile in choleram, in atram vero bilem, quod ſpiſſum remanet, ergo huius cauſſam ſanguinem minime eſſe colligitur. Ad hoc dici volumus, morbum a ſanguine fieri dupliciter intelligi poſſe, primum, quod ſanguis ſub forma ſua cauſſa morbi fiat, quod in principio potius reperitur; ſecundum, quod ex eo naſcens corrupta materia cauſſa morbi fiat, quod tractu temporis fit cholera et atra bilis, qui humores corruptus ſanguis dicuntur, ſub alia ſcilicet forma exiſtens. Vtroque ergo modo ſanguinem huius labis cauſſam eſſe poſſe dicimus. Quod ſi quis amplius inſtet, cauſſa primitiua, ſcilicet aeris intemperies calida ſiccaque, in cauſſam antecedentem, puta ſanguinem, agens diutius, antequam morbus exſurgat, ſanguinem ipſum eius humidum reſoluendo corrumpit, ſubtili eius parte in choleram tranſeunte et in atram bilem, quod craſſum eſt, ergo nec fit a ſanguine primo modo, vt dicebatur. Ad hoc item dicimus, quod aeris intemperies dicta non ex toto ſanguinem, antequam morbum efficiat, forma propria priuat. Igitur *hanc luem a ſanguine etiam primo fieri modo* plane patet, vel quia in eo ſub propria forma reperto

aeris qualitas mala imprimitur, vt in quaeſtione paullo ſuperius oſtendimus, ſecundo autem modo fieri minime dubitandum eſt.

Cholera citrina mala huius morbi cauſſa eſt.

Quarto loco et vltimo, quod in cauſſa citrina ſit cholera, tollitur ex ſuperius adductis auctoribus. Praeterea *feruor et cauma puſtularum* id manifeſte oſtendit; extenuatio item cita, eſſere interdum apparens, licet ex rubra cholera fiat ſeparata et penetrante, puſtularum veſtigia rubra claraque per menſes relicta, quod cauſſae non, niſi igneae iudicatur; imminutio etiam appetitus, his praecipue, qui repercuſſiua inunctione vſi ſunt, qui ex pituita et melancholia ſolet potius augeri, dicente *tertii XV*^a^ Abohali: *Quando faex ſtomacho pellitur, valida fames efficitur, aeterna in multis vigilia, cuius contrarium humiditate ſua efficit ſanguis;* ſurditas ſaepe ex cholerae aſcenſu ad aures, ſecundum Galenvm ſupra adductum, hebetudo et caligatio viſus, reuma quoque exulcerans, licet etiam ex cerebri digeſtiua debilitate temporis tractu fiat; Vnde plures *hunc morbum ortum habere a capite* crediderunt. *Aqua citrina e puſtulis manans* ſenſu ſcilicet viſus apprehenditur; Quem qui negat, vti ante diximus libro *de ſenſu et ſenſato* Aristotele afferente, eo apertiſſime caret: Haec et Avicenna

tertii

tertii XXII[a] plane oſtendit, quum ait: *Flaua bilis tactus laeſione, declinatione doloris ad id, quod apparet de cute, et oblectamento ex frigidis iudicatur.* Sed hoc in morbo ea fere, vt AVICENNA ponit, reperiuntur, ergo cum omnibus, praecipue dicendis inferius, ſequitur, dictam choleram huius cauſſam inueniri, eſtque haec cholera craſſa tertio forte gradu, vitellinae propinqua, in membris praecipue, complexionibus, aetatibus et temporibus frigidis, ex quo *diutiſſime durat in pluribus hic morbus* *), vt ante diximus. Sed ſi quis argumentetur contra nos: Fruſtra fit per plura, quod et per pauciora fieri poteſt aeque bene, hicque morbus, qui et Saphati dicitur, ab vtroque ſeorſum praedictorum humorum effici poſſe apparet, vt probari poteſt ex AVICENNA *3*[a] *quarti* adducto ſuperius, ideo non eſt opus *materiam mixtam* ponere *cauſſam tantae luis.* Ad hoc reſpondentes afferimus, propoſitionem hanc eſſe veram, ſcilicet huius morbi cauſſa materia mixta eſt, ſicuti flegmonis heriſipilaris, vt *ſexto de accidenti* GALENVS et *ſecunda quarti* AVICENNA teſtantur. Hoc etiam plane *primi 2*[a] ipſe innuit in huiusmodi morbis, quum ait: *Puſtularum aliae ſanguineae ſunt, ſicut variolae, aliae ex mera ſunt cholera, veluti egere ſunt, aliae quoque*

*) Sed raro hoc ex morbo moriuntur aegri, iudice PINCTOR. c. 5. p. 95.

que mixtae, vt morbilli, verrucae, ſcabies, impetigines, et huiusmodi; At Saphati quum ab impetigine non, niſi materiae malitia differt, Avicenna auctore, id ex materia fieri mixta colligitur; Et *Conciliator 180ª differentia* id ſimili firmans ait, ſcabiem fieri ex ſanguine, cui cholera vel ſalſum flegma admixtum eſt, et *theiſir* ſuo Zoar non, niſi ex cholera fieri ait, cum aliqua tamen craſſitie, et ipſa eſt ſanguinis, quum et phlebotomiam fieri ipſe praecipiat. Idem ab Avicenna 7ª 4ⁱ proprio capite legitur. Hoc et rationes, quibus ante immediate hoc in morbo ſanguinem ſimul et choleram eſſe oſtendimus, penitus probant. Non ergo ſolus ſanguis eius cauſſa eſt, quoniam non acuta accidentia infert, quae cholera. At ſi dicatur, ipſum illa ſequuntur, qui ſubtilis eſt, ad hoc dicitur, ipſum potius eſſe choleram. Non enim amplius eſt in tanto exceſſu ſub ſanguinis forma, vt *tertia quarti* teſtatur Gentilis, non etiam ſola cholera huius cauſſa eſt, quum ex ea non fiant ſanguinis accidentia, quae ſupra tetigimus, nec fieret forte puſtula, ſed potius, antequam efficeretur, materia reſolueretur, vt Zoar capite proprio aperte declarat; At ſi fieret bothor, acuti capitis cerneretur, non autem quaſi ſparſim in ſuperficie colligeretur, quae etiam rationes 9ᵗᵒ 87º — *Tegni* 2º *Atruſiano* accipi poſſunt; ſed materia mixta huius cauſſa eſt, praeſertim quum *pronoſticorum*

2º Hippo-

2° HIPPOCRATES, *primo de accidenti* GALENVS, 3a 4i ABOHALI, raro purus humor peccare deprehendatur; Ea vero materia ſanguis eſt choleraque, vt ſupra manifeſte monſtrauimus. Et ſi quaeritur, vter horum dominetur, dicatur, quod ſanguis praepollet, vnde *puſtula haec ſub flegmone*, ſcilicet *herisipilari, reponenda eſt*, quum color earum ruber diutius videatur. Et ſi dicatur, *acuti dolores rubraque veſtigia* atque *ſplendentia puſtularum locis relicta* cholerae dominium arguunt, quod nequaquam aſſeritur, ſed maioris eſſe potentiae, atque ita, quoad hoc, actionem eius manifeſtiorem eſſe, ſanguine tamen ſua quantitate praedominante. Et ſi quaeratur, quanto ſanguine cholera ſuperetur, dicatur modico ſuperari, vt ex notatis antea ſumi poteſt, quod prorſus ſciri non valet, capitulo 3° *et* 9° *de ſanitatis ingenio* 3° dicente GALENO. Quod ſcribi non poteſt, nec lingua proferri, certa eſt rei quantitas, ſed ei quimus ſigno appropinquare. Ad argumentum ergo dicendo minor neganda eſt, quoniam non poteſt hic fieri morbus ab alio eorum, nec ideo aeque bene, nec id ſentit ABOHALI; Si vero ab alio fierent puſtulae plures, non hae Saphati eſſent, quod hoc in tempore homines habet, licet vulgus ignarum idem has putaret, rerum neſciens differentias. Differrent enim a noſtri temporis morbo, ſicut a flegmone heriſipilari flegmon, et heriſipila flegmonica a pura differt heriſipila.

Similiter et ſi a flegmate fieret puſtulas faciente depreſſas, vel a melencholia duras et abſque ſenſu, eſſet minime ſaphati, noſtrumque praeſertim, vt ex definitione poſita ab Avicenna et cauſſis, ſcilicet materia mixta, apertum eſt, quoniam huius accidentia alii ab eis cauſſis nequaquam ineſſent. Ex medicinae ergo principibus plane colligimus, Saphati ex materia mixta plurimum fieri, et huius, de quo noſter eſt ſermo, praedictos humores denique cauſſam eſſe concludimus.

Quando autem in ſuo principio ſit hic morbus aut alio tempore, conſiderare oportet, et an ſcilicet totus humor in venis, an totus extra, vel partim intus, et partim extra ſub cute, an ſcilicet ſub cauſſa antecedente ſiue coniuncta, vt recta curatio habeatur. Id autem ex doloribus et puſtulis, vt de morbi curatione dicemus, poteſt cognoſci, item ex vrina et egeſtionibus. Quae ſi ſanis ſimiles ſunt, nihil reſtat in venis; Si vero diſſimiles, e conuerſo res eſt, vt ex illo aphoriſmo: *Vbi fauces aegrotant, aut puſtulae naſcuntur in corpore*, colligitur ab Hippocrate; Item vrina illa vel alba, vel tincta ſubtilis, niſi ſint opilationes, ſeparati ſanguinis ab humoribus ſignum eſt. Eſt enim huius morbi principium, quum incipit materia fluere, et cutem vt plurimum petere, quum ſcilicet puſtulae paucae miteſque et parui dolores apparere, neque

neque augeri, augmentum vero, quum vberius fluit materia, puſtulae ſcilicet et dolores mole et numero augentur. Status autem eſt, quum tota materia ſub cauſſa coniuncta inlapſa eſt, nec dolores, nec puſtulae augentur, nec minuuntur, ſed eodem modo per tempus ſe habet aeger. Declinatio vero eſt, quum materia coniuncta puſtulae et dolores minui cognoscuntur.

Cauſſa materialis membra corporis ſunt quaedam vel omnia.

Cauſſa materialis harum puſtularum eſt triplex, vna, ex qua ipſi videlicet iam dicti humores cum cauſſa fiunt coniuncta, ſcilicet ſub forma bothor exſiſtentes, quoniam pars facti ſunt, vt materia et forma compoſiti, et elementa, quod 4ⁱ 7ᵃ AVICENNA nos monet, quum *de verrucis* capite ait: *Virtus cauſſa eſt efficiens, humor vero materialis.* Quod et ab eo 2ᵃ *pⁱ capᵒ de aegritudinibus compoſitis* legitur. Eſt enim materia, ex qua aliquid fit, quum inſit, vt a Philoſopho *phyſicorum primo* habetur; altera materialis, cum qua humores iam dicti, qui ſcilicet ſunt dolorum et puſtularum cauſſa antecedens, et eorumdem complexio mala; tertia materialis, in qua et ſubiectiua, de qua vere hic noſter eſt ſermo, membra corpusque humanum, ſicuti febre ſputa humores ſpiritusque,

 in

in quibus aegritudines fiunt, vt *primi prima de medicinae ſubiectis* capite legitur ab AVICENNA. Sunt enim tres corporis naturae, complexio ſcilicet, compoſitio et vnitas inmediata cauſſa, in qua, ſed membra mediata, remota vero humores, quia ex eis fit membrum. Licet autem cauſſa in qua hoc in morbo membra ſint et viscera, ipſa tamen ſaepius cutis pudendorum capitis locorumque, in quibus dolores fieri ſupra diximus; ſed eſt in cauſſa materiali. Ex qua dubium non parua diſcuſſione dignum, an ſcilicet ipſa ſit via defluxus ſub puſtulis cutis, an via congeſtionis paullatiuae. Ad quod dicendum putamus, humores ad hanc labem efficiendam duplici poſſe infici ratione; Prima extrinſeca, tum videlicet *ab aeris intemperie alterante humores prope ſuperficiem exiſtentes*, tum *contagione* per *poros*, *coitu linteisque infectorum*, vt ſcabies etiam fieri ſolet, ſicut et *manuum tactu et nouaculae abraſione*, et ſic dicimus primum fieri ratione paullatiuae congeſtionis in exterioribus cutis et temporis tractu vtroque modo fieri habet interius affectione communicata, indeque ſic affecta materia ad cutem propulſa. Et tunc fit hoc modo, quum *paullatim puſtulae innaſcantur*, niſi aer dictus multos in ſuperficie humores offenderit. Secunda intrinſeca, *aere per os attracto*, *a quo omnino credimus humores et interiora deinceps ſimile generantia in principio affici*, hinc *et anhelitu*, *cum infectis loquendo*,

quendo, *vel oſculando*, et hoc modo in principio via defluxus fieri habet in exterioribus, licet in visceribus congeſtione, et in proceſſu labe corporis circumferentiae communicata, item aere ſine intermiſſione et aſſidue alterante fiat vtroque modo, et hoc tunc eſt, quum *puſtulis corpus totum fere ſubito cooperitur.*

Ex quibus apparet id neceſſarium fore medico rectam curam volenti, vt ſcilicet inueſtiget, *quomodo aeger in eam inciderit tabem*, et an in principio, an declinatione iam ſit, anque antiqua et iam facta complexio infixa materiaque immerſa, quoniam propter haec non eadem medicamenta conueniunt. Nam ſi ab extrinſecus coeperit morbus, et in principio adhuc exſiſtat, ſicut in declinatione ſola morbi curatione, reſolutiuis ſcilicet opus eſt et aeris mutatione; Sin autem intus communicata, vel ab intrinſecus coeperit, tota fere curatio, quam ſumus ſcripturi, neceſſaria eſt.

Formalis cauſſa.

Formalis harum puſtularum cauſſa duplex exſiſtit, ſubſtantialis ſcilicet, et eſt virtus corporis, et accidentalis, et eſt dolorum et puſtularum forma varia. *Puſtularum* enim *quaedam formam habent lupini*, *quaedam fabae*, *nonnullae paruulae et minutu-*

lae nucis, *dolorum* autem *quidam fatigatiui*, qui ex materia inter oſſa et pannos gignuntur, *corroſiui* *) *alii* ex materia inter pannos et musculos innaſcentes, *quidam vlceroſi* ex materia ſub cutis ſuperficie ſita ad vlcerum mordentium ſimilitudinem, ac ſi in muſculis quid acutum infixum cernatur. (Huius enim cauſſa humor acutus eſt, vt 76ᵃ *differentia Conciliator*) *Quidam apoſtemoſi ſunt*, ac ſi apoſtema ſit ibi ex materia tenſionem, calorem et mordacitatem inferente, vt ibidem *Conciliator* eſt auctor; *Quidam et pulſatiui*, et ſaepe ſunt ex materia arterias circumeunte; *quidam et perforatiui ſunt*, qui in occultis fiunt ex continui ſolutione, praecipue *ſi non eſt febris*, vt 1ᵃ *primi* Avicenna teſtatur.

Finalis cauſſa.

Finalis vero et vltima antecedentium cauſſa, quum omne agens ob finem agat, qui intentione eſt prior, exequutione poſterior, duplex habetur, vt notat Philoſophus *ſecundo phyſicorum*, prima per ſe intenta, naturae ſcilicet actione, vt nobilia ac regia membra a ſuperfluitatibus in eis aegritudinem adducere valentibus purget, mortemque deuitet. Et hic eſt finis, quem Aristoteles *Topicorum*

*) Hos acerrimos et fortiſſimos appellat Pinctor c. 1. p. 88. et c. 13. p. 103.

rum ſexto et *Metaphyſicae 3°* bonum, immo opti- ium ipſe appellat. Altera per accidens, ipſa ſcicet aegritudo, et quod aegritudinis prouenit ctione, vt pulcritudinis corporeae indolentiaeue priuatio, abominationis vero et dolorum ad iſpoſitiones deteriores, et vltimum tandem terriilium, ſcilicet ad mortem inuectio.

Cauſſa coniuncta.

Cauſſa vero morbi tandem coniuncta atque mnium propinquiſſima et immediata ſunt omnes am dictae, quae actu ſunt ipſius morbi cauſſae proluctiuae, licet magis continuae, temporis ſcilicet ractu extraneatae, acerbiores ac ſaeuiores effectae. Haec de earum eſſentia, quae omnes, vt vna ſuffiiens cauſſa, corpora ad hunc morbum perducunt, hoc adducta loco ſufficiant.

Pronoſtica ſigna.

Vltimo de tantae luis prognoſticis ſignis omnium vtiliſſimis *Tegni ſecundo* auctore Galeno, quoniam medicum honorabilem et infirmum reddunt obedientem, in praeſenti agendum eſt. Primum e temporibus magis aptis dolores et cutis defoedationes exulcerandi, ver eſt propter humorum a centro ad circumferentiam motum; Eſt et autumnus propter dilatationem

nem in antecedente aeſtate et conſtructionem ſuperfluitatum in hieme, ac debilitatem regentis virtutis, vt *XXIIa tertii* Avicenna affirmat, 3º item *aphoriſmorum* Hippocrates, et in *commento* Galenvs, propter quod ver dicunt eſſe ſaniſſimum, quoniam, inquit Galenvs, materia de nobilibus ad membra pellitur ignobilia. Plane *ſecunda primi* id aperit Avicenna, quum ait: *Aegritudines veris ſunt cholerae ebullitio, apoſtemata, pernicioſae ſinnaces atque carbunculi, autumni vero cancri, dolores, ſcabies, & impetigo.* Quae *aphoriſmorum tertia* accipit ab Hippocrate. Aeſtate autem raro, quia materia calore reſoluitur, rarius vero hieme, quia congelata et immobilis redditur, frigiditateque concluditur, huiusmodi viſuntur affectiones. Secundum ex hoc ſequi apparet, Saphati ſcilicet mala eſt via ſignificationis. Nam in venis corruptos deſignat humores, ſed bona cauſſae via, quoniam ea euacuatur, noſciturque expellentis ab intus e nobilibus ad ignobilia membra in ſuperficie afficienda fortitudo virtutis, vt *aphoriſmi* praeinductae particulae *commento* colligitur a Galeno. Tertium, Saphati proprietatis eſt malae atque *contagioſae* *), vt capite *de Saphati, de impetigine, de ſcabie* colligitur ab Avicenna, *coituque praeſertim contrahitur,* quoniam

*) In hoc omnes conſentiunt maximeque Pinctor c. 12. p. 102.

quoniam humores pudendorum ſpiſſa fricatione accenduntur, diſponuntur, ac affecti qualitatem malam ſuſcipiunt. Eius quoque contagionem *differentia 180ª ex Conciliatore* colligimus, *ex quo epidemialis haec lues nuncupari merito poteſt.* Scabies enim, lepra, ophthalmia, phtiſis aliaeque de homine ad hominem diſpoſitiones tranſeuntes epidemiales exſiſtunt, vt ex Galeni dictis libro *de tiriaca ad Caeſarem* aperte concluditur. Cuius enim proprium eſt eſſe communicatiuum, ipſum exſiſtit peſtiferum. Idem 4º *Almanſoris* eo expreſſius eo in loco ait: *Puſtulae malae et multae de vno ad alium tranſeunt.* Idem *primi ſecunda* doª *prima* Avicenna, quum inquit, adducit: *Aegritudines iſtae de vno ad alium tranſeunt, lepra, variola, ſcabies, putrida apoſtemata, dentium ſtupor, albaras, peſtis, quum praecipue domus ſtricta eſt, et ventus flarit vicino.* Quartum, minus maligna eſt, quae minus habet in ſe malignam proprietatem a caelo impreſſam, ex quo membra minus a natura ſua remota ſunt, quae etiam in aeſtate contingit, cum qua item, vt Avicenna ſentit *de variolis* capite, vox bona et anhelitus eſt incolumis, quoniam materiam a corde diſtantem, et ſpiritualia membra ſana ac libera eſſe arguit, vt *prima 4ⁱ de variolis* capite colligitur a Gentili. Minus etiam malignitatis habet, et breuior eſt, quae in corporibus accidit modicae repletionis, praeſertim corruptae. Ea enim corpora, quae

quae ſobria ſunt, et menſura ſe regunt, coeunt moderate, et in aere euentilato morantur, vt fratres ſeruantes, moniales, continentes et montana inhabitantes, ab hac tutiores ſunt, hisque ſaltem difficilius figitur ea, mortemue incurrunt.

Quae igitur illius eſt, cuius axillae corpusque non foetet *), et ſudor, quod putridam humiditatem ſignificat, et per conſequens corporis diſpoſitionem, idue lepram pronoſticatur, vt *libro* legitur *ſecretorum* HIPPOCRATIS, itemque ea, quae ad priores diſpoſitiones non vertitur, minus viroſa eſt. Quintum, quum ſtatim exorienti occurritur, praeſertim doloribus, fit eius cura minus difficilis, at ſi dolores perſiſtant et aſſueſcant, qui maxime ex humoribus fiunt diuerſis, non auferuntur, vt *XXII*[a] *tertii* ab AVICENNA colligitur. Imprimit enim continue et magis humor malam proprietatem in corpus ac membra, quae, ſicut atramenti gutta in charta ad partes minimas merſa imbibitaque, amoueri abſque carnis portione non valet a membro, et niſi cum magna difficultate tolli non poteſt, veluti *cancer*, *cui in hac re fere haec propinqua eſt aegritudo*, imprimuntque membra ita affecta in chimos eorum quoque complexio calorque ob extraneam acquiſitam naturam, quum nihil otio-

*) Foetor oris vnde oriatur, quaerit *Almenar* c. 61. p. 366. eumque ab argento viuo repetit.

otioſum ſit, adiiciuntque ylteriorem malitiam, omnesque denuo in dies cibariis genitos chimos ad ſe elapſos demiſſosque licet a ſtomacho hepateque laeſis prius affectos ad ſuam malae proprietatis naturam conuertunt, ex quo aeterna erit ac mutua alteratio et cacochimiae generatio, ex quo perpetuus hic fiet morbus habenti.

Non igitur vi ſuae, vt aiunt, permittendus eſt morbus, quoniam non ſolum mala perficitur complexio cum materia, ſed fit impreſſione fere indelebilis; Vnde licet tunc vi medicinae dolores tollantur, interdum puſtulae tamen emergunt. Non enim ſecundum rationem alleuiatis non oportet credere, 3ª *Aphorismorum* HIPPOCRATES ſcribit, quoniam *quae relinquuntur in morbis, ſubuerſiones facere conſueuerunt.* Inquit enim AVERROIS 3° *colliget: Membrorum complexiones chronicae aegritudines mutant, vt ſubinde ac ſemper humores malos membra aggenerent*, libroque *de euchimia et cacochimia* ait GALENVS, vnaque particula hominis laxum ei humorem ad ſuam vertit naturam, quoniam, vt ait ALBERTVS, omnis natura ad ſui ſimile mouet, et *Memiri primo* GALENUS ſpecialius loquens, cutis, ait, affecta venientem, licet benignum, humorem corrumpit, veluti arbor *Allabcha* *), quae, vt *ſeptima*

*) Apud EBESINA L. II. Tract. 2. c. 22. p. 182. ſcribitur *Allabuch* ſ. *Perſea*.

tima quarti de morſea capite ſecundum mentem GALENI ſcribit ABOHALY in Perſia venenoſi eſt fructus, at in Aegypto translata comeditur, puſtulasque, quas porros et callos vulgo vocamus, renasci inciſos videmus ex mala loci complexione, accedens nutrimentum ad naturam ſuam vertente. Sunt enim, membra ſicuti regiones, ad ſuam res naturam voluentes. Georgia enim ait *5o de accidenti et morbo* GALENVS, de agricultura tractantes, locorum diuerſitate arbores et terrae nascentia mutari affirmant.

Sextum ex hoc facile ſequi apparet. Hic morbus curatione, ſi vi ſuae permittitur, longiſſimus, difficillimus ac laborioſiſſimus *) eſt, quoniam primo ipſum, vt fideles aiunt, oſtendimus eſſe a voluntate diuina et ſuperiorum afflatu, ſecundo, quia proprietatis malignae exſiſtit, quam citiſſime imprimentis, *vt ex vno coitu, immo vno, quum infectae nouaculae a tactu vidimus hunc innaſci*, quia etiam ex intemperatis temporibus ortus eſt, dicente 3a *Aphorismorum* HIPPOCRATE, in immoderatis temporibus immoderatae aegritudines fiunt; 3o vero, quia temporis ſaltem tractu licet pluribus breui euerſa ſunt atque corrupta animae inſtrumenta, et principia efficientia ab hac malae proprietatis materia, quae quatuor eſſe teſtatur *primi prima* GENTILIS, naturam videlicet corporis complexionem,

*) Idem atteſtatur PINCTOR c. 13. p. 103.

nem, calorem et ſpiritus. Calor enim naturalis, vt *primi 2a de ſignis complexionum*, item *de complexione aetatum*, *2° de anima* GAETANVS, et *5° de ſimplici medicina* ait GALENVS, naturae eſt inſtrumentum, et ipſe ſolus venena expellit atque corrumpit, immo omnis actionis cauſſa eſt, vt *prima aphoriſmorum* ſcribit GALENVS, et *prima primi* pluribusque in locis ab eisdem idmet dicitur de complexione, modo, vt *primi prima* capite *de complexione aetatum* aſſerit AVICENNA, absque inſtrumentis curatio et animae operatio vana eſt, animaque impotens nil penitus operatur. Cum eisdem igitur debilibus iam effectis aut fere corruptis difficillima expectabitur operatio.

Septimum, niſi cito huic, vt conuenit, aegritudini ſuccurratur, *non tantum fit incurabilis, ſed in contagionem haereditariam tranſit*, et prae dolore affectioneque vitiatae puſtularum materiae atque inſtrumentorum ſubinde corruptione fere completa ad genus deterius vertitur aegritudinis, et ad accidentia permoleſta. *In quibusdam* enim *ad lepram, in aliisque ad apoſtemata, quorum quaedam, vt ſcrophulae ſunt, quae ad vlcera mala temporis ſaltem tractu declinant* *), vt ipſa cancrena eſt, in qua eſt cor-

*) Haec magnam habent vim ad comprobandam contagioſae materiae naturam, propagationem ac mutationem in ſimilem.

corruptio ſiens. Tendit enim per eam membrum ad corruptionem absque eius ſenſus amiſſione, declinatque color eius ad viriditatem atque nigredinem, aut, vt aſchachilos, in quo corruptio iam facta eſt eo in membro, et vsque ad os penitus iam ſenſus euanuit, ſiue, vt eſtiomenus, in quo iam eſt corruptio facta, ſimulque continue ipſa procedens, quaſi ſit ex cancrena et aſchachilos ipſo compoſitus. In hoc etiam membri tenſio remouetur, locusque humido madet, ſerpit atque depascitur carnem, neruos et oſſa, *ducitque hic morbus turpem ad extenuationem, marasmum, tabem juncturarumque dolores. Aufert quoque appetitum, item et ſomnum, redditque hominem adeo abominabilem, vt ab omnibus non ſolummodo fugiatur, ſed odio etiam habeatur*, paritque virtutis corporis proſtrationem. Saepe etiam, etſi non ab initio temporis, tamen tractu, deſperationem adducit, vt coacti ſint plurimi ſepulcro corpus, daemoni vero verbo et opere animam commendare, et, vt ante diximus, omnium tandem vltimum terribilium, ſcilicet mortem, infert.

Ex hoc pronoſtico et duobus ſuperius proxime adductis plurium medicorum, quos nouimus, ignorantia ac magnus error cognoscitur, qui cum aegri detrimento, omni obmiſſo auxilio medelaque, *morbum hunc naturae relinquendum*, licet inconſulto,

con-

conſtanter conſulunt. Nos autem itaque, ne in idem incidamus, contra ſentimus, vt ſcilicet quam citiſſime ad artis opem aegri nos adeant. Quod plurimi amicorum intelligentes facile a nobis incolumes facti ſunt; quosdam etiam eo longum tempus affectos, quamuis paullo difficilius, ſanitati reſtituimus, promittimusque hoc opere noſtro breuibus eos etiam fere diebus nos curaturos, quoniam *a morbo incipientes curationem decem ſaepe diebus*, ſine *) 9ois malae commotione *40. dierum ſpatio* poſtmodum abſcindendae, vt inferius modum ſcribemus, et a cauſſa incipientes curationem totidem ſimiliter diebus, ſcilicet *50a*, eosdemque pollicemur in eamdem aegritudinem impoſterum difficillime redituros. At ſi cuipiam ob rationabiles cauſſas, vt quia *cum infectis coiuerit*, et ab aliis non cauerit cauſſis, idem rediret, nec propterea dicat ſe promiſſa aſſequutum non fuiſſe, ſicut qui praeterito anno medici auxilio tertianam exiuit, iterum ea apprehenſus hoc anno medicum non accuſet, ſimiliter, et ſi dolores exigui aliaque huiusmodi leuia accidentia ſibi per menſes reſidua fuerint, conqueri debet. Nam et aliae permultae aegritudines poſt ſe veſtigia relinquere ſolent. Sani enim cenſendi ſunt, ſi priſtinas ſuas exercere

 poſſunt

*) Ita eſt in codice. Forte legendum, *complexionis*. Sart. Recte, id docente contextu, vel *conſtitutionis*.

poſſunt operationes. Nam ſanitas diſpoſitio eſt, ex qua operationes ſanae proueniunt, vt *primi prima* ſcribit Abohali; Qui autem a nobis non ſanus fiet, ille eſt, qui tardus, et curae partem non totam vult ſuſtinere, vel quem Deus ſanari forte non ſinit.

Ex tribus itaque pronoſticis ſuperius proxime adductis ſequitur, quum morbus inuentu difficilis fuerit ſitque curatio eius difficilis ac praecipua apud nos ipſeque medico abominabilis morbus, aegrisque tam ferus ſit, medico libentiſſime ac praeter morem auro gratiam referendam eſſe. Vltimum vero pronoſticum eſt: Hic morbus, anima et corpore decenter purgatis, rectisque, vt Mesves ſuo ſaepius *de Apropriatis*, Avicenna *primi 2^a*, Rasis libro *diuiſionum*, item *ad Almanſorem* libro multis in locis, fidelibus vtar verbis, breui facile apteque curabitur, ſi Deus voluerit. Haec de pronoſticis dicta ſint ſatis. Qui autem cetera huic morbo pronoſtica cum ceteris communia aegritudinibus percipere cupit, librum noſtrum *de infirmorum viſitatione*, vbi trite copioſeque ea tetigimus, legat.

Epilogus primi et ſecundi capitis, ergo et eſſentiae morbi.

Omnia tandem praedicta de huius luis eſſentia paruo epilogo dicimus concludentes. *Haec aegri-*

aegritudo, puſtulae ſcilicet *et dolores,* SAPHATI *eſt* REFRENGI, *a cauſſa orta, ſcilicet voluntate diuina, aſtrorum influxu, aeris intemperie calidi ſiccique, rerum non naturalium regimine malo, corporis natura totius expulſiua, calida atque ſicca, mala complexione hepatis totiusque, naturali praeſertim ad igneum extraneato calore, ſplenis quandoque vitio, digeſtione item corrupta, humoribus in corpore calidis ſiccisque, licet magis minusque ob rationes ſuperius dictas malignis, ſanguine ſcilicet atque cholera. Cauſſa* ergo *calida ſiccaque humano in corpore quandoque defluxu in membris, congeſtione interdum, nunc in principio, nunc alio eius in tempore, lupini aliaue forma, vt corpus ad ſanitatem purgetur, atque laedatur veris praecipue tempore et autumni, difficillimae curationis, laborioſae ſalutis, ad genus aegritudinis deterioris accidentiaque vertibilis, ad vlcera ſcilicet mala, marasmum, articulorum dolores, vigilias, odium, virtutis proſtrationem, deſperationem et mortem, curabilis,* ſi Deus voluerit. Haec de morbi eſſentia, ſignis et cauſſis aegris. Nunc de ſalubribus cauſſis atque curatione noſtrum in praeſenti eſt pertractare.

Deo gratias.

Caput tertium.

De cauſſae aegrae primum curatione.

Quoniam, morbo, quantum ſpectat ad phyſicum, ſpeciali percepto cognitione, vana eſſet eius notitia, niſi ad eum ab humano corpore extirpandum pro viribus accederemus, ideo de cauſſis ſalubribus et artificioſa eius curatione in praeſenti tractabimus. Et quoniam aegritudo recte amoueri non poteſt, niſi et eius, quam habet, cauſſa efficiens aegra primum tollatur, vt *3° Tegni* adducitur a Galeno, propterea a cauſſae aegrae abſciſſione, quod fit per ſalubres, ante omnia, deinde a morbo ipſo exordiemur, niſi ipſae ſiue eius accidentia cauſſam vincant in corporis laeſione, Tunc enim ab eorum amotione, vt *primi 4ª et 4ⁱ prima* colligitur ab Avicenna, incipiendum erit. Curam autem poſtulat morbus, licet coacte, quum dolor acriter crucians, puſtulae et accidentia adeo ſunt moleſta, vt tolerari non queant, donec cauſſa antecedens eradicata fuerit. Tunc enim noua trahitur dolore materia, membra item debilitantur, et virtus inde proſternitur, vt *1ª primi* ſcribitur ab Avicenna, quo potius eligunt mori infirmi, quam in tanto viuere cruciatu, vt experientia docuit. Quum haec enim diſpoſitio iam in morbum tranſierit, quia operationes quam maxime laeduntur, quoniam

niam nec quieſcere, nec niſi, vt ſpasmati, deambulare, nec altis et neceſſariis, vt principes praecipue decet, negotiis poteſt intendere aeger, eius curationi repellentibus primum haerendum eſt. Item quum in ſuo initio eſt vitio quartae digeſtionis et via congeſtionis, aut quum antecedens cauſſa modica eſt, vt in declinatione accidit morbi, vbi tota in cauſſam tranſiuit coniunctam, ac ſub ea eſt, quum res etiam diutina iam exſtiterit, non cauſſae, ſed ſolius morbi curatione reſoluente in initio opus erit.

Quum item timetur, ſi diu materia rodens, vt in pronoſticis dictum eſt, cutem inhabitet, quod etiam fit, ſi ſola dedecoratio fuerit, ne incurabilis morbus efficiatur, vel ad genus aegritudinis deterioris, vt eſtiomenus et cancer eſt, conuertatur, vt in pronoſticis diximus, et pulcritudo, et forma corporis amittatur, vel *homo* ſaltem *abominabilis fiat*, ex quo amicorum commercio, et ſeruus domino, et dominus eo aeger priuetur, aut *in infamiam incidat*, quia religioſus vel bonae vir famae exſtiterit, vt mundi lumina, ſicuti *Pontifices*, *Cardinales et ſancti viri* exiſtunt, *ſacrae virgines* et *caſtae mulieres, quum omne fere afferat vulgus, hunc ſolo coitu morbum corpori humano infigi*, aut venuſtatem formae magis, quam ſanitatem amantes, ſicut multae ſunt, quae cum pulcritudine

aegritudinem, quam cum turpitudine ſanitatem habere mallent.

Quum item ſomno priuantur, magnoque item lucro, quia mercator ampliſſimus, vel quia paterfamilias multos ſuo labore apud ſe alit; Propter haec mala non parua minora etiam apparentur nobis a morbo, et a cauſſa coniuncta, et membro recipiente vna cum cauſſae antecedentis euulſione ex membro mandante curam repellentem, ſiue reſoluentem coacte incipientibus, vt infra dicetur, ſubeunda ſunt. Minus enim malum maiori praeoptandum eſt, vt ratio docet, et *quinto Ethicorum* ARISTOTELES atteſtatur. Curam autem cauſſa ipſa requirit, quum ea non adſunt, quae morbi curationem praecipue ſuperius proxime adduximus poſtulare, ſed quum ſola cernitur dedecoratio intus iam communicata, timeturque, ne boni humores affectionem malam ſuſcipiant, vel ſi non dedecoratio, ſed morbus conſtituatur, qui tamen non habet ſaeuiſſima accidentia, quum etiam materia adhuc et multa ſub cauſſa antecedente, modicaque ſub coniuncta defluxiſſe apparet, ex quo pauci dolores viſuntur et puſtulae.

Quum item *apoſtemata interioribus inſunt*, aut quum eius loco copia puſtularum, maxime circa cor atque principalia membra, quoniam timor

eſſet

eſſet ex materiae reuocatione *), ne aeger illico ſuffocetur, quod et gutture impedito alcola alioue apoſtemate, etiam deglutitione ablata, quod etſi aeger debilis morbo aut aetate ſit, vt et ſenes ſunt, cauſſae cura opus eſt, quoniam quum his principalia membra debilia ſint, ea nequaquam repercuſſiuis adiuta a ſe ad vias expurgationis propellerent, vt *aphorismorum VI*ᵃ colligitur a Rasi, ſed in eis facile repercuſſiuis virtus extingueretur. Quum haec igitur ſe oſtenderint, quod ſit morbus, tunc non a morbo ipſo, ſed a cauſſae abſciſſione ex membro mittente tutius, vt a regulari curatione, vt ex *3°* *Tegni* colligitur, incipiemus, morbo tandem reſolutiua tribuentes, vt infra dicetur, et cauſſae coniunctae in recipiente, niſi morbus ſimul aegrum etiam infeſtaret non parum. Tunc enim vna cum cauſſa et morbo, dolori ſcilicet, intendimus atque puſtulis. Cauſſa enim ablata, facile effectus excluditur, immo fere repente absque proprio medicamento tollitur a principio, ſi tota euulſa cauſſa fuerit, antequam ſcilicet cutis corruptione afficiatur. Fonte etenim exſiccato, et riuos ab eo manantes exſiccari neceſſum eſt. Et hoc pacto his ſeruatis conditionibus, ſine detrimento morbus hic curari debet.

*) Saepius intus reuerterunt. Pinctor c. 5. p. 95.

Complexionalis cauſſae et qualitatis curatio.

Homine itaque ira Dei percuſſo aſtrorumue influxu, aut aeris intemperie, vel regimine malo, aut contagione, quia *cum infectis coierit, biberit, dormieritue,* perlaeſo imprimitur, vt ſuperius diximus, mala in eo qualitas complexionis peſſimae effectiua, quae quidem complexio, vt *3° Tegni* Galenvs, et *4ª primi* ſcribit Abohaly, et Gentilis Fvlginas: et Vgo Senensis interpretantur, aut eſt in termino, vt generetur ab initio excluſiue, quia non iam generatur, ſed parata exſiſtit, quae a phyſicis futura fieri appellatur. Cuius cauſſa licet iam non manifeſte agere inchoauit, et curationis, quam late ſic vocamus, ſi ad manus medici venit, poſt orationes et vota eius intentio eſt, praeſeruatio *) futurae fieri proprium inſtrumentum, cauſſae ſcilicet eius, hoc eſt malae qualitatis abſciſſio, quae quum calida ſiccaque, et maligna exſiſtat, vt ante diximus, et contrariis curentur contraria, quia quidquid a contrario corrumpitur, libro *de longitudine vitae et breuitate* Aristotele adducente, debet cum frigidis humidisque medicamentis, et aromaticis extirpari. Laudatur etiam ſoli mutatio, antequam ſcilicet qualitas infigatur, quod et, primo

*) Legi poteſt etiam *praeſeruationi.* Sart. Ita etiam legi debet ob ſequentem voc. *futurae.*

mo viſo affecto, fieri debuit, aut in termino eſt, vt incluſiue a principio generetur, et fiens complexio nuncupatur, cuius iam cauſſa manifeſte efficit eam complexionem, huius etiam pars ſi nulla fuerit fixa, cauſſae tantum ablatio ſufficit, ita, quod etſi in cauſſa multa materia fuerit ſufficiens, eius euacuatio iudicabitur; Si vero pars iam fixa exſiſtit, partis factae intentio ipſa dicetur curatio iam factae, ſcilicet proprium inſtrumentum. Alteratio videlicet cum contrariis ſupra allatis, et partis futurae fieri intentio prouiſiua eſt, cauſſae videlicet eius ablatio, aut ipſa complexio facta eſt, nilque futurum fieri, cuius cauſſa iam non requiritur, nec a materia ipſa complexio pendet, nec quia fixa fouetur, et contrariis alteratio ſola intenditur aut facta eſt, a materiaque fouetur et pendet. Et intentio quidem eſt materiam primum educere, vel ad benignitatem eam redigere, ſi fieri poteſt, ſecundum complexionem ipſam contraria alteratione euellere, quum ſcilicet in euacuando, vt ait Abohaly, finem fecerimus, membrisque faecem recipientibus, quae iuuantia repellunt, afferenda illico ſunt, ne *morbus*, *puſtulae* ſcilicet *et dolores*, emergant, qui morbus, ſi cum hac ſimul vltima complexione mala manifeſtiſſime apparuerit, quum et ad phyſicorum manus ſic complexio ipſa deueniat, eo modo auferatur, quo de ea vna cum morbo tollendo diffuſe tractabimus.

Cauſſae

Cauſſae antecedentis curatio.

Cauſſae igitur morbi huius antecedenti poſt primitiuas regulari cura et doctrinae ordine extirpandae nos intendentes, plures accommodamus curationis intentiones. Prima regiminis eſt electio, 2ª humorum ineptorum debita praeparatio, 3a eorumdem eradicatiua eductio, 4ª hepatis et totius discraſiae ac malae proprietatis amotio, 5ª ſtomachi digeſtiuae et membrorum praeſertim regalium, vt aiunt medici, confortatio. Prima intentio ſalubri perficitur regimine, et quoniam ſuperiores, vt Deus eſt, cauſſae, *aſtra et aeris intemperies hunc efficiunt morbum*, vt viſum eſt, his ideo ante omnia obuiandum aſſerimus. Et quum cauſſa primitiua, vt ait Philoſophus, plus influat, quam ſecundaria, ideo primo Deum oratione, votis et interceſſoribus merito flectere ipſi conabimur, vt *hanc tabificam luem* ipſe tollat a nobis, quod noſtra maxime intereſt, vt ait *epidemiarum quinta* ALEXANDRINVS, quum cetera non contulerint. Hoc vt efficiamus, quum legitur: *Petite, et dabitur vobis*, non ſolum monet chriſtiana religio, ſed etiam exemplo nobis ſunt infideles. Primus eorum diuinus eſt PLATO, quum ſuo inquit *Thimeo*: *In omnibus, ſiue maximis, ſiue minimis, diuinum debet auxilium implorari*, et *quinto de ſanitatis ingenio* ſecundus inquit GALENVS: *Quum magna adeſſet*

mor-

mortalitas, *Deum deprecati ſumus*, *vt a nobis amputaretur*, et *X° metaphyſices* tertius AVICENNA: Nobis profunt orationes, letaniae et bene viuere; et ſuo MESVES *de apropriatis*: Ex noſtris *ſanat ſolus languores Deus*. Totus igitur Dei timor praeueniat, et opera tua felicitabit. Aſtrorum influxui ſi idem vel eius ſimilis viget, et aeris inclementiae calidam, vrentem, ſiccam ac malignam, vt ante oſtendimus, qualitatem continue augentibus, et ad ſuam naturam complexionem vertentibus, contrariis, quibus curatio fit, obuiamus. Sit ergo aer frigidus atque humidus, praeſertim aeſtate, item ob igneam caloris naturam adeptam, obque caloris veſtigium in chimis relictum, qualis in locis eſt et manſionibus, quas terrenas vocant, aut per artem fiat frigidus, ſi talis natura haberi non poſſit, cum frondibus et fructibus, et aquarum aſperſione. Et quoniam *fuit maior aeris ſiccitas*, *quam caliditas eo tempore*, *quo morbus hic inoleuit*, etiam et humorum humido, ſcilicet ſubtiliori eius parte amota terreaque relicta, ſit ideo frigiditas temperiem parum excedens, ne ſcilicet vias obſtruat, materiam ipſam congelet, et craſſiorem efficiat, ex quo ſuperfluitas detineatur, naturalis item calor debilis extinguatur, ſed morbo malaeque complexioni obſtet, totius et vniuerſa membra corroboret. Quanto magis autem proceſſerit morbus, tanto minus frigida, licet humida magis, et cum eis atteru-

attenuantia expetuntur ſecundum varia morbi tempora, materia continue terrea craſſaque magis effecta, tempore praeſertim reſolutionis, calidus potius aer, vt trahat exterius, materiamque reſoluat, expetitur, qui complexioni materiae aduerſetur. Eſt enim dicta omni in re non naturali diligentia metienda iuxta humorum ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, motum, aegri virtutem, aetatem, tempora, artem et conſuetudinem, prima *aphoriſmorum* HIPPOCRATE duce. Infectorum igitur concurſus effugiatur, quoniam loci aer iterato afficitur, qui ſic morbum auget ac figit, ex quo ſequi apparet ab eorum quoque anhelitu, ſicut peſtem patientis, ſe eſſe penitus defendendum. Et quamuis omnia naturali ſolo et eius ſimili conſeruentur, vt PORPHYRIVS in *yſagogis* et libro *de reſpiratione* ARISTOTELES atteſtantur, infeſtum tamen conſulit 5ª *epidemiarum* HIPPOCRATES terram demutare connutrientem, quod ſalubre eſt in prolixis omnibus paſſionibus, at ſi alieno in ſolo aegrotent, ad natiuum illico referantur. Ex quo ſequitur, loca aegroti locis contraria initio eſſe quaerenda, vt ſi calida, frigida eligenda ſunt, vel ea, *in quibus talis aegritudo minime aut rariſſime viſa eſt*, qualia non ciuitates, vbi populorum concurſus eſt, et oppida ſunt, ſed rura, praecipue montium et alpium maximae altitudinis. His enim locis propter frigiditatem et ventos *aeris infecti qualitas* raro infigitur.

Ciba-

Cibaria vero licet ratione virtutis ſuſtentandae aut ab aegritudinibus releuandae adducantur, non decet tamen, vt morbum foueant et augeant, ſed debent ſimul virtuti conferre, et morbo ſubſtantia qualitate, quantitate ordineque aduerſari, quoad fieri poteſt. Hoc ſaepe ſatis eſſe poteſt ad tollendum morbum. Si enim cum diaeta curare poteris, proſperam inuenies, vt ſuis in *aphorismis* DAMASCENVS eſt auctor. Sint ergo frigida edulia humidaque, et attenuantia, vt ante diximus, natura vel arte, niſi morbus repercuſſiuam petierit curam. Tunc enim incraſſantia, quia fluxum impediunt, afferantur. Si de fluxu fiat, non obſtat, non trahet medicina humores, quia non tanta fiet craſſities, quod impediat, quum ſit materia in viis latis; ſint quantitatis tamen aequalis, vt *prima quarti* in chronicis fieri edocet AVICENNA. Quum enim *morbus hic ſua natura chronicus* ſit, ſit et via longa diaetam debitam expetit; Cum tenui enim minime ſtaret virtus, immo debilior continuo efficeretur, ex quo nec cibum, nec morbi materiam coqueret, nec expelleret, ſed contraria potius euenirent. Tenues enim et certae diaetae in diuturnis ſemper paſſionibus habentur difficiles, vt *prima aphorismorum* ſcribit HIPPOCRATES. At ſi dicitur, ad vltimas aegritudines vltimae curationes afferendae ſunt, quod et in *commento* GALENVS, reſpondeas, in ſtatu, vbi dolores vigent, id fieri intelli-

intelligitur, iuxta tamen aegri vniuerſam et particularem digeſtiuam virtutem. Et ſi iterum dicitur, planius AVICENNA *primi* 4^{a} nos monet, quum ait: *Occultorum apoſtematum cibus tenuis ſit,* et quum *hic morbus membra interiora ſaepe afficiat*; ideo id ſeruari oportet, ad hoc nos dicimus, id de magno apoſtemate viscerum, quum intus eſt, aut ſi tot *intus puſtulae* magni apoſtematis locum tenent, intelligi debere. Alioquin diaeta, qualem diximus, eligi debet. Eſt tamen cum hoc aegri ſeruanda conſuetudo pro viribus, quam in ſanitate aeger tenuerat. Notanda quoque eſt aetas. *Senes* enim, vt ibidem ait HIPPOCRATES, *facillime ieiunium ferunt*, *pueri vero aegerrime.* Hieme etiam atque vere varia eſt diaeta ſignanda. His enim temporibus plura ſunt afferenda cibaria, quoniam tunc *ventres*, vt ibidem inquit HIPPOCRATES, *calidiſſimi et ſomni longiſſimi ſunt*, aeſtate vero cibos corpora grauiter ferunt. Sit ergo eorum quantitas fere conſueta homini ſibi ſano, et prout neceſſitas reliquorum indicantium expoſtularit, vt ſcilicet non excedat vires infirmi, ne digeſtio impediatur, morbusque potius augeatur. Sed quoniam abſtinentia, ſcilicet ab exceſſu, vt libro *de regimine Principum* ARISTOTELES ſcribit, ſumma medicinarum habetur, quum, vt ipſe *politicorum* 7°, omnis exceſſus vel nocet, vel proficit nihil, potius ciborum quantitas minuatur, donec ſcilicet cauſſa antecedens radicitus

euella-

euellatur; Nam vt 1ª *aphoriſmorum* HIPPOCRATES ponit, *non pura corpora quanto magis nutries, grauius ea laedes.* Natura enim cibi digeſtioni intenta, eoque cibo grauata, impuros humores morbi materiam educere oblita deſiſtit, ſed ea materia augetur, immo et nutrimentum, licet benignum, cutem affectam etiam petens corrumpitur, quo morbus etiam maior efficitur. Tota vero materia arte vel natura ad cutem transmiſſa, quod et in principio, ſi pauca eſt, contingere poteſt, cauſſaque antecedente impura ablata, factaque fortiore virtute, licet copioſius alere. Haec ex HIPPOCRATE eo *aphoriſmo, vbi fauces aegrotant, aut puſtulae naſcuntur in corpore*, et in *commento* ex GALENO accipiuntur. Sint igitur laudata cibaria facilis etiam digeſtionis, boni quoque chimi debita quantitate, ordine, et certa hora aſſumpta. Vbi enim cibus praeter naturam intrat, id eſt, praeter conditiones adductas, hic aegritudinem facit, vt 2ª *Aphoriſmorum.* HIPPOCRATES monuit, quoniam, vt ſcribit GALENVS loco de cauſſis adductis ſuperius, humorum ſubſtantia in cibis et potibus continetur. Ea igitur ſunt panata ex pane mundi fermenti elixo. Ob qualitates enim ſuas commoda eſt modicis aromatis communibus ſuperadditis, vt regia confirmentur, in brodio quoque carnium huic morbo conuenientium. Caro enim limacium earumque brodium his valet cutis affectionibus, vt habetur

ex DIOSCORIDE, ſanguinis extinguit feruorem, hepar quoque confirmat et ſtomachum, vt *ſecundo* ſcribit *canonis* AVICENNA. Panata etiam in lacte amigdalarum ſeminum, item communium, amilique, et cum cucurbita aeſtate conſona iudicatur. Ptiſana quoque omnium maxime propria eſt cum aromatis, quae etiam *iuſcula minuta* appellant, ex lupulo, taraxacone, boragine, cicorea, endiuia, ſpinaciis, acetoſa, ſalubria ſunt. Carnes idoneae ſunt haedi, veruecis, vitulae, gallinae, caponis, cuius brodium, vt *colliget* 5° ſcribit AVERROIS, leproſis proprietatis habetur mirabilis, quod et XX^{a} *aphoriſmorum* ſuorum MOSES affirmat. Caro quoque erinacii, 22^{a} *aphoriſmorum* ſuorum MOSE auctore, propria eſt. Caro item ſerpentis; Vipera enim praeparata, vt 4^{i} 3^{a} ABOHALY, et 1° *ad* GLAVCONEM GALENVS teſtatur, omnia roborat viſcera, humoresque miro modo ab omni labe expurgat atque defendit, quum his tamen frigida decoquantur, humidaque ad carnium alterationem. Item et cordialia ob rationes ante adductas, qualia ſunt endiuia, taraxacon, lupulus et huiusmodi, praecipue cum auiculis iuncta, quia carnibus ſicciſſimae ſunt. Piſces quoque fluuiatiles ſaxatileſque elixi, vt luccii ſunt piſceſque marini, vt diximus, praeparati, vt cephali et huiusmodi, ſua qualitate conueniunt cum amigdalarum pulmento. Omittantur ſaliti, quoniam atram generant bilem, 5° *theoricae* HALYA-

BATE

BATE auctore. Acetarium cum modico ſale ex herbis ſuperius dictis, eorum etiam floribus lactucaque, aeſtate praecipue, ſumant. Fructus vero, quibus ſecunda menſa vesci debent, hi ſunt: Appia mala, quae item roſea appellantur, pyraque electa, cetebrum et roborantia cum modico caſeo dulci ad ſtomacum ſigillandum. Granata quoque ob id, paſſulae et coriandra accedunt. Ante cibum item pepones, corpore praeſertim purgato, maxime conferunt, et cucumeres. Pruna etiam quatuor aut ſex bene matura accipere poſſunt. Hepatis enim et cordis ſedant inflammationem, et *ventrem* lubricum reddunt, qui quoniam *hoc in morbo fere ſemper ſtipticus* reperitur, lubrica debent arte reddi cibaria. Salſa omnia omittantur, vt pisces ſaliti ſunt, caſeus quoque talis, quoniam exſiccant ſanguinemque incendunt, ex quo atram bilem aggenerant, vt YSAAC *doctrina* 5ª teſtatur. Idem in *canticis* 1ₒ *canonis* ſentit ABOHALY. Vſta item, vt frixa exſiſtunt, vnctuoſa etiam obſunt, quoniam inflammant, et mali ſanguinis ſunt adductiua, vt *quinto theoricae* legitur. Ab ea igitur vnctuoſitate brodia depurentur. Dulcia etiam noxia ſunt, vt mel, dactyli et caricae ſunt. Dactyli enim, SERAPIONE auctore *de ſcabie*, quoque *capite* 7ª 4ⁱ atque Saphati AVICENNA, generant bothor; Ratio eſt, inquit eo in loco GENTILIS, quia facile aduruntur; Haec tamen et eorum decoctio

reſolutionis tempore aptiſſima ſunt, quoniam ad cutem pellunt, vt de variolis capite et allegatis colligitur ab AVICENNA. Acuta et mordacia, vt monet *de Saphati cura* ABOHALY, fugiantur, quae praeſertim ſupra de cauſſis huius tacta ſunt morbi, vt eruca eſt, quae dolorem capitis facit, vt praedicti ſcribunt auctores. Idem et naſturtia affert, cepe quoque caput grauat, licet ad ſomnum hoc conferat loco, quum *ſubet* *) generet, vt ex eisdem accipitur. Porra ſodam efficiunt, peſſimique ab his chimi gignuntur; Allia ſicca, et tertio calida, tamquam daemones, odio habeantur. Vrunt enim et vehementer exſiccant, atque ſodam efficiunt, vt adducti ſcribunt auctores, immo RVFFI auctoritate *vigeſimo primo 9tis* **) RASIS affirmat, in membro laeſo dolorem apportant, et *de ptiſana* libro HIPPOCRATES, ſolitos dolores facile reuocant. Caules quoque et baſilicon magnum, quoniam atram bilem et humores citae putredinis et corruptionis aggenerant, vt ex dictis auctoribus diſcimus, aſpernentur; Lentes, tertio ſiccae gradu, HALYABATE ſcribente, elefantiam, maniam, cancrum, ſomnia mala, morpheam et impetiginem creant. Portulaca autem et cetera inuiscantia timeantur, quoniam aegritudinem indiſſolubilem reddunt, cibariaque,

*) Legi poteſt etiam *ſuber.* SART. Recte *ſubet* ſ. *ſubeth* i. e. ſopor.

**) i. e. Continentis.

que, quae alter affectus guſtarit, et per conſequens cyathi, et eorum vſui vaſa mittantur; His enim morbus facile figitur et augetur. Cetera quoque hoc genus, quae, quia longum eſſet afferre, non ſcribimus, abſcindantur. Immo, vt 4ⁱ 7ª *de Saphati*, *ſcabie impetigineque* capitibus, quorum cura propinqua eſt, vt *de ſcabie* capite Avicenna affirmat, ſit inſipido aeger contentus, humorem bonum aggenerante, in quo nulla mordacitas eſt, ſitque aequali humectatione, etiam cum balneo facta contentus, quod et 5° *ad Almanſorem* Rasis teſtatur, ſit, ait Avicenna, hoc in morbo humectationis regimen, infrigidationisque et rerum aquoſarum adminiſtratio atque inſipidarum, vt endiuia eſt, item et mellon, quod et melancholiae cholericae *quarti prima* monet, quum ait, infrigidationem et humectationem vltimas ex cibis adminiſtra, et medicinis, immo melancholiae naturali, quum ait, humectatio propria eſt. Vinum pro potu licet dolorum ratione et fluxus, quia materias ſpargit, non competit, quamuis forte in fine, ratione tamen conſuetudinis atque virtutis ſeruandae, *morbo chronico exſiſtente et exſoluente*, nigrum ac maturum ad auſterum inclinans aſſumendum putamus, album autem, quia diureticum eſt, potius in progreſſu pro reliqua materia, maxime antecedente, euacuanda per vias vrinae tribui debet; in principio vero materiam euntem ad

 cutem

cutem non parum pellit, quia mouet ſudorem, vnde auget morbum, dulce autem, quia oppilat et vrit. Similiter et vinoſum, niſi virtute proſtrata, auferatur. Sit autem in dolores habentibus temperatum, praecipue capitis, vt *de ſoda tertii prima* concedit ABOHALY, quoniam vapores ſecum ferens facile caput et citiſſime replet. Limpha ideo admiſceatur, in qua hyberno tempore ſaluiae folium infuſum exſtiterit, aeſtate autem ſaepius aqua conuenit cocta addito zucharo, ſtomaco non debili exſiſtente. Nec id 4^a p^i *de apoſtematum* capite obſtat ab AVICENNA adductum, in occultis ſcilicet apoſtematibus cauendum eſſe a vino; Nam de magnis apoſtematibus et paruis, grandis tamen locum tenentibus, ipſe locutus eſt. Exercitium ad inflammationem non incluſiue in hora electa, non etiam ſuper accepto cibo, quoniam omnis ſuper ipſum motus eum corrumpit, vt libro ſuo *de Apropriatis* aſſerit MESVES, non ſane laudari in principio poteſt, niſi cauſſa ſcilicet antecedens educta fuerit, quoniam *5a* etiam ait *epidemiarum* HIPPOCRATES vlcera mala in impuris corporibus efficit exercitium, et *primi* 4^a ABOHALY, apoſtematum occultorum ſalubre eſt a vino, motibus et corporeis cauere, et animalibus excedentibus immo et ab omni motu deſiſtere monet HIPPOCRATES, niſi careat cauſſa antecedente aegrotus, quia via congeſtionis vel pauco effluxo humore

more natus eſt morbus. Ex quo libro ſuo *de medicina* erraſſe Celsvs conuincitur, quum ait: *In omnibus puſtulis cura eſt ambulare;* Morbum enim id auget, quum validius eo fluat materia. Nobis namque mouentibus, omnia, quae in nobis ſunt, commouentur. Modicum igitur exercitium ob dicta maxime inaſſuetis fricatioque nulla praecipiatur, quies ergo tutius, cauſſa antecedente corpus habente, eligenda eſt; Ipſa enim corpus humectat, materiamque remorat, ex quo cauſſis ipſa morbi contraria cernitur; inanitio debita materiae, quam communem appellant, vomitu, caſſia, enemate et ſuppoſitorio iniungatur. Ideo a frequenti coitu caueatur, praecipue cum infectis. Nam, vt 7^a^ 4^i^ *de ſcabie* capite Avicenna teſtatur, etiam humores adurit, eos mouet ad cutem, et virtutem debilem reddit. Ex quibus ipſum in morbum addere plane colligitur, immo eſt coitus corporis aegri deſtructio, vt libro *de regimine Principum* Aristoteles meminit, videturque apportare dolores, dicente *VI^a^ Aphoriſmorum* Hippocrate: *Pueri ante aphrodiſiam*, id eſt, pubem aetatem atque veneream, vt Simon Genvensis exponit; Similiter et emichi *) non podagrizant. Moderata quoque repletio diligatur, quantum ſcilicet digerere poteſt aeger, aſſumat, potiusue quid minus; ſua etiam

 hora,

*) i. e. eunuchi.

hora, vt facilius virtus ſuper materiam ſe conuertat, vt prima intentione ſatis attulimus. Somnus, qui requies eſt animalibus propter eorum ſalutem, vt libro *de ſomno* ARISTOTELES ſcripſit in principio, plus ſit conſueto, quoniam eo virtus corpori reſtituitur, materia et corpus maxime humectatur, cibi et peccans materia optime coquitur, vt *ſexto de regimine ſanitatis* adducit GALENVS, dolor ſopitur, et materiae ſiſtitur fluxus, vt AVICENNA MESVESque teſtantur, immo fluens eo reuocatur ad centrum, vt *de flebotomia* capite ab AVICENNA colligitur. Hinc et morbus fieri prohibetur, quod praeſertim laudabile, vbi morbi cura repercuſſiuis aſſumitur in principio, e conuerſo vero, vbi cauſſae cura reſolutioque eligitur. Si ergo naturae beneficio ſomnus non adeſt, arte cum dolorem etiam abſcindentibus euocetur, de quibus philonium eſt, requies diacodionque, ſemen item lactucae, iuſquiami et cetera hoc genus, *Non ſit ſomnus cum hoc morbo affectis, eorum ergo cubile linteaminaque vitentur; His enim, vt ſcabies, et haec contrahitur tabes.* Vigilia quoque debita eligatur. Immoderata enim corpus exſiccat, et virtutem diſſoluit, ea autem ſecundum menſuram adhibita, ſuperflua expurgantur. Ideo in declinatione, vbi reſolutione opus eſt, ſomnum exſuperet, vt GENTILIS *3ⁱ prima de ſoda* exponit, quum item in viſceribus eſt apoſtema atque materia multa, cum hisque virtus debilis

debilis facile extinguenda, quum item *ſola dedecoratio eſt haec labes*, nec repulſionis cura expoſtulatur. Animi vero accidentia, vt cogitatio fixa eſt, quae in magnis negociis eſſe ſolet triſtitia, timor, ſuffocatione, ira, cordis accenſione, et cetera hoc genus, hunc augent morbum et afferunt, corpus exſiccant, et virtutem exterminant, ideo abſcindantur. Timor vero, quum repercuſſiuis opus eſt, aduocetur, quo, vt in quartana ſaepe fit, ſtatim intus vnito calore, cauſſa tota reſolui poteſt, ira vero, vbi reſolutione opus eſt, ſed gaudium moderatum et ſpes eligantur, ideo cum dilectis, beniuolis et amicis, qui et noua delectabilia referant, inuicem fabulentur. Cantibus quoque ſe dedant, ſaepiusque vel audiant; Virtutem hi confortant, corpus humectant, doloresque plurimum mitigant; Hominem enim laetificat muſica, vt *politicorum 8°* ab ARISTOTELE legitur; Infantum enim cantu vagitus ſiſtunt nutrices, ita, vt etiam dormiant. Nam, vt ex opinione PLATONIS ALEXANDER APHRODISEVS ſuis teſtatur in *problematibus*, omnes artes natura homini inſitae ſunt, vnde ii audientes reminiscuntur, ex quo delectantur et dormiunt.

Secunda intentio.

Altera vero intentio his perficitur, quae praeſertim ineptam materiam, ſi quando adeſt, praepa-

rant expulſioni, quaeque inchoatam eius ſiſtunt corruptionem, quae conſequenter nouae materiae ad cutem peruenturae auferunt generationem, quae hepar et totum corpus contemperant. *Digeſta* enim, vt *aphoriſmorum prima* HIPPOCRATES meminit, *medicari oportet*, et cum minoratione fiat digeſtio, vt *differentia 50a Conciliator* affirmat, quia reliquum facilius expulſioni paratur.

De minoratione primo hoc loco dicemus; Inquit enim *de ingenio 4o* GALENVS: *Alleuiata euacuatione corpus diſpenſat natura, et quod aggrauat ipſam, veluti onus quoddam deponens, reliquo digerens dominabitur et excernens*, dicente *prima aphoriſmorum* HIPPOCRATE, *inchoantibus morbis, ſiquid ſcilicet grauans eſt aut laedens naturam, ne poſſit coquere* *), *moue*, ſcilicet minoratiue, niſi materia furioſa aut maligna ſeu valde corrumpens exſtiterit. Minoretur igitur primum, ſi opus eſt, omne id, quod idoneum eſt educi, ineptum etiam, ſi nimium eſt, et ob id, ſi digeratur, timeatur morbi auctus aut ſuffocatio virtutisque extinctio, eo modo, quem ſequenti intentione docebimus. Poſt haec ea, quae alteratione agunt, pro eo, quod euacuationi ineptum reſtat, potabilia miniſtrentur, et quum natura materia calida ſit, ſicca craſſaque, pro-

*) Hic locus ita habet *coquē moue.* SART.

progreſſu autem qualitate etiam caeli, antequam morbus in aegro appareat, aut medicus expetatur, continue aduratur, terreaque humida et ſubtili ſcilicet parte conſumpta reddatur, ex quo frigida facta craſſaque non naturalis poteſt dici melancholia *), licet effectu tunc etiam, veluti calx calida, reperiatur, quumque naturalis caloris qualitas hepatis et totius complexio corruptaque ſint, etiam et malignae proprietatis. Ideo his ſimul omnibus obuiando frigida et humida medicamenta adhibenda cenſemus, licet in progreſſu temporis humida intenſiora et frigida temperatiora conueniant, et cum aromaticis tamen medicinis et ſubtiliatiuis admixta, materiam ad fluxum non diſponentibus, ſed nimiam craſſae partis craſſitudinem amouentibus; Frigida enim medicamenta etiam in progreſſu, veſtigio caloris relicto, humoribus membrisque, veluti falſo flegmati calcique, quod agit fortius, quam alia materiae acquiſita complexio frigida ad extinguendum commoda ſunt, magis, quam augendo materiae frigiditatem additamque craſſitatem. Ait enim 4ⁱ *prima* ABOHALY: *Si melencholia cholerica fuerit, adminiſtra infrigidationem et humectationem vltimas ex cibis et medicinis*, quumque *huic morbo febris raro iungatur*, his in vltimo qualitatibus minime opus eſt, Libro quoque *de Saphati*,

*) Ita ſcriptum eſt in codice, *metia*. SART.

phati, noua humectationem requirit, exſiccationem antiqua, quae ſubtiliatio interpretatur. Quoniam igitur humores tum propter morbi tempora eiusque antiquitatem materia valde terreſtri effecta, tum etiam ratione horarum anni, tum vniuerſalis et particularis complexionis, tum aetatis, tum ſexus, tum regiminis in caliditate et ſiccitate, ſubtilitate et groſſitie, benignitate et malignitate, latitudinem habent; ideo remedia, prout oportuerit, varia eligantur. Eorum igitur, quae conueniunt, ſimplicia ſunt haec, eorumque aquae diſtillatae, fumus terrae ſcilicet, ordeum, violae, endiuia, cicorea, lactuca, hepatica, lupulus, borago, bugloſſa, taraſſacon, ſemina communia, liquiritia; in progreſſu vero temporis capillus veneris, petroſelinum, feniculus, pimpinella, vitis praeputia, quorum ſuccus exagitationem humorum prohibet et feruorem, acetoſa, aqua diſtillationis limacium, cutis valet affectionibus, vt ex Diascoride licet videre, 1º quoque *canonis* ex Avicenna, ſanguinis feruorem extinguit, hepar et ſtomacum roborat. Aqua caſei, praecipue acetoſi, vltima eſt, vt de ſcabie, morphea, impetigine ſaphatique capitibus ab Avicenna habetur, atque *ſecundo canonis* ab eodem, et ſuo *de ſimplicibus* Mesve. Balneum villae et ſimilia mirabiliter complexioni et proprietati malis aduerſatur. Sunt quoque in balneis admirabiles proprietates, vt ſcribit *commentator 24ª problematum*

pro-

problemate vltimo; Infrigidat enim illud atque humectat, materiae prohibet ebullitionem, corruptionem vſtionemque, et membra roborat naturalia.

Ex dictis patet, balneum de porrecta non conuenire, niſi his, qui frigidae ſunt complexionis multorumque humorum flegmaticorum, niſique et hoc in morbo iam antiquato, cuius materia reſolutione frigida facta eſt. Compoſita vero haec ſunt, quae diximus, cum ſirupis admixta, videlicet ſirupo de fumo terrae, qui ſtomacum et hepar confortat, opilationes aperit, et cutis curat affectiones, ab humoribus praeſertim ſalſis exortas vſtisque, vt ſcabies eſt, impetigo et lepra. Sirupo item de pomis regis Sabor a Mesve poſito, qui melencholiae eſt aptus, ſirupo quoque endiuiae, item violarum, item nemifaris etiam, et oxizachara, roob item de ribes, id eſt, acetoſae ſirupo, vt de variolis Avicenna capite exponit Gentilis, qui feruorem ſanguinis ſiſtit, venenoſae obſtat proprietati, albaras atque impetiginem delet, 9° *canonis* Avicenna auctore, ſirupo etiam de epictimo, qui, vt Mesves ſcribit, choleram nigram, vſtos humores, ex eisque factas aegritudines tollit, atque his confert, qui leprae proximi ſunt, qui cancrum, vlcera fraudolenta, ſcabiem, fiſtulas et ſaphati patiuntur. Sed quia hic prima ſua virtute obeſſe cognoſcitur, ideo, vt decuerit, reprimatur, licet

in

in progreſſu temporis potius reſeruandum ſit, ſicut radicum ſirupus et de biſantis, quoniam tunc, materia facta craſſiore frigidaque, item et deteriore, melencholiae, vt diximus, ſapit naturam. Decoctio eo etiam tempore cicerum nigrorum, tribus diebus cum melle aſſumpta continuis, podagrae validum tollit dolorem, vt de mente compluti adducit 23. ſuorum *aphoriſmorum* MOSES, quae etiam cum eritii carne ad puſtulas valet.

Eſt vltimo loco ſirupus noſter ſecreto habendus, quem quia omnium validiſſimum eſſe credimus, auro comparandum putamus. Hic enim qualitate ſua frigida humidaque debita cum attenuatione materiam praeparat expulſioni, eiusque ſiſtens corruptionem ac fluxum, nouam generari etiam prohibet, ignitum item calorem calidamque complexionem extinguendo ad priſtinam naturam reducit, malamque proprietatem diſſoluit, ex quo cutis et membrorum interiorum, quae localia non attingunt, dolores puſtulasque excludit, viscera quoque regia maxime roborat. Poſt vero principium ob multiplices, quas attulimus, cauſſas ea, quae minus frigiditatis habent atque extenuant, quum fuerit materia, vt diximus, craſſior, immiscere oportet; at ſi in eo multa ſint, quae prima qualitate non proſint, conferunt tamen 2ª tertiaque. Saepe enim, quae proprietate valent, eligimus,

gimus, licet prima qualitate obſint, quam tamen refrangimus materiae minoratione effecta, parte vero, quae ad euacuandum ineptior eſt, relicta, quadraginta diebus ſirupus hic noſter ſumatur, licet decimo quinto quoque die materiae portione parata, minoratio repetenda ſit, vt poſt quadraginta ſaltem dies antecedens cauſſa tandem radicitus euellatur, nec diuurnus quempiam terreat potus, ſed abominabilis aegritudinis laborioſa duratio. *Eſt* enim *huius morbi materia durae ceruicis ad decoquendum, grandis item corruptionis et proprietatis malae, quae in membris qualitatem expulſu difficilem imprimit;* Quas quidem ob rationes *de Morphea* capite 4^{i} 7ª potum ordinat AVICENNA, quem iubet annum totum aſſumi. Noſter igitur ſirupus hic eſt. ℞ Lupulorum, fumi terrae, bugloſſae, boraginis, ordei decorticati, glycyrizae abraſae, ſeminum communium frigidorum, endiuiae, violarum, acetoſae añ ℥. I. — florum camomillae, capillorum veneris, foliorum ſenae, paſſularum, celidoniae, pimpinellae, ſeminis caulis, lactucae, plantaginis añ ℨ II. citraoli, granorum ben, nigellae, accori, ſticados, florum ſiſami, ſambaci, zuferae, id eſt, leuiſtici ſucci, vitis amarae, ſolatri, bedarungi, id eſt, citrariae, pulueris terebentinae, ligni iuniperi, laccae ablutae, epithimi, polipodii añ ℨ I. Bulliant omnia in aquae libris quatuor iuxta rerum ſubſtantiam ad quartae partis con-

conſumptionem, deinde totum coletur. Quo facto, ſic componatur ſirupus. ℞ ſirupi de fumoterrae ℥ I. S. oxizacharae ℥ S. colaturae praedictae ℥ I. S. aquae diſtillationis limacium, brodii gallinae ſine ſale an̄ ℥. I. miſceantur cinamomi, bugloſſae, canforae. croci, malae proprietati obuiantium an̄ gr. II. Aromatizatus ſirupus calidus in aurora cum aloes lotae gr. II. ante immediate vna in pillula deglutitis potui tribuatur. Curat enim, ſi Deus voluerit. Vt autem plane tanti ſirupi vtilitas aperiatur, omnia eius ſimplicia, quid propoſito conferant, breuiſſime oſtendemus. Lupulus, quod et fumus terrae facit, MESVE atteſtante, opilationes aperit, et ab aduſtis humoribus, quoniam ſanguinem limpidum reddit et defecatum, factas aegritudines tollit, veluti lepra eſt, impetigo, ſerpigo, pruritus, ſcabies et huiusmodi; viſcera quoque confortat, inflammationi item et capitis dolori calido obuiat, hinc dicens exclamat: Quam parum vtuntur ea ſalubri medicina noſtri temporis medici! eos quaſi arguens de obmiſſionis peccato. Borago atque bugloſſa idem fere efficiunt, corque maxime roborant. Acetoſa vlceribus interioribus conferre ait SERAPIO, atque venenis reſiſtere DIASCORIDIS auctoritate; extrinſecus vero amota, immo ſuſpenſa, maculas ſimiles radicitus tolli, idem AVICENNA affirmat, immo vltima eſt ad balnei modum adminiſtrata. Ait quoque

quoque 4i *prima* Gentilis, humorum auferre feruorem, et malignae obſtare proprietati, quae etiam *ſecundo canonis*, Avicenna auctore, albaras et impetiginem delet; Violae, lactuca, endiuia, ordeum, liquiritia ſeminaque communia noſtrae intentioni deſeruiunt, et calidarum medicinarum temperant caliditatem. Paſſulae ſtomaco ſunt et hepati conferentes, potumque lenientem et grati ſaporis efficiunt. Camomilla membra mollit, atque cutis vapores absque attractione reſoluit, bibiturque ad tollenda viscerum apoſtemata, Avicenna 2° *canonis* atteſtante. Capillus veneris ſcrophulas ſoluit, alopitiam et fraudolenta vlcera tollit, hepatis paſſionibus obuiat et venenis, viscera item roborat, fluxum materiae ſiſtit, craſſamque materiam incidit, ſanguinemque mundificatione limpidum reddit, haec Diascoride, Serapione, Rasi, Galeno, Avicenna, Averroi Mesveque teſtantibus. Folia ſenae cholerae viſtae, et ex ea ortis obuiat morbis, ac membra regia purgat, Mesve, Rasi et Serapione auctoribus. Celidonia in potu, mirabolanis citrinis admixta, ſcabioſis ſua confert proprietate, vt Diascorides, et 4i 7a *de ſcabie capite* aſſerit Avicenna. Caulis lepram curat, vt 7° *de ſimplici medicina* ait Galenvs, etiam dolores ſedandi proprietatem habet, adiicit 2° *canonis* Avicenna, verſusque iuncturas dirigit medicinas, vt ſuo *de conſolatione* Mesves ſcribit. Pimpinella ma-

lignae obſtat proprietati, et viscerum vias aperit. Lactucae ſemen calorem extinguit, cohibet item fluxum, SERAPIONE auctore. Plantago plus omni medicina ad vlcera valet curanda, et potui propinata, quum *intus hae ſaepius puſtulae vlceroſae gignantur*, vnde et cutem petens eius delet affectiones, vt *ſecundo canonis* ſcribit ABOHALY, et ad ea prima, id eſt, potiſſima eſt, non vltima medicina, vt 6° *de ſimplici medicina* ſcribit GALENVS, cumque eo DIASCORIDES atque SERAPIO. Grana ben ſaphati, albaras, impetigini, ſcabiei, membrorum doloribus et cutis ſubuenit tabi, vt 6° *de ſimplici medicina* ſcribit GALENVS, SERAPIO, DIASCORIDES, AVICENNA MESVESque teſtantur, dolores et podagram tollunt melli mixta tribus diebus, vt MOSES ait ſuis in *aphorismis*. Nigella lepram corrigit et formicam, vt 7° *de ſimplici pharmacia* GALENVS, eiusque mundificatio vltima eſt, vt *de morphea* capite AVICENNA adducunt. Accori ſpleni conferunt, vt DIOSCORIDES ſcribit, et ad iuncturas medicinas transmittunt, vt ſuo *de conſolatione* MESVES ponit atque *colliget* ſuo AVERROIS. Sticados, vt ſuo *de ſimplicibus* MESVES, 2° *canonis* AVICENNA, *colliget* 5° AVERROIS, 3° ALMANSORIS RASIS et 7° *de ſimplici medicina* GALENVS teſtantur, humores attenuat, totius corporis habitum et omnia viscera roborat, doloribusque ipſum opitulatur. Siſamus cum acetoſo epotus eadem ſanat, ſecundum

dum vero quosdam in eo curatio vltima eſt, *de ſcabie* capite id AVICENNA ſe expertum teſtante, quod tamen in paucis Italiae locis viſum eſt. Sambaco, id eſt, gelſimino, ineſt admirabilis proprietas ad corruptum educendum humorem, *de morphea* capite eodem ſcribente, quod et de zufera, id eſt, leuiſtico, ſi cum vino ſumatur, affirmat. Vitis amarae ſuccus, cadus vnus quolibet die aſſumptus, albaras ſiccat, eamque extendi prohibet, teſte eodem. Bedaningi, id eſt, citraria, id etiam operatur. Citraoli *) in potum data omnes tollit cutis affectiones, vt ex eisdem habetur. Terebentina et eius oleum, item lignum iuniperi minutatim inciſum, cutis affectionibus, doloribus item intrinſecis et extrinſecis, lepraeque et vlceribus optime conferunt, vt MESVES, AVERROIS DIOSCORIDESque teſtantur. Lacca valida facit viscera, eorumque aperit opilationes, omnem reſoluit duritiem, haemorroidas et menſtrua mouet, impetiginem oriri prohibet, et factam ſubmouet, vt a SERAPIONE, 4^{i} 7^{a} ab AVICENNA, item AVERROI, MESVE quoque, *tertioque Almanſoris* a RASI accipitur. Epictimus atrae obuiat bili, DIOSCORIDE, SERAPIONE, AVICENNA MESVEque teſtantibus, qui etiam ait

K 2 eius

*) Legi etiam poteſt *Citraoh.* SART Legatur *citrulus* v. AVICENNA Lib. II. Tract. 2. c. 93. p. 198. ed. Baſil.

eius frequentem potum ſolemne aduerſus lepram remedium eſſe, nigris item vlceribus cancroque mederi, quartanamque effugare. Idem fere polipodium operatur, SERAPIONE MESVEque locis eisdem teſtantibus. Sirupus de fumo terrae quantum valeat, ſupra aperuimus. Oxizachara materiae qualitatibus et proprietati malignae obuiat vehementer, fluxum humorum coercens. Brodium vero gallinae leprae habetur mirabile, vt ſupra oſtenſum fuit a nobis. Cinnamomum, item et canfora crocusque, vigiliam capitis, item dolorem corruptionemque virus mundificantia facile pellunt et abſcindunt, vt ex omnibus adductis auctoribus plane conſtat, immo hepar et regia membra confirmant, quod et bolus facit armenus; quem cum vino limphato in peſte quadam, qui aſſumpſerunt, omnes incolumes facti ſunt, vt *9° de ſimplici medicina* ſcribit GALENVS. Aloe materiam fluere prohibet, fluxamque diſſoluit, humores et corpus a corruptione praeſeruans, ſtomacoque prae aliis, et vlceribus, praecipue pudendorum, prodeſt, vt *6° de ſimplici medicina* GALENVS eſt auctor. Tres ex eo compoſitae pillulae corpus conſeruant, et escas nequaquam corrumpunt, vt *2° canonis* AVICENNA adducit, ſanguinem quoque atrum euacuat atque corruptum, vt libro *de ſimplici medicina ad* PATERNIANVM ait GALENVS. Eius etiam ℥. I. cum aquae caſei ℥. III. ſingulis diebus mane epota cenſetur

admira-

admirabilis. Liberat enim ab antiqua ſcabie mala eius frequens vſus, et eius aureus vnus, aqua endiuiae ac feniculi parum infuſus, vt 7ª 4ⁱ *de ſcabie* capite ſcribit ABOHALY, tribus diebus eam euellit. Ipſa vero ſcabies mala, vt ibidem ipſe ait, ſaphati proxima, eiusque ſimilis eſt curatio. Ideo medicamenta vtrique communia eſſe poterunt, immo id, quod ipſe his verbis affirmat, eaedem morpheae confectiones albarasque ſaphati et impetigini apte conueniunt. Eſt enim omnium medicinarum moderatrix, aloe, interque ſublimiores reponitur. Debilia enim membra confirmat, ea propriis reddens virtutibus, ſuperfluitates eorum diſſoluens, et a putrefactione corpus, immo et cadauera ipſa praeſeruans; hepati tamen nocet, quod tamen leuiter aufertur, et qui diebus illam ſingulis ſumit, in corpore ſuo ſenſibusque aegritudinem non patietur, quae non facile euellatur. Haec plane a MESVE licet *) et 2° *canonis* AVICENNA, AVERROI, RASI, SERAPIONE, GALENO, DIOSCORIDE colliguntur. Haec de noſtri ſirupi examine, exemplo AVICENNAE 14ª 3ⁱ *de hepatis debilitate* capite, certam compoſitionem excutientis, locisque aliis plurimis ſint ſatis.

*) In Codice enim ſcriptum eſt ſʒ SART. Legendum eſt *ſcilicet*.

Tertia intentio.

Tertiam ea complent intentionem, quae diſpoſitam materiam, praecipue antecedentem, radicitus tollunt, dicente 2ª *aphoriſmorum* Hippocrate: *Ex plenitudine quaecumque aegritudines fiunt, euacuatio ſanat;* et quoniam cauſſa antecedens ſanguis eſt atque cholera, ideo duplici opus eſt inſtrumento, flebotomia ſcilicet et medicina. Fieri autem habet flebotomia, quum humores aequaliter aucti ſunt, item quum ipſe ſanguis quantitate nimius eſt, item qualitas eius mala, item quum a vicino corrupto humore, ne labefiat, timetur; quum item aliquis aliorum humorum ei tenaciter eſt admixtus, vt 180ª *differentia Conciliator* teſtatur. His quoque de cauſſis multis, quae huic inſunt morbo, flebotomia prius requiritur, quam medicina, cholerae eductiua, quum et vniuerſalis euacuatio minus vniuerſalem praecedere debet. Seruatis igitur vniuerſalibus, quae in euacuando iudicii rectitudinem monſtrant, particularibusque conditionibus, *primi* 4ª *capite* 2º etiamque *de flebotomia,* et 4ⁱ *prima* Avicenna, 3º *Tegni* Galeno, et ceteris medicinae ſuis in locis auctoribus annotatis, a flebotomia ſumatur audacter initium, pharmacum vero ſubinde ipſi cholerae commodum adducatur. Si igitur hic morbus incipiens augensque ſuperiora, vt caput, inuaſerit, ferro cephalica pertundatur; Quod ſi pectus infeſtet, oppoſita baſilica

ſilica ſeriatur, niſi aeger plecthoricus fuerit. Tunc enim in ſaphenis fiat flebotomia, praecipue in mulieribus, quibus et menſtrua prouocentur, viriſque haemorroides. Si autem inferiores occupat partes, ſuperiores venas incidere licet; Si autem vtraſque corporis extremitates inuaſerit, ex vtraque parte haurire ſanguinem decet, vt 7ª *quarti de Saphati* capite legitur ab AVICENNA. Si vero totius corporis cutem interioraque occuparit, e cunctis venis, praecipue hepatis vena, ſanguinem ducito, quoniam ad centrum a circumferentia materiam maxime reuocat vena haec. Temporis autem tractu ipſo ex latere aegrotante licet educere, vt inferius enodabimus. Conuenit autem diuerſio, quum morbi cura repercuſſiua opus eſt, quum vero cauſſae, ipſa in principio euacuatio ſatis eſt.

Sed non ab re dubitari poteſt, an ſcilicet poſt triduum temporisque protractum liceat per flebotomiam et pharmacum diuerſiones efficere. Videtur autem id licere; Nam diuerſionis cauſſa vomitum in artuum doloribus AVICENNA magnificat. Ad hoc nos dicimus licere diuerſiones fieri, quousque aliquid antecedentis cauſſae aut fouentis, quae fluere poſſit, in corpore inueniri putamus. Ex quo ſequitur, diuerſiones in augmento etiam fieri, quum et tunc materia defluat. Quum ergo cauſſa antecedens adfuerit, vt diximus, vel plecthoria, vel etiam ſuperfluitates ex cibis quotidie

ſumptis neceſſario genitae, praecipue quum eorum cauſſae attractiuae, cauma ſcilicet atque dolor, membro inſunt, diuerſione vtendum ducimus poſt quadraginta etiam dies. Quas ob cauſſas praedictum vomitum Avicenna iniungit, niſi quis dicat Avicennam velle illum medicinis electiuis non ratione ſolum diuerſionis, ſed vt cauſſa coniuncta, euacuetur.

Ex dictis apparet, medicinas in diuertendo humores alios a ſanguine, omni in morbo per communitatem facto commodiores eſſe flebotomia. Euacuant enim cauſſam antecedentem atque coniunctam, quae autem inuia eſt, diuertunt, quod flebotomia non facit, id eſt, cauſſam coniunctam euacuat, niſi ipſa modica ſit, vel parum diſtans ab aperta cute, niſique flebotomia copioſa ad ſyncopim tendat. Non enim tam debilitat medicina, ac flebotomia, quoniam malum eligit medicina, niſi ſuo veneno plus noceat, non emendata. Enemata etiam ex medicinis electiuis confecta, ex naturalibus maxime membris educunt, a ſuperioribusque diuertunt.

Ex dictis in hac quoque intentione apparet, Avicennam de cura heriſipilae erraſſe, quum ait, flebotomiam competere, quando materia inter duas fuerit cutes; at quum eſt profunda, nequaquam, quoniam contra potius faciendum eſt. Quum enim profunda materia eſt, flebotomia magis

gis requiritur, quia cauſſa antecedens euacuatur minus a ſanguine ſeparata, facta ſcilicet ex oppoſita parte diuerſione; Quum vero inter duas eſt cutes, quia magis eſt extra venas, praeſertim maiores, et a ſanguine ſeparata, morbo iam facto, minus ea tunc requiritur. Neque enim ad antecedentem, neque ad coniunctam cauſſam pertinere poteſt, niſi ea flebotomia perquam tenuis, pauco ente ſanguine mixto cholerae, et ex eodem latere adhibenda ſit. Ex dictis patet, GENTILEM in multis ſuis illis expoſitionibus perplexum eſſe, vltimae autem expoſitioni, quam ſumit ex DINO, oppoſitam eſſe veram, quae ita ſe habet, videlicet inter duas cutes, id eſt, in ſtatu et declinatione, profunda vero in principio. Quibus autem diuertendo euacuandoque ſanguinem ipſum auferimus, ea ſunt flebotomia, videlicet hirudines, cucurbitulae ceteraque hoc genus. Eſt enim flebotomia vniuerſalis euacuatio, qua, vt ait GORDONIVS, mirabilia medicus operatur, quod ſentiendum eſt, quum rite ac legitime adhibetur. *Aphoriſmorum* quoque *prima* ait in *commento* GALENVS, in acutiſſima febre, dolore maximo acutoque apoſtemate, virtute conſtante, maximum flebotomia ad ſyncopim remedium eſt, quod in compluribus, ait, experti ſumus. Nulla enim hac eſt melior medicina, quoniam ea corpus refrigeratur, venter ſoluitur ſudorque, et multi perfecte ſanantur, ſtante prae-

cipue ſanguinis neceſſitate, vel humoribus ei admixtis. Ad vltimas enim aegritudines vltimae curationes ad perfectionem potentes ſunt, vt *prima aphoriſmorum* ait HIPPOCRATES, et in *commento* GALENVS, quod intelligi oportet, natura per aliam viam non egerente. Si enim id perfecte natura operatur, ceſſandum eſt, dicente 2ª *aphoriſmorum* HIPPOCRATE: *Ea, quorum criſis fit*, et cetera ſilere oportet. Libro quoque *de flebotomia* GALENVS ait: *Eadem doloribus valde confert*, vbi etiam ait: *Morbi magnitudo de principalioribus flebotomiae intentionibus* eſt. At quum in Saphati ſaepius dolores maximi ſentiantur, ideo eis propria eſſe iudicabitur, et 4º *Almanſoris* ſcribit RASIS: *Maxime flebotomia indiget, qui a puſtulis poſſidetur.*

Ventoſae mirae item vtilitatis, flebotomiae vicariae, ab AVICENNA proprio capite appellantur, quae quum humeris, cruribus ac natibus apponuntur, a toto extrahunt corpore. Cornicula quoque ac dicendae ſanguiſugae cauſſam antecedentem euacuant et diuertunt oppoſitae parti applicitae, parti vero laeſae cauſſam coniunctam educunt, vt ex libro *de ventoſis* colligitur a GALENO, item ex AVICENNA *capite* 4º dicemus, et quod eius tenue eſt, ſugunt ocius; Hinc in corpore non purgato, ſanguinem craſſum habente, ab his perexigua eſt vtilitas. Poſitae et in cruribus ſanguinem abſtergunt,

gunt, menſtrua cient, foedae quoque conferunt ſcabiei, quae ad Saphati terminatur, vt 4[i] 7[a] *de ſcabie* capite AVICENNA teſtatur, renibus vero adiunctae coxisque pruritui, ſcabiei, bothor, apoſtematibus, elephantiaſi, conferunt, et podagris; *Septimo* etiam *Almanſoris* puſtulis, carbunculis atque repletioni ſubueniunt, ſuper nates vero menſtruorum ſanant corruptiones, corpusque alleuiant. Triplex enim ex eis, vt aiunt, ſcariphicatis vtilitas ducitur; prima ex certo membro euacuatio, 2ª cum hac ſpirituum conſeruatio et virtutis, *3ª* ſi ex principalibus debeat fieri euacuatio, non curamus. Locis igitur et temporibus debitis eo modo, quo diximus, applicentur. Sanguiſugae item diuina gratia admirabiles, cuilibet venae membroque applicari commodae ſunt, haemorroidibus praeſertim atque varicibus, malorum ſentinis, ad quae natura materias continuo prauas demittit, ſicuti faecem ad ſplenem, bilem ad fel, ad renes vrinam, quae membra eas ſuperfluitates ſua vi trahunt, ipſaeque ſua ruunt grauitate ea in membra. Id autem vtile eſt, quum inde praeſertim natura tentarit, quum ex eis ſcilicet aliquid fluit, aut ſaltem inflatae ſunt, naturaque debitae euacuationi non indulget; Nigra enim cholera, qualem morbus hic habet, plurimum ad ea loca deſcendit. Hirudines itaque eis locis appoſitae Saphati conferunt, vt *VIIº Almanſoris* notat RASIS, quoniam vt

tertia

tertia epidemiarum colligitur, haemorroidibus, le-
prae atque fagedenae, id eſt, vlceribus, vtiles
ſunt. Recte namque melencholicus humor natura-
lis etiam et aduſtus per inferiora evacuatur,
4^a *aphoriſmorum* HIPPOCRATE, et ſuorum 14^a RABI
MOYSE teſtantibus. Conferunt quidem omnibus
aegritudinibus, quae ex corrupto ſanguine fiunt,
ſicuti Saphati eſt, ceteraeque cutis affectiones, vt
quarti prima inquit ABOHALY, vbi etiam inquit
GENTILIS, ſanguinem corruptum aduſtumque haec
animalia ſugere, qualis in ano eſt. Nam ea in
aquis lutum acutum, coenoſum et faeculentum de-
ſugunt. Propterea eas AVICENNA *de Saphati* ca-
pite et impetigine laudat, quum ait: *Appoſitio
ſanguiſugarum eſt ex melioribus medicinis*, et quo-
niam natura tractu temporis ſecreto coenoſo ab eo,
quod naturae conſonum eſt, id natura continue
efficiente, donec talem materiam ipſa reperiet,
ideo podici poſt dies multos, ratione ſcilicet eua-
cuationis, ſi cauſſa coniuncta circa ſedem exſiſtat,
figantur; ratione vero diuerſionis, ſi laeſio eſt in
ſuperioribus membris, ibidem ponendae ſunt; ſi
vero in inferioribus ſit, e conuerſo fieri oportet:
Nocerent enim in principio materiam attrahendo
loco laeſo appoſitae, at ad antecedentem cauſſam
educendam tantiſper ſic ventoſae et flebotomia
repetantur, dum ipſa penitus euellatur, cuius rei
ſignum erit, vt ſupra diximus, quum dolores vlte-
rius

rius non auctu procedent, nec puſtulae multiplicabuntur, ſed potius minuentur, item quum ſanae egeſtiones exſtiterint, vt ex HIPPOCRATE eo *aphoriſmo, vbi fauces aegrotant, aut puſtulae naſcuntur in corpore*, plane colligitur, vt ſupra etiam docuimus. Sunt et haec remèdia mane aut veſperi adhibenda ante cibum per horam. Ideo recte ait capite *de ventoſis* ABOHALY: *Comedat aeger poſt eas, ſicut et poſt omnem euacuationem completam hora peracta, donec agitatio euacuationis deſierit, et virtus a labore quieuerit*, niſi cholericus homo fuerit: Tunc enim granata et ſuccus eorum cum zucharo, ſcariolae, atque cum aceto lactucae conueniunt, ac niſi per euacuationem vel per morbum virtus valde inclinata ſuccubuerit. Tunc enim multae qualitatis cibus debet offerri, ſicut accidentibus virtutem proſternentibus cibus illico dandus eſt.

Dicto de flebotomia, *ad medicinas* accedimus, dicente *primi 4ª* ABOHALY: Minutio eſt humoribus aequaliter auctis propria euacuatio; quae autem humoribus, qui in qualitate tantummodo et quantitate augentur et corrumpuntur praeter ſanguinem, alia euacuatio a minutione propria eſt: Euacuato igitur ſanguine malo, alio relicto, qui in cauſſa eſt, humore, cholera ſcilicet, ex illo quoque ſuborta ipſa, deinde reliquum cauſſae radicitus ſe-

mel

mel per validiſſimam medicinam tolli debet, ſi tanta non ſit materiae quantitas, vt eius euacuatione terreatur natura atque deficiat, vt, tota ſanie de apoſtemate magno educta, fieri ſolet, etiamſi ex ſe fuerit materia eadem ad expellendum parata. Quod ſi imparata rebus digerentibus, quae ſuperiori loco 2ª ſcripſimus intentione, mollienda erit. Si enim fuerit multa valde imparata ac intractabilis, ipſaque fuerit virtus debilis, tunc repetitae ſaepius minoratiuae vice eradicatiuae vnius habeantur. Haec namque non ſolum cauſſam antecedentem, et quod eius relictum eſt, ſed et coniunctam, niſi inuiscata et antiquitate valde infixa exſtiterit, extra ducunt, et quoniam trahunt ad centrum, atque inde materiam, quae ad ſuperficiem circumferentiamque fluere poteſt, educunt, fluentemque diuertunt, licet in podice morbus ſit, coacti tamen ad maiorem vtilitatem ſuſcipiendam in principio eam diuertentes euacuamus. Et quoniam materia procedente tempore continuo in infirmo corrumpitur, fit terreſtrior, magisque aduſta, nouaque quotidie huius generis *) augetur, ideo medicina continue magis propria corrupto ſanguini, cholerae item aduſtae faecique et non naturali melencholiae, ſanguinisque abſterſiua penitus eligenda eſt.

Prae-

*) In codice *greris.* SART.

Praeſertim vero ſolutiuo eſt opus, natura eius viam tentante, quoniam in inteſtinis rugitus ac frequens egerendi appetitus percipitur, ſitque medicina dirigenti ad membrum laeſum admixta, niſi totum affectum fuerit corpus; in antiquato autem morbo, vbi materia valde fixa ac conſerta ſub cauſſa coniuncta iam fuerit, quae potius per laeſam partem euacuanda eſt, vt capite 4° dicemus, non acris medicina vehementer euellens tribuenda eſt, ſed leniter materiam difficilem trahi oportet, PLATONE nos *in Timaeo* monente, diuturnum morbum non eſſe nimis moleſtis pharmacis irritandum, quoniam, quod ſanum ac vtile eſt, attrahit, priusquam, quod vitiatum eſt, loco dimoueatur, AVICENNA item *primi* 4ª nos ita monente, quum ait: *Quum materia vehementer fixa et penetrans fuerit, ſicut et ſanguini mixta valde, non poteſt ipſa ſemel vnica vice euacuari, vt in ſcitica et artetica longi temporis eſt, antiqua etiam ſcabie, cancro quoque veteribusque carbonibus.* Ex quo erraſſe illos apparet, qui hoc in tempore pharmaca quam potentiſſima tribuunt, octoque fere diebus vnica potione aegrum incolumem pollicentur. Quae iam mala conſuetudo non tantum ruſticis, ſed etiam ciuium plurimis perſuaſit, niſi validiſſimis pharmacis praecordia egerant, operam et impenſam perire, quum etiam materiam euacuationi aptiſſimam multa ac violenta egeſtione educere, fallax et inimicum naturae

turae ſit, ab eaque prorſus abſtineamus, niſi ab eadem materia maius detrimentum timeamus afferri, vt puta, quae multa furibunda viroſaque ſit. Valida autem exſiſtente virtute, vt in robuſtis eſt, a potenti medicina adeo timendum non eſt, vt ſuis in *aphorismis* DAMASCENVS aſſentit. Medicina itaque ad aegri virtutem et materiam accommodanda eſt: Satius enim eſt infra ſubſiſtere, quam exquiſitiſſime euacuare, vt AVICENNA *primi* 4ª et MESVES notant, quum natura ipſa poſſit reliquas materias extra ducere; Quam ſi fore validam ſuſpicemur, nihil praetermitti decet, quum ea, quae relinquuntur in morbis poſt criſim, ſubuerſiones facere conſueuerunt. Debet et medicina caput ſaepe aſpicere, quum multum materiae, quod euaporat, ad illud aſcenderit, inde quoque praeceps feratur ac defluat, idque etiam, quod ibidem affectum et genitum eſt. Aſpiciat ſplenem etiam eligens medicina, quoniam materias euacuatus ſaepe transmiſſas facile trahens ſanguinis faecem ſuſcipit. Procul autem amoueatur, quidquid ſolutiuam medicinam impedire poſſit, morbumque augere, ſed potius, quod adiuuare poſſit, vt lenitiuum eſt, admisceatur, vt inteſtina lenia reddantur, quum morbus hic ventris ſtipticitate fere cuilibet moleſtus ſit.

Ex quo apparet error ABOHALY *de variolis* capite, qui ficuum decoctionem ſolutiuo vſti corrup-

ruptique humores adiungit, quum vna ad centrum ducens morbum prohibeat, altera ad circumferentiam pellens illum augeat, quae ſibi inuicem pugnant operationes, quoniam, vt *primi* 4ª colligitur ab AVICENNA, medicinarum ventrem ſoluentium deterior eſt, quae ex medicinis multae diuerſitatis compoſita eſt, tempore ſcilicet, quo venter ſoluendus eſt, curatisque ne redeat morbus, materia in dies aliqua aggregata. Quartodecimo quoque die ſemel vncia vna caſſiae, cuique alui mora affuerit, vel diaſenae, aut pillulae propriae deuorentur, vt omnis materia iam commota ſuos ad fines feratur. Frequentius autem id fiat *vere* praeſertim atque *autumno*, quibus temporibus ſupra diximus *hunc morbum innaſci*. Medicinae igitur hae ſimplices ſunt, caſei aqua, quae pruritui, leprae, ſaphati ſimilibusque medetur, vt libro *diuiſionum* RASIS teſtatur, de qua ſecunda ſatis diximus, intentione, epithimum, polipodium, ſene, lupuli, fumusterrae, violae, caſſia, manna, tamarindi, mirobolani citrini indique, agaricus, item in proceſſu et aliae plures, quae omnes medicinae materias vſtas euacuant, et cutis affectiones euellunt, vt apud MESVEM ſuo *de appropriatis* legi poteſt. Colloquinta leprae, morpheae, elephantiaſi, capitis, iuncturarum et neruorum doloribus, praeſertim antiquis, opitulatur. Quod et de hermodactylis ſcribit MESVES. Euphorbium iuncturarum dolo-

ribus admirabile ſcribit Mesves. Capparis radix, vt *15ª 3ⁱ* colligitur ab Avicenna, ſaepe vrinam et egeſtionem ſanguinolentam malam educit, praecipue, ſi cum acetoſo bibatur, et cum ea epithimi ℥. VI. ſanguinem perſpicuum reddit. Balneum villae cum hoc, quod materiam digerit, etiam calorem extinguit, et proprietati repugnat, propriamque materiam auferens, balneum vero porrecte *), licet morbum ad tempus tollat, quum malam complexionem augeat morbum reuocaturam, conſulo, quamuis materiam educat, omittatur, niſi valde flegmaticum fuerit corpus, vel morbus iam antiquatus, cuius materia reſolutione frigida facta eſt. Id enim mali propter exiguam moram non efficiunt calidae medicinae. Poſſes tamen eo balneo tutius vti, ſi frigida inunctione hepatis calorem moderereris malamque ex eo balneo relictam complexionem, vt ſequenti docebimus intentione, amoueas.

Compoſitae medicinae hae ſunt, pillulae de fumo terrae, quas Avicenna *de ſcabie* capite laudat, pillulae inde ac de colloquinta Mesve, item pillulae de hermodactylis, item de helleboro, pillulae

*) Ital. *la porretta* ſ. *Porretanae aquae* magni nominis et vſus in Italia, teſte Baccio *De Thermis* L. V. p. 298. ed. Venet. Etiam Io. Baverivs de Imola (Conſil. de remed. lib. Arg. 1542.) hoc commendat banlneum Conſ. 36. 37. p. 158.

lulae quoque HALY, quas capite *de hell boro* ſcribit MESVES; Pillulae etiam de lapide lazuli; Pillulae item faetidae, quae, vt MESVES refert, lepram, morpheam, albaras doloresque omnes auferunt, ſed proprie ſenibus complexionis flegmaticae aegris conferunt, et in proceſſu. Pillulae item RASIS com^to. *Almanſoris* deſcriptae, quae non incedentes ſurgere faciunt; electuarium ſucciro *), MESVE et hamec diaprunis non ſolutiuum et diaſena, iera etiam diacolloquintidos, vt de pillulis faetidis diximus, confert. Eſt et ſalubris medicina, quam *de ſcabie* capite ſcribit ABOHALY. ℞ mirobolanorum citrinorum, epithimi, fumiterrae, polipodii, ſenae, abſinthii, ſeminis endiuiae cum aqua caſei, vltima, id eſt, potiſſima eſt. Eſt et huic morbo conferens medicina, quam ponit *ſecundo ad* GLAVCONEM GALENVS, a medicis peritis inuenta atque experta, catarticum quippe imperiale miro modo arteticorum truculentos furibundosque dolores permitigans, ad quos huius morbi dolores aliquando terminantur, ignitumque extinguit feruorem, et aluum illico ſoluit, facit etiam, vt a ſella ad locum priſtinum ſine adiutorio redeat aeger. ℞ hermodactylorum, draganti an̄ ℨ. II. cimini, zinziberis, coſtigare, id eſt, laureole mezereon an̄ ℨ. I.

 Doſis

*) Ita legimus vocem iſtam in codice, quum valde perplexe ſcripta ſit. SART. Leg. *de ſuccino.*

Doſis eſt cum vino albo ſolidus vnus. Eſt et Ivliani catarticum 2° *ad* Glavconem a Galeno adductum, e toto corpore eductiuum. ℞ rutae, origani an̄ ℥. i. mandragorae radicis, aneti, agarici, polipodii, epithimi, accori, aniſi an̄ ℥. S. ireos, ſpicae nardi, aſſari, reupontici, hyſſopi, folii coſti, amomi, hyperici, cimini an̄ ℥. ii. corognidii, id eſt, mezereonis, ſquillae interioris, ebuli corticis mediae ſambuci an̄ ℥. ii. S. latteridarum, id eſt, cataputiae, alipiados, id eſt, mezereonis an̄ ℥. i. tedae pinguis, aceti acris, an̄ ℥. iii. mellis lib. ſ. pars quarta, quo in loco eiusdem oximel adducit Galenvs valde conueniens.

Vomitus quoque per apropriata, praecipue ſi inde natura tentarit, eſt cauſſae antecedentis eductiuus, defluentis diuerſiuus, materiaeque ſub puſtulis et ſub dolenti membro ſitae extractiuus, licet per partem laeſam cauſſa coniuncta aptius educenda ſit. Si enim morbi curam non exigit, nec timeamus qualitatem relinqui, quam aeternam oſtendimus, non ſolum coniuncta materia, ſed et quae actu fluit, dimittenda eſt, dicente 14ª *aphoriſmorum* Mose, qui habet in exterioribus acutos humores, vomitu non vtatur, ne, quod extra eſt, intus trahatur. Eſt enim optima commodaque iuncturarum doloribus medicina, ad cauſſam praecipue antecedentem euacuandam, quam timemus coniunctam conuerſum

uerſum iri. Aegritudines enim, quibus vomitus commodior eſt, chronicae ſunt, veluti hydrops eſt, melencholia, epilepſia, ſciatica, podagra, lepra. Stomacum enim purgat vomitus, grauitatem capitis tollit, ſenſus reddit vigentes, appetitui conſternato, corporis laſſitudini, renum et veſſicae vlceribus, malo colori, asmati, paraliſi ac tremoribus confert, vlceribus item nigris magnis lepraeque perutile medicamentum eſt. Et cholerici maximum inde fructum percipiunt ac macilenti, quales ii plurimum ſunt, qui hanc aegritudinem patiuntur. His quidem omnibus confert vomitus, ſi rite ac legitime excitetur et prouocetur, nec tamen minutionem ſtatim, ſed triduo poſt ſequi debet. Haec 4[a] *primi* apud Avicennam leguntur. Simplicia autem cientia vomitum et compoſita breuitatis gratia linquimus, quum ex dictis a nobis, tum a doctoribus locis propriis facile haberi poſſint.

Corruptae digeſtioni licet hic ſecundum cauſſarum poſitum ordinem ſuperius de huius morbi eſſentia medicinas conuenientes ſcribere debeamus, illi tamen conferentia de membrorum regalium totiusque confortatione adducemus intentione. Splenem quoque alleuiare ſanguinis purgatorium, vt 17[a] *3*[i] ſcribit Abohaly, et libro *de tabe* Galenvs, quum praeſertim ruit in illum materia, maximum, vt ante diximus, remedium eſt; Si

vero in attrahendo ſanguinis faecem ex debilitata complexione impotens eſt, cum propriis roboretur. Si autem id euenit propter obſtructas vias, eae aperiantur; at ſi hepar faecem non pellit, debitis praeſidiis adiuuetur, ipſum vero ſplenem eliquat camedreos, tollitque viscerum obſtructiones, vt 8° *de ſimplici medicina* ait GALENVS; Quae item eupatorium operatur, vt MESVES ſcribit. Capparis quoque cortex ſcolopendriaque eidem propria ſunt, vt 15ª 3ⁱ AVICENNA adducit. Radix etiam lilii, accori ſquillaque commoda ſunt atque potentia vltima, eiusque praecipue oximel. Semini etiam portulacae ʒ. II. ſalicis quoque flori proprietas admirabilis ineſt, vt etiam cuscutae ſemini, epithimi etiam ʒ. v. cum aceti ʒ. I. S. ſaepius epoti educit, quod in ſplene eſt, eumque detumeſcere facit, capite *de ſcabie* AVICENNA auctore. At his omnibus cum aceto extrinſecus tutius vtimur, AVICENNA teſte, cum contrariis mollitiuis eadem reprimentes, AVICENNA item dicente: Res calidae ſpleni noxiae, quia exſiccant, materiam reſolui prohibent.

Enemata propria idem, quod vomitus, poſſunt efficere, materia praeſertim ſi declinarit ad inteſtina, ratione quidem euacuationis, ratione vero diuerſionis, quum materia ſuperiora petierit. Quoniam vero *Saphatici ſtiptici ſunt*, ideo lenitiua

enemata,

enemata, quae communia dicunt, quotidie recipiantur. Eſt enim enema, vt *primi* 4º ait Abohaly, in attrahendo ſuperfluitates a membris regiis nobile medicamentum. Praecipua enim enemata ſunt his, qui medicinas per os aſſumere abominantur, adminiſtranda ſunt autem temperatiori diei parte, ne aeſtuatio inde ſequatur nauſeaque. Suppoſitoria item ac ſuper vmbilico vnguenta his, qui ex eis debiliores fiunt, commoda ſunt. Ex quibus autem haec enemata componantur, ſtudio breuitatis omittimus; Sunt vero et haec omnibus fere notiſſima. Itaque euacuandi rationes totiens repetantur, quotiens neceſſitas exigit, vt ſupra diximus. Ex dictis intentione hac, quae maxime neceſſaria eſt, Celsvm libro ſuo *de medicina*, Plinivm quoque, virum copia rerum et aequo ſcribendi ſtylo admirabilem, libro 20. *naturalis hiſtoriae*, capite *de lichene*, non parum erraſſe apparet *in huiusmodi puſtularum curatione*, quum hanc et ſequentem omiſerint intentionem, *ſine quibus huiusmodi morbus eradicari non poteſt.* Ex quo etiam patet, ſecundum eorum varia ſcripta plurimi incedentes periclitari infirmos. Si enim caecus caeco ducatum praeſtet, ambo in foueam cadunt, vt diuina teſtatur veritas. Haec de cauſſae antecedentis abſciſſione, licet et coniunctae, extra intentionem ſatis ſint dicta.

Quarta intentio.

Ad quartam intentionem, cauſſa morbi abſciſſa, ea pertinent, quae ceteras cauſſas, vt complexio mala hepatis eſt et totius corporis calida ſiccaque (ac) proprietas, penitus amouent, licet 2ª intentione idem pro parte effecerimus. Vt tamen id tutius et facilius, praeſertim ſi adhuc materia continue imprimens digeſtiuisque obſiſtens penitus auulſa non fuerit, hac ſtatuimus intentione perficiendum. Hanc enim intentionem capite *de elephantiaſi* et huiusmodi morbis AVICENNA nos docet, *tertioque Tegni* GALENVS, quam ſi omiſiſſent, grauiter reprehendendi eſſent. Nam, vt ſupra diximus, cauſſa euacuata, iam facta complexio euellenda eſt; Alioqui morbi pars incurata relinqueretur, ex qua recidiua facile adueniret.

Ex quibus apparet, MESVEM ac recentiores errare, qui in cura catarri, paraliſis et ſimilium aegritudinum hanc quartam intentionem omittunt, ſine qua morbus curari non poteſt, quoniam, dum materiae portio educitur, alia generatur, vt in fluminis aqua contingit, quod ſi per breuia digeſtiua tollatur complexio, id ad tempus fiet, quoniam poſt recidiua timenda eſt. In quo et ARGELATA caecutiens deprehenditur pluribus locis, qui eam intentionem in omnibus fere apoſtematum curatio-

curationibus miſſam facit, cognosciturque amotam eſſe malam complexionem, quum longo tempore puſtulae ac dolores euanuiſſe apparent, quumque aeger ad corporis fere priſtinam habitudinem vireſque redierit.

Haec vero intentio doctrinae ordine, et decentis cauſſarum curationis hoc in loco conſtituenda eſt, licet morbo quoque curato expeditius adhibenda ſit. Haec enim intentio complexionem membrorum et malam proprietatem edocet immutare, calorem inſuper, qui corpus regit, *13° animalium* et *Mathematicae* 4° ARISTOTELE teſtante, in igneum verſum, materiamque digeſtionis, ſanitatis et vitae continue corrumpentem docet propriae naturae commode reſtituere, ne quamlibet digeſtionem huiusmodi inſtrumenta corrumpant, neue alias materias ſuperaggenerent, aut ablatum reuocent morbum, vt, quae relinquuntur in morbis, 2ª *aphoriſmorum* HIPPOCRATE atteſtante, efficere ſolent; Nam non ſecundum rationem alleuiatis non oportet credere, vt 2ª *aphoriſmorum* ipſemet ſcribit, ſed vt quamlibet digeſtionem perficiant, et materiam non aggenerent, corpus item propria in ſanitate conſeruent, contemperanda ſunt. Ex quo patet, quantae vtilitatis haec intentio ſit, quantumque peccarint, qui hanc inſignes auctores omiſerint. Hac enim intentione, quam

 forte

forte nullus huic morbo neceſſariam conſiderauit, omiſſa, cauſſa extitit, quod pauci ab hoc morbo incolumes euaſerint. *Quibusdam* enim *relicta per annos veſtigia, dolores et puſtulas acerbius reuocarunt.* Sed, vt *tertio Tegni* ait GALENVS, ſcire oportet, quantum ab eo, quod ſecundum naturam corpus calidius factum frigidiusue diſtat. Hoc enim ignorato, non poſſumus calefacientes aut infrigidantes congruum remedium inuenire, ceſſareque nescimus. Oportet enim malae complexioni conuenientes medicinas approximare, licet ſecundum aetatis, complexionis naturalis temporum et ſimilium primo capite adductorum varietatem eas oporteat immutare. Et quoniam complexio mala morbi cauſſa eſt, et in cute propter *aeris intemperiem etiam interiora immutantem*, propterque materiam ipſam calidam ac reſolutiuam *inunctionem in morbi declinatione* adhibitam, ideo ab exterioribus membris etiam abſcindenda erit propriis medicinis.

Ea autem ſunt frigida humidaque, item et aromatica, quae ſuperius ſecunda intentione adducta ſunt. Simplicia vero et compoſita huic loco vtilia 2ª intentione habentur; et quoniam extrinſecus immutantia, vt hepati ſpinaeque *applicata inunctio* *) *per poros viscera quoque alterant;* ideo etiam

*) Metuit vero PINCTOR c. 9. p. 98. vnguenta frigida, narcotica, reprimentia.

tiam extrinſecus admotis intentio haec perficitur. ed quoniam cuti admota remedia ſtatim immutant am, quod maxime poſt morbi curationem fieri de- et, ideo ſequenti capite eius curae rationem ſcri- emus. Haec poteſt intentio naturae, quae for- is valde in aegro cognoſcitur, relinqui, ſi etiam eger tot potionibus faſtiditur. Curans enim eſt irtus debita diaeta iniuncta, qua naturae relicta ntentione, quoniam, antequam extraneata iam nſtrumenta ad propriam redigantur naturam, con- inue licet eius malitia minuatur, quid materiae enerabitur, quintodecimo quoque die medicinam, uae materiam aggregatam educat, dari oportet, lonec complexionem amotam eſſe penitus cognoſ- atur. Alioqui *morbus*, *puſtulae* ſcilicet *et dolores*, rocul dubio aegrum repeterent, tempore praeci- ue adiuuante, vere ſcilicet et autumno.

Quinta intentio.

Quintam et vltimam intentionem ea perficiunt, quae manifeſta qualitate et vi aromatica membro- rum, praeſertim regalium, roborant digeſtionem. Ea enim membra praecipue hepar et ſtomacus ſunt, quorum complexionem malam ſiccam eſſe diximus. Qua facta roboratione, materia dolo- rum ac puſtularum noua penitus abſcindetur, mem- braque omnia debitum alimentum ſuſcipient. Ea

autem

autem ſunt modicum aromatici roſati, triferae ſaracenicae, MESVEque item et diamusci cum plurima cordiali mixtura ante cibum per horam aſſumptum, quae cum nimia caliditate ſiccitateque noxia ſint, contrariis alterantibus contemperanda ſunt. His quoque membris *ſuffimenta*, item *inunctiones* addantur, cibaria etiam facilis digeſtionis difficilisque corruptionis, vt ſecunda diximus intentione, propinentur, item electuaria inſtaurantia. Niſi enim digeſtio optime perficiatur, corpus non vegetabitur, ſed ipſe augebitur morbus, ſicque corrupta corripietur digeſtio, morbi cauſſa.

Haec de cauſſarum antecedentium abſciſſione membrorumque mittentium curatione. Nunc vero de morbi extirpatione et membrorum recipientium curatione agendum eſt. At quoniam, vt ex proſticis elici poteſt, *morbo abſciſſo, eius infixa qualitas recidiuae cauſſa difficulter eradicatur,* ideo curatis totam praedictam *curationem, vere incipiente ac deſinente autumno, per biennium iniungere vtile eſt*, aut ſi haec curandi ratio moleſta ſit, balneum villae *) tantum totiens per biennium repetendum hortamur, praemiſſa tamen corporis neceſſaria purgatione. Atque haec de cauſſarum morbi curatione. Nunc de morbi euulſione dicendum eſt.

Caput

*) Vid. eius hiſtoriam et vires ap. BACCIVM l. c. L. VI. p. 341.

Caput quartum et vltimum.

De morbi curatione.

Poſtquam de morbi huius cauſſis antecedentibus abſcindendis a nobis ſatis dictum eſt hoc loco, quum ſola ſaepe purgatoria non ſufficiant, vbi cutis habet corruptionem, *primo Memiri* auctore Galeno, de morbi eiusmodi et cauſſarum coniunctarum euulſione agendum eſt. Et quia varia accidentia hunc ſequuntur morbum, conuerticurque ipſe interdum ad alterius, vt ante diximus, aegritudinis genus, ideo et de his omnibus ſermo fiet a nobis. Et vt rem perſpicue ac diſtincte tractemus, ſeptem intentionibus caput hoc diuidetur.

Prima intentio ad morbi principium pertinet, 2ª ad augmentum, 3ª ad ſtatum, 4ª ad declinationem, 5ª membra roborat exteriora fluxumque intercipit, ſexta accidentia morbi tollit, VIIª eas diſpoſitiones, ad quas vertitur aegritudo, exterminat.

Prima intentio.

Primam intentionem principii eſſe dicimus, quod, vt ſuperius diximus, eſt, quum incipit materia fluere et cutem petere, quum ſcilicet *puſtulae minutae et paucae paruique dolores apparent,* non

non autem augeri, vt AVICENNA *2a pi* teſtatur Haec enim intentio medicinis repercuſſiuis pulſum facientibus conſtat, quibus coniuncta ſaepe etiam cauſſa regrediendo euacuatur, ex quo aeger vulgo curatus putatur. Haec quippe eſt apoſtemati cura, vt *primi 4a* AVICENNA, *3o* TEGNI et *Memir primo* tollitur a GALENO, praecipue in corporis aegri repletione, licet a cauſſa primitiua facto apoſtemati reſolutiua ſat ſit adhiberi, corpore tamen repleto non exſiſtente, vt ib dem AVICENNA affirmat. Eſt autem repercuſſiui proprietas frigiditatem in membro ponere, vt inſpiſſentur pori eius et eius membri frangatur caliditas attractiua, prohibeaturque, ne ad id materia currat, neue ibidem materiam eamdem recipiat, ſed vt ipſa redeat, vt *2o Canonis* et libro *de viribus cordis* ab AVICENNA, et a GALENO *3o Tegni* colligitur. Conſtat et haec intentio eis, quae transmittunt. Virtutis enim vnitae non eſt recipere, ſed fugare contrarium vt libro ſuo *de conſolatione* aſſerit MESVES. Conſtat haec quoque intentio trahentibus ad diuerſum quam intentionem ex his conſtantem *recurſum* appellat GALENVS. Recurſum enim triplici ratione fieri decet, vt colligitur a GALENO *tertio Tegni* prima ratione frigidis impellendo, altera ſtipticis transmittendo, quae non ita, ſicut frigida naturae inimica exſiſtunt, quod et *primo Memiri* ſcribit et *4a primi* AVICENNA mirtos adducens, tertia diuerſi-

uerſiuis trahendo, vt, quod in facie eſt, per aduerſam flebotomiam, vt ait ibidem HALY, ac per ceteras euacuationes 3° capite dictas. *Poteſt,* inquit GALENVS, *recurſus fieri duobus modis aut tribus ex his, prout ſcilicet neceſſitas poſtularit.* Idem etiam 4° ait *de regimine ſanitatis: Trahunt intus repercuſſiua, ſolutiua, triſtitia, timor, balneum vero, aeſtus, ira, fricatio, gaudium, extra ducunt.*

Ex quo patet, eos errare, qui in apoſtematum omnium principio balneo et fomento vtuntur, praeſertim tibialium, ad quae vltro ipſe ſeſe humor declinat. Eos modos *primi 4ª* a GALENO praedictis locis colligens AVICENNA ſic inquit: *Ea, quae euacuantur et fluunt, inhibentur, ne fluant, aut intus aſſumptis diuertentibus euacuantibusque*, de quibus ſuperius diximus, aut ab extra detinentur attractione ad partem contrariam emplaſtris veſſicatoriis, aut medicinis repercuſſiuis infrigidantibus, aut viſcoſis, aut ſtipticis, aut vſtulationis ac religaculis. Idem ibidem ait: *Si apoſtemata, quae ſunt propter cauſſas primas aut antecedentes, cum repletione vicina regiis membris non fuerint, nullo modo, niſi cura coacta aliquid ex reſoluentibus eſt eis in principio applicandum. Immo ea membra, ſcilicet recipientia, melioranda ſunt, ſiue membrum mittens ſingulare fuerit, ſiue corpus totum, quatenus ad ea perueniat, quidquid refraenat, et ad diuerſam trahit, pellit, et ſtipti-*

ſtipticum, VGONE ſic exponente, *facit*. Ex quibus AVICENNAE verbis errare *Conciliatorem* apparet *differentia* 176a dicentem: *Apoſtematum vniuerſalium totum corpus occupantium, vt variolae ſunt et morbilli, ſcabies aliaque bothoralia, non eſt repercuſſio.* Ait enim, quoniam non eſt locus, ſicut apoſtemati ſingulari, ad quem fiat materiae tantae depulſio. Id enim falſum eſt, immo iuxta centrum interiores ſunt venae continentiae capaciſſimae grandiorisque, in circumferentia vero capillares ac quam minimae. Alioqui AVICENNA ſtulte dixiſſet, *ſiue ſingulare fuerit, ſiue totum*, et nos non ſolum *in morbi principio*, ſed *in iam facto eiusque declinatione, immo et antiquato vidimus in multis materiam recurriſſe.* Iam igitur viſcera recepiſſe, eosque aegros penitus incolumes euaſiſſe. Ego vero libenter ab eo quaeram, ſi apoſtemata magna, vt puta duo in principio repercutiantur, num illorum materiam viſcera recipere apta ſunt, affirmaturum putamus, quum humorum miram quantitatem ex aegrorum ſaepe viſceribus eduxerimus. Quanto ergo facilius recipietur *trecentarum* puta *puſtularum materia diſperſarum*, quum minorem eſſe contingat, quam vnius apoſtematis magni. Variolas autem a doctoribus et morbilos ob cauſſam inferius aſſignandam non docemur repellere; neque etiam ſcabiem et huiusmodi bothoralia, quoniam plurimum dedecoratio ſunt, vel vitio quartae digeſtionis per con-

congeſtionem adducta, licet etiam per defluxum interdum adueniant. Ex his quoque ſuper *Tegni* 3º Trvsiani error apparet, dicentis, incipiendum eſſe ab his, quae lenius reſoluunt, et fluxa faciunt apoſtemata. His enim ea potius augentur atque dolores. Quo etiam errore deprehenditur Celsvs in puſtularum quibusdam capitulis, qui aquam calidam, quae trahendo auget, et chauterium praecipit. Error et Avicennae apparet de morphea capite, quum ait: *Medicinae albaras ſint vehementis abſterſionis, ſanguinem fortiter extrahentes, et membri complexionem malam augentes vlcerantesque, et ad ſuperficiem perducentes, atque ita morbum valide exaugentes.* Eodem errore de Saphati capite teneri apparet, quum ait: *Sanguinetur in ſicca cum ſale et aceto, valida item fricatione, balneo quoque frequenti et membri euaporatione cum aqua calida in die ſaepe.* Haec autem trahunt ad cutem morbumque adaugent. In humida quoque curanda Saphati idem decipitur, quum prius debeat apoſtema curari, ſine quo vlcus curari non poteſt, vt *p*ⁱ 4ª *capite vltimo* et 4ⁱ *p*ª Avicenna adducit. Huius tamen contrarium capite *de impetigine* praecipit, quum inquit: *Saphati humidae cucumis confert, pſilii mucilago, portulacae aqua et gumi prunorum.* Error de impetigine capite eius apparet: Calida namque adhibet, vt pineum gummi, amaras amigdalas, ſinapim, aquam ſulphuream, inchoante

M vero

vero impetigine, *aquae calidae* praecipit effuſionem, quae ad ſuperficiem potius materiam educunt, ipſamque *augent labem*, monetque ſubinde, quod oleo violato fricetur et aqua ordei, quae eam tollit. Atqui medicina haec eſt ſuperiori contraria, ſcilicet conuerſiua ad centrum, quin et pugnantia ſibi praecipit, fricationem vna cum frigidis. Simili errore eumdem implicari apparet *pi* 4ª de *apoſtematum curatione*, quum ait: *Ex apoſtematibus praeterea ſunt vlceroſa, ſicut formica eſt infrigidanda veluti flegmon, non autem mollificanda, licet ſit apoſtematis cura, quoniam accidens cauſſam ſuperauit, et vlceris medicina exſiccatio eſt.* Mollificatio autem contraria magis res eſt, ſed rationem nequaquam adducit, quare accidens cauſſam ſuperarit, et ſi vlceris curatione, quae exſiccantibus fit, vt ipſe ait, eſt opus, quare frigida affert vlceribus inimica, vt *aphoriſmorum* 5ª HIPPOCRATES monuit? Quod et nos facere repercuſſiuis videmur, non facimus autem, quoniam *Saphati in initio vlceroſum non eſt.* Eius et de variolis capite error apparet, quum praecipit aquam potui exhiberi pannisque obuolui, vt omnis materia exeat, quod tamen auget morbum. Sed pro AVICENNA et CELSO dici poteſt, morpheam, impetiginem, Saphati et ſimiles puſtulas duplicis habere poſſe morbi rationem, aut largo modo accepti, quia ſola dedecoratio ſunt; operationes autem nihil aut modice laedens, ſiue con-

geſtione

geſtione fiat, ſiue defluxu, vbi, ſi qua eſt plectoria, vel cauſſae curantes nos, morbo autem nequaquam intendimus, donec nihil plectoriae vel antecedentis fluxurae cauſſae relinquatur. Sin vero vnica fit euacuatione, ad declinationem fluxus iam peruenimus, ſola cauſſa remanente coniuncta, licet ob temporis breuitatem in principio rem eſſe appareat. Ideo hoc in caſu temporeque per eamdem partem euacuamus; Materia namque per viam propinquiorem educenda eſt, propterea, quod naturam minus fatiget, tutiusque materia inde trahatur, praecipue ſi ſint quartae digeſtionis vitio puſtulae, item quum *in initio cutis ex contagione aeris*, *aut dormitionis*, *ſiue nouaculae infecta ſit*, item ſi exigua reſtet cauſſa antecedens, aut repletio, quae illuc repat, repercuſſiua, tunc intro qualitatem afficientem adigerent, atque hoc modo Avicenna intellectus curas allatas inſtituit, euacuationes etiam cauſſae, quae eſt, vel quae fieri poteſt, docens, quae fouere poſſet morbum vel augere, poſtea autem reſoluere. Accipit enim eas diſpoſitiones, vt dedecorationes, cum *Fen* decorationis de eis ſcribat, quia tales diſpoſitiones vt plurimum dedecorationes habendae ſunt *). — — Vel hae puſtulae, congeſtione natae, vel fluxu operationes euidenter,

 licet

*) Heic in codice relicta eſt lacuna quinque vel ſex ſyllabarum. Sart.

licet modice, auferentes, morbus ſunt, vbi ſimiliter et cauſſa, non autem morbo, niſi et plectoria, vel cauſſa euacuata intendimus, praecipue ſi a cauſſa tunc primitiua vel via congeſtionis in cute ipſae exſiſtant, vel tota iam ſit ſub cauſſa coniuncta materia, ipſaque ſit valde maligna et in membro ignobili. Si vero non ſine indutiis expectari non poteſt, quia quam *moleſtiſſimus ſunt ipſae puſtulae morbus* *), eius cura in principio repercuſſio eſt, veluti omnium apoſtematum. At hoc modo nos accipientes apoſtematis curationis genus, primum decernimus huic morbo conueniens eſſe. Quod ſi ita contra nos dicatur, non videtur eas affectiones pro dedecoratione AVICENNAM aſſumere, neque vitio quartae digeſtionis morbum eſſe apud eum, quum in eis flebotomiam pro cauſſa antecedente et medicinam praecipiat, reſpondemus, quod, etſi via fiant defluxus illae affectiones, nec vitio tantum quartae digeſtionis, humoresque euacuat AVICENNA, non ſequi eas dedecorationes non eſſe, quoniam euacuat humores, quibus iam communicata eſt, vel communicari timetur cuti affixa qualitas vitio quartae digeſtionis, vel certa cauſſa primitiua, qui antecedens cauſſa, tandemque coniuncta fieri poſſent. Quod etiam facile fieret ad cutem

*) Hinc earum exitum citandum ſuadet PINCTOR c. 13. p. 105.

cutem reſoluentibus trahentibusque. Si vero inſtatur, ſi ea pro dedecoratione ipſe accipiat Avicenna, eas auferre, non autem augere debet praedictas diſpoſitiones, quod fit per adductam ab eo ſanguinationem atque attractionem, dicimus illum eſſe auferendi modum, eſſeque pro paruo tempore tractum auctumque. Recte ideo illud fit, quia carni immerſa extra ad ſuperficiem trahitur, ac modis, quos Avicenna ponit, annihilatur. Si quis item obiiciat in principio apoſtematis exſiccatiua remedia adhibet Avicenna, atque haec vlceris cura eſt Saphatique, vt ex definitione eius habetur, non fit vlcus, praeterquam in proceſſu, ideo errare ipſum videtur, dicimus, Avicennam ea ratione reſolutionis adhibere, quia etiam exſiccatiua reſoluunt.

Ad id vero, quod de formica adductum eſt, dicimus, eam ratione complexionis et materiae calidae ab Avicenna curari; at contra exſiccatio huic rei contraria eſt, ſed dicitur eam ratione vlceratae formicae approximare. Ad id autem, quod de variolis dicitur et morbillis, reſpondemus, periculoſiori Avicennam intendere, qualis febris eſt, morbique allati, quia ipſius naturae ſunt criſes, teſte Averroi, eorum quoque materia venenoſa, vt Avicenna eſt auctor, timeturque ex repercuſſione; ſuffocatio item et nocu-

 mentum

mentum maius peracutae et venoſae ſcilicet febris auctus ad mortem, ideo non debent ab exitu prohiberi, ſed et AVICENNA, qui videtur et iterato errare, huic ipſe loco contrarius eſt, dum ait: *Oportet, quod cibatio cum repercuſſiuis ſit, extinctiuis ſanguinisque incraſſatiuis.* Quod ſi aegritudo biduum pertranſeat, tunc fortaſſe retentione materiae infrigidatio noxia eſt. Fiat ergo pororum apertio, flebotomia vero dimittatur, ſanguisque incraſſetur, quae tamen debitae curae contraria eſſe apparent. Nam ebullitionem perfectiuam, quae potius iuuari, non impediri debet, fluxumque materiae ad exteriora et variolarum exitum auferunt. At ſi contra nos quis obiiciat, eſt ebullitio perfectiua in Saphati, ergo repercuſſio adhiberi non debet, ſed reſolutio, ad quod dicimus, primo conſequentia non valere, 2° non eſſe in Saphati perfectiuam ebullitionem, ſed corruptiuam, 3° repercuſſionem Saphati eſſe conuenientem, quia eius materia craſſa quum ſit, quam interiora autem magis laedit in viis artis venularum capillarium ſubſiſtens parietesque vndique tangens, vbi et virtus debilis eſt. Quod non facit in magnis, quae latae ſunt, virtusque in eis validior.

Quod ſi rurſus eumdem AVICENNAM aberrare quis dicat, atque ſuis in verbis perplexum eſſe, quum aliquando apoſtemata etiam parua, vt apo-

ſtemata,

ſtemata, curet, quandoque vt a certa materia, quandoque vt tali aegritudini iuncta ſunt, vel accidenti, vt vlceri et febri variolae, quandoque vt defluxu, quandoque vt congeſtione adducta ſunt; nullo autem in loco vniuerſali, aut particulari capite, hanc docet vno canone, ne quis erret curae varietatem. Quomodo ergo id prooemii verum eſt, quod et tu ſupra exponis, minimum, quod medico neceſſarium eſt, continet. Dicimus, haec omnia membra partim vniverſali, partim particulari capite ipſum tractare, et ſic id prooemii verum eſſe, vt ſupra expoſuimus. Nec vno canone eam curae varietatem docuit AVICENNA, quum ob tam breue vitae ſpatium tam multiplex et prolixum opus perfecta retractare non potuerit excuſſione, cuius partem practicam, vt ſupra diximus, initians MESVES, niſi praematura mors inuidiſſet, diligentiſſime ac vtiliter perfeciſſet. Sed multa *pi* *4a* ab AVICENNA adducta etiam a GENTILI *differentiaque 176a* a *Conciliatore* recurſum in principio et veram apoſtematis curam, per accidens tamen, vt ibidem innuit AVICENNA, quod et *Conciliator* declarat, fieri prohibent, niſi trahat morbus curam ad ſe. Ea vero ſunt plectoria repletioque, donec ipſa euacuetur, item materia cretice pulſa, vt variolarum eſt, niſi ob id natura non naturaliter operetur, item morbus paullatim congeſtione natus, qui et ſola declaratio eſt, licet et defluxu ſit factus, item quum

 nouae

nouae fluxus materiae non timetur, ſed tota ad terminum, ad quem iam fluxa eſt cauſſa, ac ſub cauſſa coniuncta exſiſtit, praeſertim ſi ignobile membro recepta fuerit, item materia, quae craſſa eſt, frigida et viscoſa, vt *tertio Tegni* adducitur a GALENO. In materia enim frigida magis ſoliciti ſumus de reſolutione, minus autem de repercuſſione, e conuerſo vero in calida, in materia autem melencholica mollificationem magis diligimus, quam reſolutionem, e conuerſo vero in flegmatica, item materia, quae venenoſa eſt, quae ad principale quum pellitur, redit; apoſtema item in emunctorio, niſi, vt VGO ait, ex dolore, quae principali debetur membro, trahatur humorum et ſpirituum quantitas, ceteraque cauſſae curam petentia ſupra capite 3° in initio a nobis adducta. Tunc, vt 4ª *primi* ait ABOHALI, erit in nullo apponendum, quod refraenet, licet ſit vera apoſtematis cura, quoniam volumus, quod membro principali eſt melius, vt ſcilicet cadat malitia in ignobile, quum principali collaturum ſit, ita, vt ſtudium impendamus in attrahendo materiam ad ignobile membrum, facereque debemus, vt ipſum apoſtemetur, ſi non cum alio, cum ventoſis et attractiuis atque acutis emplaſtris, vt plus commodi conſequantur, maiusque periculum euitemus.

Ex

Ex quibus patet eorum magni momenti error, qui ſcilicet *hoc in morbo* et quolibet aegro *ſolis emunctoriis* praecipiunt *repercuſſiua apponi*, error quoque Abohali huius ſui documenti obliti, qui 3ª 4ⁱ *capitulo altohin*, quod in emunctoriis venenoſum eſt apoſtema, in principio refraenantia iubet adhiberi, vt verba remediaque adducta declarant. Error quoque Gentilis eum locum interpretantis, qui Avicennam velle ait poni ea remedia in apoſtematis circuitu, ne corruptio vlterius ſerpat. Bonum eſt enim venenoſam materiam ad exteriora membra effundi, intus autem non detineri. Quanto enim in peſte puſtulae plures extra apparent, tanto minus periculi eſt; at ſi vna dumtaxat, plerumque aegroti ſalus perdita eſt. Apparet et error Abohaly *de alopitia* capite, qui ait: *Sit confortatio in medicinis, et prohibitio, vt non ſuſcipiat cutis malignam materiam. Id enim ad cerebrum pellit.* Quod etiam *de ſubet* *) capite videtur praecipere fronti frigida applicando, quae exeuntes vapores remittunt ad cerebrum; ex quo ſubet magnopere augetur. Item *de carabito* 4ª etiam pⁱ ſtomaco et hepati repercuſſiua praecipiens caº *de apoſtematibus*. Eodem errore et Mesves *de pleureſi* capite repercuſſiua praecipiens detinetur.

 At

*) Niſi legendum ſit *de ſuber*. Sart. Leg. *de ſubet.*

At ſi quis inſtet ſuperius eſſe dictum licere tranſitum fieri per principale, reſpondetur id verum eſſe, ſed non pulſionem in principale, vt hoc ſit loco, niſi maius nocumentum euitandum ſit. Hic autem augetur, quum hae aegritudines augeantur. Eorum quoque iam error apparet, qui in omnibus huius morbi non ſolum declinantis, ſed antiquati materiam repercutiunt, quae quum non ſolum praeter eius tenuiſſimam partem groſſa ſit et terreſtris, ſed horribilior atque malignior facta, infixa, inhabilis ad recurrendum efficitur, quum venas repetere debeat pars ſubtilis repercuſſiuo medicamento, quod validum ſit oportet, natura ob id patiente, quod autem craſſum eſt, in carne remanet inuiscatum, hinc et corruptio augetur atque corroſio, dicente *4ⁱ 3ª* Avicenna de flegmonis capite: Adminiſtratio eorum, quae fortiter repercutiunt in principio, et quae fortiter reſoluunt in fine, mala eſt. Primum corruptionem adducit, dolorem ſecundum, quanto magis in hoc iam antiquato, vbi materia non benigna, ſed maligna exſiſtit. Ex hoc enim vel aeger moritur, vel in morbum relabitur, vel totius complexione corrupta ſemimortuus viuit. Repercuſſione enim hoc ipſo in morbo, vt in multis, quia ſaepius cutem occupat vniuerſam, membra ignobilia defenduntur, et nobilia afficiuntur, corpusque totum ab eis rectum, timeturque ex ea caloris extinctio, vel

ſubita

ſubita ſuffocatio, quum praecipue materia multa fuerit, aegerque natura vel morbo iam debilis, *guttureque* praeſertim *maxime laeſo*, *deglutitioneque impedita*, ceterisque ante adductis, quae cauſſae curam poſtulant. Eſt enim ſaepe repulſio virtutis euacuationi et operationi oppoſita, omnis autem talis, vt libro ait MESVES *de conſolatione medicinarum*, cui accidit ab eo, a quo regulata eſt, diuerſio infelix eſt. *Vnde enim natura repit, inde ducere oportet*, ait HIPPOCRATES. Quinque enim in euacuatione conſideranda, *p^i 4^a* ponens AVICENNA ait: Cognoſcas declinationem humoris; Nam ſi nauſea adeſt, vomitu fiat euacuatio; item membrum egreſſionis, vt ex hepate humores trahens, baſilicam dextram pertundat, ſitque membrum egreſſionis ignobilius eo, a quo fit euacuatio, ne ad nobilius humor declinet. Eſt igitur repercuſſio omni in morbo periculoſa. Ait enim *tertii XXII^a* ABOHALY: Multotiens quidem fit doloris juncturarum curatio, confortatio et ab eis materierum expulſio, ad perniciem cauſſa, quoniam perueniunt ſuperfluitates ad principalia membra, faciuntque cadere in timorem, ſaltemque eadem membra visceraque his laeduntur, ac grauius materia ſaepe facta maligniori.

Sane autem, ſicut in omni morbo, ita in omnium apoſtematum vniuerſalibus particularibus-

que

que generibus cura cauſſae plurimum eſt ſalubrior, quum plurimum minori cum nocumento futura ſit. Si vero quandoque maius nocumentum vitari cognoſcimus, cogitque neceſſitas, vt hoc in morbo, cruciatus immenſos, formae deturpationem, membrorum etiam interiorum temporis diuturnitate communicatam corruptionem, morbi aeternitatem, et cetera, quae morbi curationem trahunt, ſuperius ante dicta in curae principio, item et in proſticis, quae nocumenta ſaepe maiora vidimus, quam ea, quae hac in labe viſceribus repercuſſio intulit, ipſa absque dubio tutius eligenda eſt, quam permittere materiam e centro omnia membra petentem rodere, ſicut ſponte ſua natura quandoque facit loco ſuperiori, Avicenna teſtante, et omni morbi tempore, non in principio tantum. Confidimus enim hac in neceſſitate virtutem praeſertim internam et in morbi initio validam, cui nihil eſt impoſſibile, vt *prima aphoriſmorum* exponit Galenvs, quoniam trahit per oſſa humores, et vias occultas repulſam materiam extra ducturam eſſe, antequam viſcera tranſitu materia ipſa afficiat, praeſertimque medicina eductiua, vt ſupra diximus inferiusque dicemus, natura adiuta.

At ſi dicitur, curae coactae nocumentum minus eſt, quam regularis certo in caſu, ergo cura

coacta

coacta magis regularis dicetur, ad quod dicimus non nocumentum maius quandoque ſequi ex cura coacta, quam regulari, licet ad regularem ipſam maius ſequatur, quam ad coactam; antecedens ergo eſt falſum, certa cura coacta eſt nocumenti minoris, quam regularis, ad quam maius ſequitur.

Hi autem canones pro repercuſſione notari debent. Primus canon eſt, quod repercuſſiua ea accipiantur, quae et dolorem tollunt, qui materiam trahit fortiter, vt cortex papaueris eſt, et in materia parum calida ſtiptica miſceantur, ne congeletur. Secundus eſt, quod venenoſis regia membra non inungantur, quoniam totum *) corpus debile redditur, ſine qua cura omnis eſt impoſſibilis, *pi 4a* dicente ABOHALY: Super principalia membra aliquid cum fortibus medicinis non faciemus, in quo ſit ambigendum, quanto magis nos potuerimus, ne nocumentum toti corpori inferamus commune, immo, inquit ipſe, debet ſibi cauere, ne membris acuti ſenſus ac neruoſis malarum qualitatum praebeat medicinas, quarum tres ſunt ſpecies, valide ſcilicet reſoluentes, vehementer infrigidantes et contrarias corpori qualitates habentes, ſicut ceruſa eſt, flos aeris et calcechuminon, id eſt,

vitrio-

*) In codice tamen legitur, *totus corpus debilis.* SART.

vitriolum ſiue aduſtum aes, maximeque ea inquit eſſe amouenda *vnguenta, in quibus viuum argentum immittitur*, a ſtomaco ſcilicet atque regiis omnibus membris, *de ſcabie* capite.

Ex quo patet, omnes fere errare, qui vulgatis iam vnguentis omnia membra inungunt, in quibus venenoſa et huiusmodi ingrediuntur. Ex quo vlterius patet, *duas* ſaltem *requiri inunctiones repercuſſiuas*, *vnam* ſcilicet *regiis membris, ſtomaco ſpinaeque admouendam* *), quae careat a nobis ſupra prohibitis, membrorum vero roborantibus, vt ſtiptica et aromata ſunt, ei admixtis, quae, vt *primi* 4ª *de apoſtematum* capite AVICENNA teſtatur, virtutem diſſolui prohibent, *alteram reliquo corpori applicandam*, craſſoque modo omnes corpori applicentur, quoniam diutius agunt ac validius. Quoniam autem, vt capite primo expoſuimus, dolorum materia craſſior eſt ea, quam *puſtularum* ſit *inunctio in his, qui dolores tantummodo patiuntur*, acrius repercutiens, quam *in habentibus ſolummodo puſtulas* **).

Ex quo ſequitur, *in vtrumque habentibus mediam requiri inunctionem*, id eſt, ex prima alteraque con-

*) Similiter PINCTOR. c. 15. p. 107. et c. 17. p. 108.

**) Commune adhibendum ſuadet PINCTOR. c. 17. p. 110. Siue puſtulae adſint, ſiue dolores.

confectam, licet et complexionis, et humorum, et aetatum, et temporum varietate ſint ipſae in fortitudine debilitateque variandae, ſuntque et cum aceto conficiendae. Ipſum enim repercutit, dat penetrationem medicinis, incidit atque reſoluit, vt ex AVICENNA *3ii prima* colligitur, qui et *2o canonis* capite proprio ait, apoſtemata prohibet, ambulatiuis vlceribus confert, impetigini, ſcabiei et ignis aduſtioni, citius omni re, huncque canonem AVICENNA obſeruat in huiusmodi affectionibus, inunctiones repercuſſiuas, immo et reſoluentes cum aceto componens, vt de igne perſico, de lepra, de morphea, de ſcabie, de impetigine, de malo mortuo, de verrucis, de deſudationibus, de Saphati capitibus, et in areolis fere ſemper 2° canonis decorationis, et bothor. *Miſcere quoque oportet porci aſſungiam* etiam reſolutiuis cum medicinis, vt infra dicemus, ne, hac reſiſtente, quod craſſum eſt, congeletur a repercutiente vnguento, neque a reſoluente, quod tenue eſt, tantummodo reſoluatur. Hircina vero adeps magis conueniens eſt, at quia valde reſoluit, caprina ideo omnium conuenientiſſima eſt. Vtraque enim frigida et ſtiptica eſt, vt doctores affirmant. Totum vero corpus eſt inungendum, aegro faſcia inuoluto in lecto ita cooperto leuiter, vt potius rigeat, quam calore exaeſtuet, mane ac veſperi, diebus ſeptem continuis, hocque faciendum eſt pro viribus,

bus, luna iam decreſcente. Aucta namque auget materiam, ad ſuperficiem circumferentiamque e centro labens, ſicut in cranio cerebrum. Quoniam autem in pluribus repercuſſa materia, licet pauca, in bene purgatis multa *fertur ad guttur* *), *ex quo alcola ori innaſcitur deglutitioque impeditur*, quod virtutis proſtrandae cauſſa eſt, ideo per triduum, dum fit purgatio, ante repercuſſionem fiat ſaepe in die cum ſtipticis et confortatiuis repercutiens gargariſma, ne recipiat guttur eam materiam, ſed repellat. Item omni veſperi repercuſſionis caſſiae ʒ. I. aut ℥. S. per horam ante caenam dieque poſt repercuſſionem, quae octaua eſt, *validum pharmacum tribuatur*, *ne materia gutturi*, neque regiis membris *infigatur*, ſed tota, quae repercuſſa eſt, ſi fieri poteſt, extra ducatur, eodem ſaltem bis terque repetito. Sic enim vna cum eductione et diuerſione in pleureſi eſt ſecura, et ſecundum ſapientiam repercuſſio, vt Mesves atteſtatur, immo in omni morbo, et omni ex membro ſententia noſtra. Nec igitur fiunt ſic repercuſſionis nocumenta **) ſuperius enarrata. Gargariſma hoc eſt:

℞. Gal-

*) Memorat etiam Pinctor c. 13. p. 105. *oculi iacturam*, et c. 14. p. 106. *perforationem in gutture*, *cariem cranii* c. 17. p. 109. et *febrem lentam* ab vnctione mercurii.

**) Ita intelligimus nexum *nota*. Sart.

℞. Gallarum, balauſtiarum, roſarum an ʒ. I. omnibus in aqua plantaginis parum elixis lib. I. aluminis ʒ. I. omnium ſuperfluitatum fluxum conuerſiui, quoniam in ſtipticitate omni re validius eſt, vt ex AVICENNA 2o *canonis* colligitur, diamoroniS, ſirupi mirtini an ʒ. I. Simplicia igitur repercuſſiua haec ſunt, frigida atque ſtiptica et viſcoſa, ſemperuiua, virga paſtoris, portulaca, plantago, lactuca hepatica, iusquiamus, acetoſa, cortex quoque caparis, quae repellit ac dolorem tollit, ſolatrum, id eſt, morella. Eius enim vna eſt ſpecies, de qua 2o *de cibis* ait GALENVS: *Olerum nullum tantae ſtipticitatis inueni, infrigidatque, ſcabiei etiam et vlceribus valet.* Argentum etiam viuum, roſa, mirtus, gallae balauſtiae, granati cortex, lentes, ypoquiſtidos, ſanguis draconis, bolus armenus, litargirium, terra ſigillata, talle *), eſt mirum, de quo AVICENNA capitulum ſcribit, quod et lutum ſamium multi dixerunt, oleum violatum, oleum onſacium, praeſertim cum roſis confectum, oleum de citoniis, oleum mirtinum, hirci et caprae pinguedo, oui albumen. Calida repulſiua ſunt mirtus, cupreſſus, maſtix, olibanum et ſimilia, cum frigidis ſaepe pro temperie permiſcenda. Compoſita haec ſunt, ex his ſcilicet ſimul adiunctis confecta, ſecundum membra, aetates, tempora et humores, vt ſupra diximus,

*) Legi etiam poteſt *tal*, *talla*, *talk*. SART.

diximus, varianda. ℞ Vnguenti populeonis ℥. II. vnguenti citrini NICCOLAI, ℥. I. mirti, roſarum, gallarum, balauſtiarum, litargirii, ſanguinis draconis, terrae ſigillatae, boli armeni, argenti viui, canforae añ ℥. II. aquae vel ſucci plantaginis, fumi terrae, ſemperuiuae, ſolatri, acetoſae, virgae paſtoris, aceti roſati añ ℥. I. — olei roſati, olei mirtini, añ ℥. II. maſticis, olibani añ ℥. S. — quae viſcoſa ſunt et frigida temperant. Ouorum albumina quatuor, adipis caprinae, quanta ſufficit ad mixtionem, muſci pro viris nobilibus ℈. I. vel ſaltem ℈. S. ad vnguenti foetorem tollendum. Fiat vnguentum toti corpori inungendum, ſtomaco vero, item nuchae et regiis membris, idem applicetur, demptis, quae ſuperius monuimus. Poſt autem dies 8. haec lotio fiat. ℞ Lupulorum, endiuiae, acetoſae, farinae lentium, roſarum añ ℥. IIII. omnibus in aqua elixis. Haec de prima intentione, qua ſi non fiat aeger incolumis, ad ſequentem progrediatur.

Secunda intentio.

Secundam intentionem ad *augmentum* dicimus pertinere, quod eſt, vt ſuperius diximus, cum materia adhuc fluit, nec ſaltem tota etiam repercuſſiuis adductis obediens eſt, quin recipiatur in termino, ad quem defertur, ad circumferentiam magis

magis impellens, quam ad centrum repercuſſiua; nec iam inlapſa ſua fortaſſe craſſitudine apte recurrit. Cuius rei ſignum eſt, quia *dolores puſtulaeque mole et numero augentur.* Quoniam autem continuo fluet, ſi permittatur, lapſaque materia aegritudinem nutrit, hoc ideo in tempore, hac pro intentione implenda, repercuſſiuis reſolutiua, in quantitate tamen minori miſcenda ſunt. Quod et in ſtatus principio ſeruandum eſt, reſolutiuis vincentibus, dicente *13o de ingenio ſanitatis* GALENO: *Non ſimplex, ſed compoſita eſt procuratio eorum, quae ſiunt omnium paſſionum.* Ex quibus apparet errare GALENVM *tertio Tegni*, qui ſecumdum diſtincta tempora apoſtemata curare non docet, ſed abſolute ait apoſtematis materiam per recurſum oportere euacuari, quod curationis genus ad principium pertinet, aut per patientem partem, quod ad declinationem ſpectat, curam vero augmenti ſtatusque ipſe obmittit ponens erroris occaſionem his, qui, ſolo hoc freti libro, curam tentarent, non ſine magno aegrotantium detrimento. In quem etiam errorem videtur lapſus AVICENNA, qui de cutis affectionibus de hac re mentionem non facit, niſi, vt ſuperius AVICENNA ſaluetur. Apparet et defectus HALY, quare id GALENVS tacuerit, non exponentis ſimiliterque altercantis, licet eruditiſſimi, IACOBI DE FORLIVIO, librum Tegni exponentis, qui numquam ſatur in theorica veritate nil ſuper hoc

textu practico GALENI expoſitionis adducens, fine artis fruſtratus, ſuis quaeſtionibus immortuus eſt. Patet et TRVSIANI error, dicentis, nullam curationis intentionem ſumi a morbi temporibus, GALENO libro *de ſanitatis ingenio* innixi, qui aduerſus texillum ait: *Ego numquam in vlcerum vel alterius morbi curatione ex eo ſumpſi ſignificationem, quod recentia ſunt aut vetuſta,* vtque ſuum errorem magis aperiat, addit contra omnium opinionem principium, augumentum, ſtatum et declinationem non eſſe tempora aegritudinis, ſed corporis alterationes, quae tamen tempore menſurantur. Hic craſſae eſt Mineruae. Scimus enim medicos non ſumere pro menſurante morbi tempora, ſed pro vario modo, quo ſe habent alterationis ipſo tempore commenſuratae, vt libro *de temporibus morbi* ſentit GALENVS. Quoniam vero, vno dato inconuenienti, plurima ſequuntur, vt *phiſicorum primo* ait philoſophus, tertio errore maiori ſe implicat totam artem medicam fere peruertens, quum ait, repercuſſiua principii gratia non applicari, quia etiam et in augumento ponuntur; ſed contra eum primo omnes videntur eſſe auctores. ARISTOTELES enim *primo ſecundoque de anima* ait: *Omne, quod generatur, tempora habet, augumentum, ſtatum, declinationem*, in augumento principium claudens, quum nihil augeri poſſit, niſi ortum et principium habeat. GALENVS item libro *de tempo-*

ribus

ribus morbi: Omnis aegritudo habet tempora quatuor; ea febri, apoſtemati, vlceri ophthalmiae et catarro in exemplum adducens, ſicut aetates animalibus. Quin etiam febri ſex tempora, non quatuor praebet eodem libro, item *13º de ingenio ſanitatis* apoſtemata hepatis ceteraque omnia in tempora quatuor diſtribuit. Idem *2º ad* GLAVCONEM. Quod ſi pro certo habendum ſit, quod ipſe decernit, vndenam factum putemus, quod GALENVS libros facit de temporibus morbi vniuerſalibus atque particularibus? Contra eum 2º eſt ipſe, quem exponit GALENVS *Memiri primo* inquiens: *Vtilitas repercuſſiui ſecundum principia eſt, facta vero aegritudine, diaforetici.* Item *differentia 176ª Conciliator* de mente GALENI *3º Tegni* commune id ait omnium flegmonum eſſe, in principio ſcilicet repercuſſiua adhibenda eſſe, in augumento vero eadem cum reſolutiuis et in ſtatu, et in declinatione reſolutiua cum mollitiuis miſcenda eſſe. Item contra eum eſt 4ª pⁱ ABOHALY dicens eam eſſe veram apoſtematis curam, pura ſcilicet repercuſſiua adferre, quae in augumento impermixta non adhibentur. At ſi dicatur *Therapeuticae 4º* GALENVS non de temporibus morbi, de quibus communiter intelligimus, ſed de nouitate puta aut vetuſtate loquitur, vt verba eius declarant, eſt etiam et de eo mirandum, quum et id variet curationem, quoniam noua vlcera leuiora, validiora vero antiqua remedia abſterſiua

ſiua requirunt, vt ex AVICENNA *3^ii p^a de hemicranea* capite accipitur, quum ait: *Omnis aegritudo, cuius prolongatum fuerit tempus, frigida eſt.* Nec momentum vllum habet, ſi quis inſtet *3° Tegni* morbi tempora non tetigiſſe breuitati indulgentem GALENVM, quum librum ipſum medicinae artis componendum vocet Microtegni, ſcilicet artem paruam ſignificantem, ſcilicet breui ſententiarum ſcripto collectam. Hoc enim ipſum non excuſat, quoniam potiora in compendio omitti non debent. Abſque enim temporum diſtinctione morbus curari non poteſt, medicusque errores effugere. Varia namque morbi tempora varias petunt curationes, quin aliquando et contrarias, veluti principium et declinatio declinationis. Principii enim calidae medicinae, ad circumferentiam vero frigidae, et ad centrum pellentes exſiſtunt. Sed ſi excuſandus GALENVS ſit, ſic dicendum eſt, illum *3° Tegni* aliis ſuis libris adductis ſuperius tempora morbi nota feciſſe, nec eum *3° Tegni*, quum ait apoſtema poſſe recurſu euacuari, aut per partem eamdem morbi tempora tetigiſſe, ſed modum euacuationis materiae iam inlapſae pluribus apoſtematis temporibus communem explicaſſe. Licet enim recurſus principio conueniat, per eamdem vero partem eductio declinationi, neceſſitate tamen inſtante, ordine praepoſtero immutari poſſunt, quia quacumque via cauſſa amoueatur, tollitur apoſtema, licet mi-

nora

nora nocumenta ex commodiori remedio, quam ex contrario importentur, quod ſemper eligendum eſt, vt omnibus patet. Quomodo autem ſit excuſandum, quod potiora omiſerit, relinquimus doctioribus.

Si quis autem medicus recte ſcire velit, quo temporis articulo recurſu, quoue altera via apoſtematis materiam debeat euacuare, videat, quae minoris ac leuioris eſt nocumenti, eamque, vt in principio tertii capitis aggrediatur, licet dici poſſit quatuor morbi tempora ſuperioribus verbis Galenvm includere. Nam omni tempore poteſt materia euacuari, aut ſcilicet recurſu tantum, et hoc decenter in principio fit, aut altera via tantum, et id in ſtatu conuenit atque declinatione, aut vtraque via, quod in augumento faciendum eſt ſtatusque principio. At ſi contra inſtetur, Avicennam pro cura principii velle praeſeruationem intelligi, vt ſcilicet apoſtema fieri prohibeatur; recurſus autem praeſupponit apoſtema iam in parte eſſe confectum, quoniam, quod non eſt, non recurrit; Ad hoc dicere poſſumus principium eſſe duplex, vt ad rem noſtram facit, vnum principians, deque hoc intelligere Avicennam, quia iam modica fluxerit materia, et huius eſt praeſeruatio; alterum latum, vt aliquorum dierum, deque hoc dici poteſt Galenvm intelligi, quia multum de materia fluxerit,

licet recurſus praeſeruationem operetur atque curationem, quia non poteſt recurſu iam inlapſa materia educi, quin et veniens recipi prohibeatur, ſicque negari poteſt recurſum gratia inlapſae materiae dumtaxat fieri, quoniam et labens recurrere poteſt. Ad AVICENNAM autem ſuperius deprehenſum dicimus eum in cutis huiusmodi puſtulis, item affectionibus doloribusque, media tempora praetermittere, nec ea ſecundum tempora illa curare, vt in magnis docet apoſtematibus, quia in eis tempora non ita apparent, quum dedecorationes ſint ſaepius, vt ſuperius prima diximus intentione. Et quia tempora non ita apparent, item quia morbi non ſunt, ſed dedecorationes, quia non valde laeduntur operationes, adſuntque ea, quae ſuperius in initio tertii capitis cauſſae curam diximus poſtulare, ideo declinationis cura, quam quarta intentione docebimus, ſcilicet per eamdem laeſamque partem eductiua ac reſolutiua ſatis eſt, aliis tribus intentionibus non neceſſariis exſiſtentibus, licet harum affectionum et apoſtematum rectae curae perfectae ac totalis ſint partes. Volens autem primam experiri intentionem, ea morbum non auferente, declinatio quartam intentionem expetens expectetur, mediis praetermiſſis intentionibus. Si vero, quod raro euenit acutis affectionibus, *operationes vehementer laeduntur, ipſaeque morbi efficiantur, vt hoc in morbo Saphati plurimum fit*, de

quo

quo noſter eſt ſermo; quam itaque nos curationem ſuis temporibus accommodamus impune fieri, licet exceptis variolis, de quibus p^a^ intentione locuti ſumus, atque ſimilibus, vt verrucae, lepra, et cetera. At ſi dicitur, quare *p^i^ 4^a^* Avicenna, quum de apoſtematum ſcripſit curatione, non puſtulas ipſas excepit, aut id reticuit ignarus, quod de tanto viro ſuſpicari nefas eſt, vel prudens ſciensque omiſit, quod credi non decet, neceſſaria enim fuiſſet oblitus; Ad quod dicitur, Avicennam puſtulas non excepiſſe, quia illa earum etiam propria cura eſt ſuis temporibus variata, ſicuti peſtiferi apoſtematis in emunctorio, ab ea tamen cura abſtinendum eſt, quia, ſicut in hoc emunctorii apoſtemate, vera cura non commodior eſt, quia repercuſſio ei noxia eſt, ita neque in puſtulis et cutis affectionibus totam curationem, quia ſola ſaepe reſolutio eſt ſatis, aliaeque intentiones non neceſſariae, immo maioris potius laeſionis, vt paullo ſuperius diximus, ſemper ſubire cogimur. Canones autem hic ſcribendi iidem ſunt, qui in praetacta intentione adducti ſunt. Medicinae autem ſimplices, quae antecedenti quartaeque intentioni deſeruiunt, eadem eſſe intelligantur. Compoſitae vero mediae ſunt ex eisdem, ſcilicet ſimplicibus et compoſitis, eisdem locis adductis. Haec de ſecunda intentione. Qua ſi morbus iſte non tollitur, ad ſequentem progrediatur.

Tertia intentio.

Tertia eſt ipſius *ſtatus intentio*, qui eſt, vt ſuperius diximus, quum tota materia antecedens ſub cauſſa coniuncta inlapſa eſt, nullaque fluxura relicta, neque augeri numero quantitateque continua puſtulae doloresque, neque ſenſu minui apparent, ſed eodem modo ad tempus aliquod ſe aeger habere cernitur. Quoniam vero ſtatus huiusmodi easdem fere exigit medicinas, quas et declinatio, ex quo ſequitur, tertiam quartamque intentionem fere vnam eſſe, ideo, quae ſequenti intentioni accommodabimus, huic etiam deſeruire fatemur, de hac intentione plura non afferentes.

Quarta intentio.

Quarta intentio *ad declinationem* pertinet, quae eſt cum cauſſa ipſa coniuncta, *puſtulae et dolores ſenſu minui* cognoſcuntur. Haec autem intentio per eamdem partem, ſcilicet laeſam, cauſſam coniunctam educentibus rectiſſime adimpletur, per partem autem patientem, vt 3° *Tegni* GALENVS, fit dupliciter euacuatio. Aut enim inſenſibiliter aiunt medici, cum his ſcilicet, quae in vapores reſoluunt, aut ſenſibiliter cum his, quae ſanguinatione veſſicationeque coniunctam cauſſam extraducunt. His enim modis apoſtemata prohibentur, ne matureſcant,

reſcant. ad quod terminantur, niſi ſic impediantur, vel induientur, vel, vt aiunt, transmutentur. Transmutatio autem natura ſit aut arte ad alia membra, ſaepe etiam ad extra corpus. Arte enim ſit transmutatio flebotomia ex oppoſito latere ſacta, item medicinis ceterisque 3ª intentione 3° capite ſuperius dictis. Sed multa ſunt, quae, debitis praemiſſis euacuationibus, non ſolum in declinatione, cuius eſt propria cura, ſed etiam in principio reſolutiua, ſiue per laeſam partem eductionem apoſtematibus tutius accommodare cogunt, prima intentione ſuperius annotata, de quibus apoſtema in emunctorio eſt, item materia venenoſa, item cretice pulſa permutataque, quum eſt etiam ſenſim eo in membro congeſta, vel defluxu nata dedecoratio; item viſcoſa craſſaque in ignobili quoque membro recepta, quumque minus incurritur laeſio, ceteraque adſunt praedicta intentione collecta repercuſſionem negantia. Propterea AVICENNA vtitur per partem laeſam eductione. Volumus enim ait *pⁱ 4ª* AVICENNA ſtudere, vt materia in membro cadat ignobili, et facere, vt ipſum apoſtemetur, et ſi non cum alio, ſaltem cum ventoſis, attractiuis item emplaſtris atque acutis.

Ex quibus patet eorum error, vt ſupra diximus, qui non ſolum morbi in declinatione, vbi iam tota materia ſub cauſſa coniuncta defluxit, verum

rum etiam in eo antiquo, vbi materia inlapſa iam eſt infixa, inſerta, terrea gipſeaque, non recurrens ſub cute, repercuſſiuis vtuntur, ea praeſertim emunctoriis applicantes, quae res non ſolum apoſtematis curam exigit, ſcilicet reſolutionem, ſed curam quoque talis materiae, videlicet mollificationem. Ex ſuperioribus quoque dictis Avicennae admirationem concipere poſſumus, qui reſolutiuis non vtitur, ſed variolas maturari expectat; quamuis dici poſſit id ab Avicenna fieri, quia reſolutiua febrem peracutam eis coniunctam, quae periculoſior ad ſe curam trahit, auctu lethalem efficerent, niſi fortaſſe tutius eſſet extrinſecus, vti variolas leuiter reſoluentibus, ſicut materiae febris commodam aquam ficuum bibendam praecipit Avicenna, quam earum expectare maturitatem, quae cutem excauant, formam deturpant, ſaepiusque caecitatem inducunt. Eiusdem quoque error apparet 3^a 4^i capite *de heriſipila*, qui eam in ſtatu frigidis et ſtipticis curat, quae principii cura eſt. Hoc damnat Hippocrates 6^a *aphoriſmorum,* quum ait: *Heriſipilam extrinſecus factam intus conuerti non bonum, exterius vero bonum conuerti, quae intus eſt.* Quod exponens, non tamen penetrans *Conciliator,* nec ſtatus apoſtematum curationem errat, quum ait, eum de cretice expulſa materia intelligere. Quod ſi Galenvm hoc loco, antequam id exprimeret, perlegiſſet, qui ait de omni paſſione Hippo-

CRATEM

CRATEM intelligere ex nobilibus in membris ignobilibus facta, nequaquam ita expoſuiſſet. Siue enim cretice, ſiue alia via factum fuerit apoſtema, materiaque tota ſub cauſſa ſit coniuncta, vt in ſtatu eſt, propria ac vera eius curatio eſt per eamdem partem euacuatio, vt omnium doctorum ſententia eſt; minime autem repercuſſio, quae principii cura eſt, vt ſupra monſtrauimus, niſi ex repercuſſione, quae etiam in principio periculoſa eſt, maiorem vtilitatem conſequuturi ſimus, vt pluries antea diximus. Iure igitur ac regulariter eam vetat HIPPOCRATES, quem dicere tamen poſſumus quandoque bonum eſſe certo in caſu, nec eum ſic abſolutum dictum ſuum ponere debuiſſe. Ex cuius etiam interpretis dictis error apparet, ſcilicet non cretice factam heriſipilam bonum eſſe intro referre per locum ab oppoſitis, ad AVICENNAEque ſententiam tuendam dicere poſſumus, id remedii, non vt repercutiat, ipſum ſcribere, ſed vt reſoluat, quod eo in tempore commodum eſt; Stiptica enim ob ſiccitatem reſoluunt, frigida vero non apoſtematis gratia, ſed cauſſae illius ipſe praecepit, rationeque calidae complexionis vrentis ac dolore interimentis, quae curam poſtulant fortaſſe magis, quam heriſipila, vt apoſtema eſt; Sed contra eum illata ratio adhuc ſoluta non eſt. Quamquam enim illud remedium reſolutionis gratia ponat atque cauſſae eius, non tamen ſequitur, quin et repercutiat.

Item

Item frigida non reſoluunt, prohibent autem id potius, ſiccique impediunt operationem. Siccitas item cauſſae et complexioni valde ſiccis etiam obeſt. Fit namque ſimili conſeruatio auctusque, licet dici poſſit parum detrimenti ſiccitatem afferre eo in tempore. Namque materiae comſumptione eſt opus, ſiue calidae, ſiue frigidae exſiſtentis; id autem calidis melius fit atque ſiccis, quae licet quid nocumenti afferant complexioni, id tamen minus erit, quam materiam membrum corrumpentem ibi relinquere, confidentibus nobis eam facile remoueri poſſe per ea, quae ſuperius 2ª intentione notauimus. At ſi dicatur *in ſtatu ipſius Saphati puſtulas vlceratas eſſe*, vt ex definitione eius haberi poteſt, ideoque medicinas, quibus vlcus curari ſolet, huic aegritudini magis proprias eſſe, ad hoc reſpondemus, legitimam a nobis dari curationem, quoniam Saphati in ſtatu, quum puſtulae ſint vlceribus iunctae, debeatque, vt *pⁱ 4ª* docet Abohaly, ab ea aegritudine curae initium ſumi, quae ſine alia, vt apoſtema vlceroſum, eſt, curari non poteſt, quum hae quoque non apoſtemata, ſed paruae puſtulae ſint, modice ſub cute ſuffultae, ab eisdem remediis apoſtema et vlcus pariter reſoluentur, quamquam et medicinae reſolutiuae, quas praecipue hoc loco nos adducemus, quia exſiccant, vlceri etiam propriae ſunt. Illi enim caliditati magis, quam frigiditati coniuncta ſiccitas commodior

eſt,

eſt, quoniam vlceribus frigiditas inimica eſt, vt 4ª *aphoriſmorum* ait HIPPOCRATES. Canones autem fere omnes, qui prima notati ſunt intentione, hoc in loco peropportuni ſunt, ſcilicet quod venenoſis et valide alterantibus regia membra non inungantur. Ex quibus apparet duas ſaltem inunctiones exigi reſolutiuas, vnam regiis membris, ſtomaco et ſpinae approximandam abſque vetitis, ſed cum membrorum roboratiuis, qualia ſtiptica et aromatica ſunt, a virtutisque diſſolutione prohibentibus, de apoſtematum cura *p*ⁱ 4ª oſtenſis compoſitam, alteram vero reliquo corpori applicandam, craſſoque modo omnes corpori applicentur, quoniam diutius ſic res agunt ac validius.

Quoniam vero dolorum materia ea, quae puſtularum craſſior eſt, ob quod valde reſolutiua exiguntur, ideo his, qui eos tantummodo patiuntur, validiora debentur, quam his, qui puſtulis ſolis laborant, praeſertim ſi vetuſtiores exſiſtunt dolores, vt *de Saphati* capite admonet AVICENNA, in vtrumque vero habentibus media, ſcilicet ex vtrisque compoſita, conficienda eſt, licet complexionis et humorum qualitate *) prima craſſitudineque, item aetatum et temporum varietate atque mem-

*) Niſi legendum ſit *propria.* Codex enim habet *p*ª. SART.

membrorum ſint ipſae in fortitudine et debilitate ceteriſque variandae. Quod ſi humores in profundo fuerint, vt dolorum ſunt magis, quam puſtularum, acriora adhuc adhibenda ſunt; Quod ſi membrum etiam ſpiſſum ſit, potentiora praeterea expetuntur, vt *tertio Tegni* monet GALENVS. Si enim in profundo eſt morbi materia, euaneſcit debilis medicina, antequam illam attingat, vt idem ait. Si vero res huic contraria fuerit, decet modo contrario operari. Si enim in ſuperficie aegritudo eſt, mordet calidior medicina, qualis fere omnis reſolutiua eſt, dicente GALENO ibidem: *Medicinarum reſoluentium omnium complexio calida eſt.* Quod et 2° *canonis* libro quoque *de viribus cordis* AVICENNA confirmat. Ex quo dolor augetur et morbus, ideo moderata ſufficit medicina.

Ex quo patet error *vna ſemper vtentium inunctione* per omne aegritudinis tempus. Sint et cum reſolutiuis mollificantia, vt adipes ſunt, etiam et quid humectantis, ne fiat exuſtio materiae, quae etiam lapis gipſumque tenui dempto non reddatur, neue membra medicinarum ſiccitate ſpaſmo contrahantur, quod praecipue in materia morbi antiqui obſeruandum eſt, quoniam, vt THEYSIR ſuo ZOAR materiam duram ait nequaquam diſſolui poſſe. *Conficienda eſt et cum aceto inunctio,* praeſertim doloribus adhibenda ob penetrationem,

quam

quam medicinis praeſtat, obque rationes, quas prima intentione attulimus, lunaque creſcente corpori applicatur, quoniam tunc materia corporis ſuperficiem magis petit. Totum vero corpus eſt inungendum aut membrum illud, quod affectum eſſe conſpicitur, in lecto quoque coopertum, vt fere aeſtuet aeger, porique, aucto intus calore, aperiantur, ex quo materia facile exeat, mane ac veſperi, diebus ſeptem continuis, in quibus in aurora aquam dactylorum ficuumque cum acetoſo et modico vino albo calidam aeger aſſumat, vt et facilius pori aperiantur, et materiae etiam craſſae reliquum, qualis dolorum eſt, ex profundo ad cutis ſuperficiem propellatur, faciliusque trahatur a praedicta inunctione. Si etiam commode fiat, omni mane per horam ante prandium coenamue *thermas aeſtuarias*, quas *ſtuphas* *) vocant, aeger ſubeat, ibi, quantum poteſt, ſudaturus, quod libentius, quam ſanguinationes cauſſae eductione eligit aeger. At ſi thermae non adſint, arte hac comparentur. Aeger ciſtae gallinariae aut corbi frumentariae nudus inſideat, linteo culcitraque circumuolutus, capite ſolo exerto, vt ſuperne aſcendentia ſuffimenta exci-

*) De his eorumque variis generibus vid. Baccivs *de Therm.* VII. 16. p. 457. ſeq. in ſpecie ad reliquias morbi gallici, c. 18. p. 463. Reprobat omnia calida balnea Pinctor c. 19. p. 111.

excipiat; Sub ciſta autem candenti prunae iniiciantur pinea putamina, tignamica, roſmarinus, laurus, ſticados, flores camomillae, ceteraque reſoluentia atque aperientia. Hac enim via pori aperiuntur, tantumque ſudoris emittitur, vt liceat aegro, ſi velit, in liquorem prorſus effluere.

Simplicia igitur medicamenta reſolutiua diaforeticaque haec ſunt: Rafanus et ſemen eius impetigini admirabilia ſunt atque doloribus, vt 2º *canonis* AVICENNA ait, libroque *primo ad* PATERNIANVM ſcribit GALENVS; ſemen quoque erucae 7ª 4ⁱ expertum eſt; tartarum etiam mirifice reſoluit, ariſtologia inſuper, tamariscus, cucumis aſininus, cinis corticum vitis, grana ben cum aceto vlceribus, ſcabiei item vlceratae, variolis, Saphati, conferunt atque bothor, vt 2º *canonis* AVICENNA eſt auctor; ſcabioſa ſcabiei, alopitiae, apoſtematibus et vlceribus, et pectori prodeſt DIASCO. et PAVLLI auctoritate, hedera diſſintericis, et vlceribus, videlicet ſecundum DIASCO. et GAL. Caulis quoque puſtulis et doloribus confert, et cinis eius ſimiliter, lapatium item acutum, id eſt, rumex, ſuo ſucco, ſcabiei admirabile eſt, commodum et perutile; Similiter et lilii radix, vt 7º *de ſimplici medicina* ſcribit GALENVS; Vlmus item lepram aufert, amarae item amigdalae, cupreſſus quoque, naſturtium; pentafilon celidoniaque vlceroſae conferunt ſcabiei,

digit:

digiti item cimini, qui ſunt ſatirionis ſpecies, proprietate cutem mundificant; alleorum etiam cinis cum melle vlceroſam ſcabiem ſanat, lepramque exterminat. Similiter et vitis alba, auctore GALENO, quam brioniam vocat, nigella item verrucis admirabilis eſt, vt teſtis eſt AVICENNA. Minium vlcera tollit, anetum etiam vlcera tollit atque dolores, vt *6º de ſimplici medicina* ſcribit GALENVS; Abrotanum quoque apoſtemata difficilis reſolutionis diſſoluit, vt ex AVICENNA habetur, licet recentia vlcera mordeat. Ciclaminis item cinis cum melle iuncturarum doloribus, vt *22ª 3ⁱⁱ* ponit ABOHALY, ſalutaris eſt. Agrimonia etiam doloribus et malae proprietatis puſtulis confert, ſimiliter et bardana. Althea item dolores reſoluit, ac dura apoſtemata mollia reddit, et eius radix, tintorum etiam rubea cutis conducit affectionibus, vt ſecundo canonis teſtis eſt AVICENNA, colloquinta item fricata cum aceto morpheam tollit, elefantiam lepramque, vt MESVES ſcribit. Luf *) quoque, ſecundum eumdem, apoſtemata tollit, vlcera delet, cancrumque et cutem abſtergit, Artanita etiam eſt ex maxime cutem mundantibus, quae foeda eſt, eodem auctore, qui et de helleboro ait, bothor apoſtematibus, impetigini, cancro, ſcabiei et omnibus cutis aegritudinibus aduerſatur. Ireos quoque mirum eſt, vt Me-

*) i. e. herba ſerpentariae. SERAP.

Mesves atteſtatur, mellilotum materiam liquefacit, ſtercus quoque caninum et columbinum, fimus, dragantum, aſſum calcantum, id eſt, vitriolum, et vſtum ſulphur, alumen miro modo exſiccans cutis affectiones eradicant, atramentum et ſcabiei ſaphatique, vt capite *de atramento* 2° *canonis* Avicenna adducit, opponitur. Simplicia doloribus magis propria haec ſunt. Stercus bouinum eſt pluribus melius, vt 22ª 3ⁱⁱ ſcribit Abohaly. Quod et de caprino ſentit Halyabas. Centaurea item pantariaque, appium, camomilla, mellilotium ac foenum graecum doloribus opitulantur, caſtoreum quoque, piretrum, euforbium, bdellium, oppoponacum, aloe, myrrha, crocus et lupinorum farina commoda ſunt. Olibanum etiam, praeſertim cum oleo et aceto, perutile ac proprium eſt. Confert enim, vt ait 2o *canonis* Avicenna, dolori, qui nominatur compoſitus, ex quo in corpore veniunt, ſicut verrucae. Aqua etiam ardens ac lixiuium conferunt, oculus item vpupae ſuper leproſum adductum eam diluit, vt libro *de ſexaginta animalium partibus* ſcribit Rasis. Argentum etiam viuum proprietate cutis delet affectiones, et quamuis frigidum ſit, quia etiam calidas temperat medicinas, ideo huic quartae intentioni deſeruit. Olei genera, ex quibus vnguenta fieri conſueuerunt, haec ſunt. Oleum erucae vltimum eſt, *de ſcabie* capite 4ⁱ 7ª Avicenna auctore; oleum quoque coſtinum, rutaceum, laurinum et de

de cheyri propria ſunt. Pinum ſimiliter et oleum de euforbio ac de pipere perutilia ſunt. Oleum quoque de iunipero omnibus cutis affectionibus aduerſatur, vt Mesves ſcribit, qui etiam ait oleum nucis validae eſſe diſſolutionis. Oleum item de camomilla atque aneto anodina propria ſunt. Mollitiua vero eadem et reſolutiua haec ſunt, terebintina, quae pruritum ſanat profundum, quoniam omnium reſinarum ſubtiliſſima eſt, vt 7° *de ſimplici medicina* ait Galenvs. Vernix etiam et liquida pix eius generis ſunt, bdellium, item maſtix, ammoniacum laudanumque 2° *canonis* Saphati perutilia ſunt, Avicenna auctore, ſtorax quoque liquida, galbanum, oppoponacum, altheae radix liliique et foenum graecum. Eius etiam mucillago, ſicut et pſilii et ſeminis lini, commoda ſunt. Putirum item eius generis eſt, viſcum ſiccum et calidum 3° lenit, et humiditates etiam viſcoſas reſoluit, eas ab imo trahens, dura apoſtemata ipſum maturat, et cum olibano modicoque bolo armeno vlcera tollit antiqua. Ouorum vitelli eius generis ſunt, mollificantes, reſoluentes et doloribus aduerſantes. Adeps etiam porci mordicationes valide tollit et apoſtemata, vt 2° *canonis* Avicenna declarat. Adeps quoque leonis 2° *canonis* duris apoſtematibus propria eſt. Anatis ſimiliter et gallinae idem efficiunt. Adeps etiam hirci vehementer reſoluit, aſininus vero adeps tollit

morbi veſtigia. Medullae animalium, vt oſſium cerui et cairis vaccini ſimiliumque idem efficiunt.

Compoſita haec ſunt, videlicet exempli cauſſa ex his ſimul iunctis confecta ſecundum membra, aetates, tempora et humores, vt ſupra diximus, varianda. ℞. thuris, aloes, myrrhae, oppoponaci, altheae, ſcabioſae, tamariſci, abrotani, ſeminis erucae, hellebori albi et nigri, ſucci apii, fumiterrae, celidoniae, mentae, hederae terreſtris, aceti, cucumeris aſinini, argenti viui, an̄ ℥. I. ſulphuris viui, ceruſae ablutae cum ſerpentariae aqua ſanguinis vel ſtercoris muris, cineris alliorum, litargirii, tartari, ſandaraccae, an̄ ℥. S. vitrioli, ſublimati, a luminis de roccha crudi, minii, cineris fermentorum, an̄ ℥. II. butiri recentis, terebintinae, reſinae pini an̄ ℥. II. S. dialtheae, diaquilonis, vnguenti citrini Niccolai an̄ ℥. II. olei rutacei, laurini, erucae, nucis, iuniperi, an̄ ℥. III. muſci ℈. S. adipis porci, quanta ſat eſt ad vnguentum conficiendum. Haec eadem inunctio, amotis, quae ſuperius diximus, regiis eſt adhibenda membris; Quod ſi autem vnguentum ita craſſum non velit, nec in lecto iacere, hoc prius experiatur vnguentum, quo omnibus tribus horis loca dolorum leuiter inungantur. ℞. olei coſtini, olei de koiri, olei de camomilla an̄ ℥. I. S. ſucci caulis, ſucci rumicis, ſucci abrotani, aceti an̄ ℥. II. aneti, melliloti, camomillae an̄ ℥. S. piſtata bulliant omnia

ad

ad ſucci conſumptionem, et colaturae preſſae adde tartari, nucis, cipariſſi, laudani, ſtercoris caprini, aluminis, añ ℥. S. caſtorei, myrrhae et cineris ciclaminis, bdellii añ ℥. I. olibani ℥. III. butiri, terebintinae, adipis anatis, adipis porci añ ℥. S. cerae fiat vnguentum: Eſt enim mirum. Haec de quarta intentione ſint ſatis, ad quintam nunc accedentes.

Quinta intentio.

Quinta intentio cum eis, quae membrorum exteriorum qualitatem ac malam complexionem, quae eamdem materiam generant, radicitus tollunt, membraque in priſtinum ſtatum reuocant atque confirmant, quo tempore quarta tertii capitis intentio adhibenda eſt. Quoniam vero per longam viam hoc facere docuimus, ſcilicet per intus aſſumpta, quae exterioribus membris parum ſuae virtutis et imminute communicant, ideo nunc per proximam viam, ſcilicet per extrinſecus membris adhaerentia, id vnguento etiam calido auctum efficiemus. Huic itaque deſeruientia hinc balnea ſunt et lauacra, inde vero vnguenta infra dicenda, balnea autem duplicis rationis, naturalia et arte facta, vnguenta item duplicia, alterantia immutantiaque complexionem malam et membra, ne recipiant materias trahantue, ſed robori reſtituantur valide fulcientia.

Quae omnia hoc ordine applicanda eſſe cenſemus. Primo balneum triginta diebus omni mane ieiunus veſperique, ſi cogit neceſſitas, aeger ingrediatur, poſt quod quindecim diebus vnguento in veſperi ſeſe obliniat immutante. Quod ſi mane dumtaxat balnei aditus ſatis ſit, veſperi vnguento vtatur, mox cubiturus, et quoniam in eodem vnguento immutantia fulcientiaque ſimul immitti poſſunt, ideo, ne pluribus faſtidiatur aeger, vnum duplices illas habens vires vnguentum conficiemus. Balneum igitur ex naturalibus, quod de villa dicitur, optime confert ob rationes, quas 3° capite poſuimus, quoniam malam amouet complexionem, et membra confirmat. Balneum ad aquam dictum etiam opitulatur, ceteraque huiusmodi. Ex quo patet, balnea ſulphurea ſalſaque, quoniam ipſam intendunt complexionem, huic intentioni inutilia eſſe, eosque errare, qui hoc tempore aegros ea petere conſulunt. Balneum ex artificialibus aquae dulcis calefactae proprium et commodum eſt. De hoc enim 4^{i} 7_{a} *de impetigine*, item *Saphati* capite 3^{ii} quoque *prima de melencholia*, etiam 4^{i} p^{a} *de quartana* atque *de ethica* ſcribit ABOHALY: *Balneum*, inquiens, *eſt de ſublimioribus curationibus eius; Ipſum enim infrigidat et humectat.* Balneum etiam fieri poteſt ex eorum decoctione, quae infrigidant et humectant, de quibus capite tertio diximus, de quibus luppulus eſt, ordeum, acetoſa, endiuia

et

et huiusmodi, item cum eis, *quae 7^a 4^i *de ſcabie* capite ſcribit AVICENNA, ex mala ad propriam complexionem cutem reducere, qualia ſunt malua, ſicla, acetoſa granata, venter mellonis et furfur, lentium farina, acatia, apium, ſemigraecum *), reliquas medicinas temperantia, et alia plura gratia breuitatis a nobis omiſſa adducit. Ex eisdem quoque *lauacrum* fieri poteſt die octaua *ab inunctione* ad vnguenti ſordes amouendas acute. Vnguentum vero hoc eſt. ℞ olei violati, vnguenti ſandalini infrigidantis GALENI an ℥. S. ſucci acetoſae, ſucci endiuiae, ſucci lactucae an ℥. II. ſpodii, ſeminis plantaginis an ℥. S. canforae ℈. S. croci, ſpicae, maſticis, olibani, an gr. II. Succis, vt decet, bullitis, cerae, quantum ſufficit, fiat vnguentum, quo praecipue cor, hepar ſpinaque inungantur. Quod enim membra haec habent, corpori vniuerſo communicant. Haec de morbi cura communi, puſtulis et doloribus, ſatis ſint dicta.

Sexta intentio.

Sexta intentio accidentium eſt, quae communi nomine ſaltem ad cauſſam et morbum ſequuntur. Quoniam vero *dolores hoc in morbo valde moleſti ſunt*, de eisque ſuperius communi cura tractauimus,

*) Legi poteſt etiam *fenugrecum.* SART. et debet.

uimus, ideo de eis tollendis hoc in loco magis accommode diſſeremus, licet et de *iunctur[a]rum doloribus*, ad quos et hi terminantur, intelligamus. Auferuntur enim tribus modis dolores, vel quum ea adhibentur, quae cauſſam antecedentem, item et coniunctam, contrariis medicinis euellunt. Si enim complexio vel materia calida fuerit, infrigidatio confert; Si materia craſſa, attenuatio; Si multa replens, euacuatio ſanat; Si autem res huic contraria fuerit, oppoſita cura conducit, de hisque capite 3°, item et 4°, vberrime ſcripſimus. Vel quum ea, quae membra contemperant, qualia anodina ſunt, *p^i^ 4^a^* ab Avicenna adducta, videlicet camomilla, anetum, appii ſemen, laudanum, ſticados ceteraque ſimilia. Olea etiam propria huius generis ſunt, gaudiumque, ſpes et huiusmodi, quia cordi reliquo item corporis delicium ſiue indolentiam afferunt, perutilia ſunt. Compoſita ex dictis fomenta vnguentaque etiam conferunt, vt ex oleis propriis haerens fomentum. Hoc quoque confert emplaſtrum. ℞ micae panis, farinae ordei, pulueris corticum, papaueris, florum ſticados an̄ ℥. I. vitelli ouorum n° II. adipis anatis, quanta ſufficit. Vel quum ea, quae ſtupidum reddunt, applicantur, qualia ſunt mandragora, papauer, oppium, iuſquiamus et cetera hoc genus. Ea tamen contemperentur iuxta nocumenta, quae timentur ex eis oriri, quod piper, caſto-

iſtoreum, crocus, ſpica et cetera a Mesvè poſita ꝯcte faciunt. Conferunt et compoſita, qualia philomium, requies, pillulae de cinogloſſa et ſimilia ınt. Kauterium ad haec reducitur, item et ſomus, quoniam ſenſus auferunt. Somnus igitur, ſi atura non adeſt, arte aduocetur cum narcoticis nte dictis, ex quibus ſimul duplex conſequimur ommodum, indolentiae ſcilicet atque ſomni.

Tria autem haec hoc ordine adminiſtranda ınt. Primo cauſſa antecedens, vt dictum eſt caite tertio, euellatur, 2° anodina, quum etiam auſſam coniunctam reſoluant, applicentur. Quae non contulerint, id, quod quinque ſtatim ante ictis huius capitis intentionibus expoſuimus, ſeretur. Poſtremo, quum omnia fruſtra ſunt, ſtupeactiua adhibeantur. Inquit enim Mesves *de medicinarum conſolatione*, vti narcoticis. Vltimum eſt, d quod eniti debes proprie, quum cetera non ontulerint, et inuitat neceſſitas, quum ſcilicet es, ſicuti in deſperatione, poſita eſt. Fit enim per ea cura mendoſa, quoniam eis materia congelatur, membra eius, mortificato calore, materiam non decoquunt, eique, vt decet, nequaquam reſiſtunt. Ex quo morbus ſubinde maior efficitur. Quae ſeries obſeruetur, niſi dolores adeo ſaeuiant, vt tolerari non poſſint, quin virtus decidat, immo aegrum ſe huc illucque deſperatum iactantem et daemoni

daemoni ſe tradentem reddunt. Tunc enim a ſtupefactiuis incipiendum eſt. Saepe enim opus eſt cura mendoſa, ait Galenvs, vt in cholica validiſſima, hora ſcilicet commotionis doloris, magis, quam vera, quae eſt cauſſae antecedentis et coniunctae abſciſſio, ne virtus inrecuperabiliter cadat.

Licet autem *vlcera pudendorum* huius aegritudinis portio cenſenda ſint, quia vlceroſae puſtulae ſunt, vt tamen eis planiſſime proprius et diſtincte conſulamus, hic inter accidentium curationem de eis tractabimus. Eius igitur medicinae hae ſunt, plumbum vſtum, ceruſa, litargirium, tutia, charta combuſta, balauſtiae, aloe, ſecundum Avicennam et *Conciliatorem*, vlceribus difficilibus conſonae ſunt, praeſertim virgae praeputii orisque. Lambuſcae etiam conuenit puluis. Cucurbitae quoque cinis cum ſucco amogloſſae lotus, ſecundum Serapionem expertus eſt, admirabilis vero ſecundum Gvilelmvm. Anetum, maxime vſtum, *6° de ſimplici medicina* Galeno et *colliget 5°* Averroi ac Serapione teſtibus, vlcera pudendorum etiam antiqua conſolidat. Betonica et cinogloſſa exuſtae ſimilia operantur. Compoſitae medicinae hae ſunt. ℞ olei roſati, olei de mirto an̄ ℥. i. aloes lotae, ceruſae lotae, ireos, ſarcocollae, balauſtiarum, corticum cineris cucurbitae an̄ ℈. S. thuris, tutiae praeparatae an̄ ℈. i. cerae, quod ſufficit.

Hoc

Hoc enim vnguentum potiſſimum eſt, item vnguenta, ſcilicet diaſinicon, item de lino ad ANDROMACVM, quae ſuo *in antidotario* ſcribit MESVES, vlceribus difficilibus fraudolentis fiſtulisque conueniunt.

Ad apoſtematis genus, quod, ſicut *ſcrophula*, reſtat, reſolutiua dra *) vincentibus, quae mollificant, faciunt, de quibus quarta diximus intentione. Quod ſi non conferunt, viſſicatorio dicto ſuperius id fiat. *Ad catarrum* euacuatio diuerſioque vaporibus aſcendentibus ceteraque, quae loco ſuo ſcribuntur, opportuna ſunt. *Ad gutturis praeſocationem ex apoſtemate vel alcola vlceribusque* ex ſe vel repercuſſiuis aduenientibus curationes etiam diuerſionesque capite 3_0 explicatae. Gargarismata quoque accedunt, de quibus hoc eſt in principio faciendum. ℞ celidoniae, ordei, gallarum, ciperi, vlcera oris miromo **) adiuuantis 7° *de ſimplici medicina* auctore GALENO, canfcrae modicum, quae putredinem ſpargi non ſinit. Fiat decoctio debita, et excolatae addatur diamoron, modico cum melle roſato colato.

Ad ſurditatem hoc ſcribimus ex AVICENNA. ℞ Succi granati et caulium cum thure, oleo roſato

*) Legi poteſt etiam *dta.* SART. forte duritiam.
**) Leg. *miro modo.* G.

roſato et aceto decocti in cortice ſuo. Quod ſi materia calida nimis fuerit, ſolatri aqua addend: eſt. *Ad viſus debilitatem* aquae feniculi modicum cum aqua roſarum accedit perutile. *Ad vigilia.* Philonii ʒ. I. aut requiei, item ſirupi de papa uere ʒ. I aut Alkaiber pillula vna vel formae in naribus, ſicut oliuae oſſa ſunt, ex caſtorei ℈. I opii ℈. 2. confectae, quum ſomnus adeſt, illicc extrahendae ſunt idonea. Omnium autem horum ſuo in principio, quum ſaepius fiant materi: ex imis aſcendente ad caput, optima diuerſio eſ medicina repercuſſioque. *Ad viſcerum cauma*, quae dicta ſunt intentione ſecunda, item et 4ª 3ⁱⁱ capitis conferunt. *Ad extenuationem* foedam, et per conſequens *ad virtutis proſtrationem*, morbo et cauſſi eius abſciſſis, licet et ſemper cibi moderatae quantitatis, multae vero qualitatis ac facilis digeſtionis praecipui ſunt, quoniam, ſtomaco hepateque ex morbo iam debilibus factis, indebita celebratur digeſtio. Electuaria quoque reſumptiua de ethica capite reperienda ptiſique maxime conferunt, ad mortem vero cura haec totalis, et haec ſatis.

Septima intentio.

Septima et vltima intentio eorum eſt, ad quae vertitur hic morbus. Ea vero *vlcera* ſunt *genita per aegritudinis ſucceſſionem*, quoniam reſiduum

cor-

corruptionis exulcerantis ad ea loca natura expellit, quorum vlcerum ea ſunt meliora, quae ſaniem bonam emittunt, vt 4^a 4^i Avicenna eſt auctor. Corpora etiam, ait Abohaly, ſuſceptibiliora curationis ea ſunt, quae melioris complexionis, boni ſanguinis pauciorisque humiditatis ſuperfluae ſunt, nec mulierum, itemque nec nobilium ob multam ingluuiem et modicum exercitium, praeſertim praegnantium, corpora, item hydropicorum, item ſuperfluae ſiccitatis, vt ſenum ſunt, humido conglutinatiuo carentia.

Cura igitur expeditior fit miro ordine a nobis breuiter inſtituta, regimen ſiccum, ſi vlceris complexio ſicca ſit, licet non valde ſiccis exſiſtentibus, vt diximus, cauſſis, aer et cibaria ſicca conglutinatiuaque; brodecta igitur cum pane craticulato vel in brodio extremitatum animalium, riſum miliumque ac modicum boliar decocta. Carnes idoneae ſunt turturis, caro veruecis, leporum et turdorum: potus modicus diebus ſingulis, cyathus puta vnus mane veſperique, item alter vini, ſcilicet auſteri, aqua chalybeata immixti. Vigilia ſolita diuturnior eligatur, quies, ſi membra inferiora praeſertim laborant, ſi vero ſuperiora, exercitium confert. Laborans igitur inferioribus membris potius conquieſcat, ſuperioribus vero exerceatur; ſuperfluitates primaeque ſecundaeque digeſtionis natura vel arte quotidie educantur. Animi accidentia euitentur

tur praeter triſtitiam, quoniam cum hoc, quod exſiccat, etiam trahit ad centrum, vt ſupra ex Galeno notauimus, itemque diuertit. Vlcerum enim, vt *pi* 4^a et 4^i 4^a ait Abohaly, medicina exſiccatio eſt; at ſi in vlcerum initio ad ea dilabantur, ſuperfluitates diuerſione maxime euacuante dimoueantur, vt ſuperius capite diximus tertio. Ait enim 4^a 4^i Abohaly: *Vlcerum malignorum cura eſt malignis obuiare ſuperfluitatibus et corrupto regimini, praecipue quum vlcera illa puſtulas conſequuntur. Eſto*, ait, *diligens, ſi quid ad ea currit, flebotomia ventrisque ſolutione educere: Superfluitates etenim iſtae vlcus ſerpere cogunt, membri calorem corrumpunt, vlcusque conſolidatum diſrumpunt.* Quoniam autem 6° puta quoque die ſuperfluitatis quid aggregatur, ideo tunc, quod euacuet, adhibeto, neue in illis vlceribus, quid ad ea excurrit, recipiatur, ab vlcerisque mala complexione trahatur, ex membris laeſis ſcilicet vitio quartae digeſtionis, mala item complexione humores corruptos adducentibus, in vlceris circuitu medicamen ponendum eſt, quod membri illius calorem confirmet, quodque ſuperfluitates coherceat ac vlceris ſparſionem. Hoc enim praeſidium maximum eſt. ℞ olei roſati, olei de mirto, olei de camomilla an. ʒ. S. florum ſticados, camomillae ſeminis lini an̄ ʒ. S. terrae ſigillatae, boli armeni, balauſtiarum, camforae, ſeminis iuſquiami

an̄

an̄ ʒ. 1. myrrhae, aloes, cinnamomi, croci an̄ ℈. S. cerae, quod ſufficit, fiat vnguentum ſuper panno lineo apertione media perforato debite extendendum.

Quoniam autem vlcerum decentem curam multa impediunt, ab eis ideo, quidquid illa impedit, remoueatur, veluti mala complexio eſt, dolor, ſordes, virus, ſanies craſſa, putredo, caro mala, bonae carnis defectus, vlceris durities, oſſis corruptio, quibus amotis, vlcus ad coitum pertrahatur. Mala complexio tollitur ſuo contrario, vt ſi calida, frigido, ſi vero frigida, calido. Dolor eo modo euellitur, quo de accidentibus curandis diximus intentione; ſordes, quae ſuperfluitas craſſa eſt, virus, quod ſubtilis eſt ſanies, craſſa, quae ſuperfluitas alba eſt, medicinis abſtergentibus, quae magis valida minusque ſint, amoueantur, caro mala medicinis acute corrodentibus auferatur, quae et ſi non conferunt, veſſicatorio dicto ſuperius id fiat; caro bona medicinis eam aggenerantibus reficienda eſt. *Quum enim*, ait Avicenna, *vlceris ſpatium prolongatur, ipſum putreſcit, plurimumque carnis deſtruitur. In quo ſi virus corrodens apparet, malitia etiam membrum mortificans, corroſiuum atque ambulans appellatur, ſi vero profunde conſumit, lupus dicitur aut cancer; ſi autem concauum cauernoſumque eſt ac profundum ad fiſtulae formam, cum orificii*

anguſti calloſitate, fiſtula dicitur. Haec enim vlceris genera non, niſi ſecundum profundum conſolidantur, praeſertim ſi vetuſta ac annicula ſint, quoniam quum carnis tantum, quod repleat, generari non poſſit, ad ſuperficiem exaequari non poſſunt. Si vero modica caro deſtructa eſt, facile ipſa reficitur.

Vlceris oris durities cum propriis aufertur, quo infra dicentur, oſſis autem corruptio ſub vlcere infectioque raſpatorio, donec os mundum appareat, abradatur, ſuper integente carne, quod ſatis ſit, abſciſſa; at ſi abradi medicinisque corruptio ſiſti non poſſit, kauterio corrigatur, quo vlcus ipſum etiam cohibetur. Illud enim efficit, vt *4ª pⁱ* AVICENNA teſtatur, ne corruptio ſerpat, membrumque, cuius complexionem volumus emendare, confirmat, materias quoque corruptas, quae in membro continentur, reſoluit, et ſanguinis fluxum coercet. Kauterio ideo lichenem Romani curabant, vt ſcribit PLINIVS loco ſuperius adnotato. Ex quo patet AVICENNAE error 7ª 4ⁱ dicentis: *Kauterium ſuper baras noxium eſt, quoniam eo ipſa ſpargitur atque multiplicatur.* Vlcus autem mundum ſuperficieique exaequatum, et ab omni impedimento immune nil vltra praeter conſolidationem cicatrizationemque requirit. Quia vero haec vlcera a materia adducuntur malae proprietatis,

tis, ideo, quod ei obuiat, in vnguentis addatur, vt bolus armenus eſt, terra etiam ſigillata, aloe myrrhaque, quae ea a futura etiam corruptione tuentur, vt ſupra in defenſiuo vnguento monſtrauimus; bolus enim armenus vlceribus pectoris ac fiſtulis confert, GALENO auctore *9º de ſimplici medicina*, qui et cum zucharo roſato phtyſicos mirifice curat, quoniam exſiccatiuum eſt, et vlceris cura exſiccatio eſt; at vero ſi quis obiiciat, frigida vlceribus inimica eſſe, *5ª aphoriſmorum* auctore HIPPOCRATE, talia ſunt bolus armenus, acetum ceteraque hoc genus, ad haec reſpondemus, eum de frigidis validis aut humiditati adiunctis intelligere, aut puris; Frigiditas autem boli armeni et aceti non vehemens eſt, eique ſiccitas magna atque caliditas iuncta eſt, atque medicinae calidae, qualis aloe cernitur, temperantes.

Simplices igitur medicinae hae ſunt, pº quae complexionem malam excludunt, calidae ſcilicet, ſi frigida, frigidae vero, ſi calida, aut humidae, ſi ſicca, vel ſicca, ſi humidae, atque hae vnicuique patent, licet ſemper eligendae ſint membro beniuolae *). — — Dolorem vlceris partim huius

 4ⁱ ca-

*) Hoc loco lacuna duarum ſyllabarum relicta eſt. SART.

4 capitis, 4a intentione, partim ſexta leguntur. Vlceris ſordem lilii radix ſine mordicatione abſtergit, itemque lixiuium, virus rodens balauſtris, gallis, plantagine, fermentorum cinere, gentiana et antiquo oleo tollitur, prohibentque, ne amplietur caulis et butirum; ſaniem malam craſſam atque putredinem amouent hypericon, lupinorum farina, quae et cancrenam tollit, vt expertum habetur, roſa quoque myrrhaque et abſinthii ſuccus, item aqua aluminis ſalſaque, acetum item roſatum, vinum, mel atque lixiuium. Ait enim libro *ad Paternianum* GALENVS: *Vlcera et fiſtulas, quae medicamine nullo curari poſſunt, vinum, mel et lixiuium ad ſanitatem diſponunt.* Ait item 2o *canonis* AVICENNA aquam piſcium ſalitorum putrida abſtergere vlcera, vrinamque ſcabiei, ſaphati malisque conferre vlceribus. De aceto prima huius capitis intentione ſat diximus. Caro mala nigro elleboro, ſerpentaria, vſto aere atque ceruſa abſcinditur, item et vnguento, quod MESVES Aegyptiacum nuncupat; oſſis corruptio ariſtologia, aloe, myrrha et ireos amouetur. Carnem idoneam reficientes hae ſunt, peucedanum, ginaprium, maſtix, quae et oſſa ipſa reſtaurat et cicatrizat; myrrha item, ireos, oppoponacum, ſarcocolla et ariſtologia longa mirifice carne oſſa cooperiunt, vt MESVES atteſtatur. In profundis item hae praecipue carnem aggenerant, eam replent aequantque, roſa, len-

tes,

tes, cinisque tamariſci proprius his, quae difficilia ſunt, vlceribus. Quae enim carnem refectura ſunt, ſicca primo gradu ſaltem eſſe oportet, conſolidatiua vero 2°. quae etiam cicatrizant, vt aiunt, in tertio gradu. Quae itaque conſolidant cicatrizantque ſimul, hic ſcribemus. Aloe fiſtulas vlceraque maligna conſolidat, praecipue virgae, vt *ſexto de ſimplici medicina* ait GALENVS, plantago vero difficilia, etiam inteſtinorum, maxime ſi vſta ſit, eſtque prima, non vltima medicina. Idem balauſtia operatur, et labia cohaerere facit. Nullus autem compoſuit libros, vt ibidem ait GALENVS, adducitque *colliget quinto* AVEROIS et *2o canonis* AVICENNA, quin ea vtatur; Centaurea, cortexque glandium cerri carnes diuiſas conſolidant. Cerri enim glandium corticis decoctione ſola epota vni mulieri vulua diſrupta ex toto adhaeſit, vt ferro iterum referanda fuerit ad vrinae emiſſionem. Ciperi radix mirifica eſt, praecipue oris vlceribus. Peucedanum male morigeratis vlceribus optimum pharmacum eſt mundans, incarnans et cicatrizans. Olibanum recentia cogit, ſanatque aduſtiones, quod et bolus operatur armenus, tutia vero morſus, item gallinae, anetum quoque exuſtum ambulantibus, fraudolentis, ſanioſis et antiquis proprie genitalium vlceribus ſtatim ſubueniunt. Papirus item et ſandaracca fiſtulis proſunt. Elleborum biduo triduoue adhibitum vlcerum labia dura fieri

 tollit,

tollit, vel iam durata emollit, vt Mesves, ſeptimoque de ſimplici medicina Galenvs teſtantur; Ginaprium etiam et ſolatium rubei ſeminis citrinique follis idem efficiunt. Aes quoque aduſtum lotumque omnium medicinarum, quae conſolidant, optimum eſt, ſtipticum facit, atque temperate exſiccat, item et cicatrizat. Aeris aerugo item vlcera mundat conſolidatque; cauda equina neruoſis vlceribus admirabilis eſt; lingua auis, id eſt, fraxini ſemen, ambulantibus, fraudolentis, profundis antiquisque vlceribus et perſico igni medetur. Folia olearum cancri etiam texta vehementer conſolidant; pix mundat atque conſolidat; opi omnes, id eſt, ſucci, lacque titimalorum vlcera ſanant carbunculoſa, cancroſa fiſtulasque; rafani empiaſtrum et mellis cancroſum radicitus tollit vlcus. Gallae ſecundum Avicennam capitulo proprio groſſique ficus acerbae cum melle antiquis opitulantur vlceribus, caricae vero cancroſis, quibus et ſtercus lacti iunctum et aqua ciclaminis lotum mirifice prodeſt; climia item argenti, ciceris quoque farina caſtoreumque et cinis vrticae fraudolentis conferunt et cancroſis. Haec fere omnia a Galeno libro *de ſimplici medicina* et ab Avicenna *ſecundo canonis* et 4^a 4^i excerpſimus. Olea, quibus vnguenta confici poſſunt, vlceribus propria haec ſunt: Oleum de Kerua, oleum item mirtinum, oleum etiam maſticinum, oleum quoque de alkitran, oleum

oleum et laurinum, oleum quoque ireos, oleum item coſtinum, ceteraque hoc genus. Compoſita, quia varia requiruntur ſecundum varias vlcerum intentiones, propterea illa cum cera rubea aut viridi conficienda hoc loco omittimus, quum ex dictis facile, dum opus fuerit, ea confici poſſint. Vnguentum tamen de oppoponaco perutile ait eſſe Mesves, multaque hoc genus ab eo aliisque auctoribus legere potes.

Epilogus.

Omnia tandem praedicta de morbi huius curatione paruo epilogo dicimus concludentes. *Hic morbus, quoad cauſſam, oratione curatur, qualitatis amotione, diaeta, digeſtione, euacuatione complexionis et proprietatis malae calorisque extranei, interiorum ablatione, membrorumque digeſtionem et humores regentium confirmatione; Quo vero ad morbum, in initio repercuſſiuis, in declinatione reſolutiuis, mediis vero ex his mediis in temporibus malae complexionis proprietatis et caloris exteriorum cutis amotione, accidentium extirpatione, et vlcerum, ad quae vertitur aegritudo, euulſione,* totum, ſi Deus voluerit. Haec de eſſentia, cauſſis ſaphatique curatione dicta ſufficiant ad laudem et gloriam Dei

omnipotentis, qui ſui miſericordia et bonitate haec nobis conceſſit, cui ſit imperium in aeternum. Amen.

Deo gratias.

„Hoc Opus deſcriptum fuit ex MS. Codice XXXVIII. Plutei LXXIII. Bibliothecae Mediceo-Laurentianae membranaceo in 8. maiori ſaeculi XVI. et poſtea diligenter collatum cum dicto codice per me Canonicum ANTONIVM SARTIVM, eiusdem Bibliothecae vice-Praefectum, die VIII. Maii MDCCXCII."

IV.

IV.

Antonius Codrus *).

Alexander Sartivs tuas mihi litteras reddidit, in quibus praecipue illud erat ſcriptum, Aldvm ſcilicet velle, vt ego illi fidem haberem et perſoluerem id, quod librorum graecorum nomine ei deberem. Ita feci, accepi a Sartio libros Aristotelis *de animalibus* et vocabularium vnum. Ego illi numeraui biſlacos quattuor et libras octo, ſed

prius

*) *In hoc Codri volumine haec continentur. Orationes, ſeu ſermones ut ipſe appellabat. Epiſtolae Siluae Satyrae Eglogae Epigrammata. — Impreſſum Bononiae per Ioannem Antoniu͞ Platonidem* — mcccccii. f. Praefatus eſt Philippvs Beroaldvs *Iunior.* Haec duo opuſcula *de morbo gallico*, quorum fit mentio, videntur fuiſſe Nicol. Leoniceni et Montesavri, aduerſarii. Poetam hunc coaeuum primae lui (mortuus enim eſt circa a. 1500.) nihil in medium de amoris viro adduxiſſe perquam mirum eſt, quippe poetarum eſt amores ſuos canere.

prius vendideram duo opuſcula *de morbo gallico* ſolidos decem et duos theocritos, vnum ſolidos quadraginta quinque, alterum quadraginta *).

Illorum ſortis miſeret. Nam ſiue per orbem
Bacchatur veſana lues, ſeu bella refuſo
Sanguine crudeſcunt, ſeu quicquam fata minantur **).

*) Epiſt. Baptistae Palmario ſcripta a. 1498.

**) Satyr. II. *in ignorantiam.*

V.

Anonymi Prognoſticatio *).

La grande et conſideranda conſtellatione de doi planeti ponderoſi cioe de Saturno et Ioue la tremenda coniunctione molte miſerie denunciate, che fu nello anno M. CCCCLXXXIIII. XII. di Nouembre

*) *Pronoſticatiōe in vulgare rara* 2 *pui non odita la quale expone e dechiara alcuni influxi del cièlo: et la inclinatione de cette conſtellatione: cioe de la coniunctione grande: et dela eclipſe: le quale ſono ſtate a queſti anni quello de male o de bene demonſtrano a queſto tempo: et p lo aduenire. Et durara piu anni cioe ì fino al anno M. CCCCCLXVII. Aſtrologia.* — In calce: *Impreſſo in Milano per Ioanne Angelo ſcinzenzeler. Nel anno. M. CCCCC. XIII. adi. XXVIII. de ſeptembre.* 4. plagg. 4. Quis auctor ſit, non liquet, ſed totus in eo eſt, vt, quae vis ſiderum ad mutationes rerum et ad gignendos morbos ſit, demonſtrare moliatur vſus ſimilitudine. Plures ſub hoc tempore libelli ſcripti ſunt, quibus futura rerum euenta, principum clades et mortes hominumque miſeriae, item varia morborum genera praeſagiuntur. Vide infra Avgvstin. Niphvm. Ecce et

bre a hore VI. minuti IIII. dapoi il mezo di cancro ſopra lo orizonte aſcendente la coniunctione di

et alios! *Ad Reueren. Sacroſanctae eccleſiae ſidus fulgentiſſ. D. D. ſuum Obſeruandiſſ. D. D. Grimanum Cardinalem. S. Marci Patriarcha. Aquil, et Epm Por. Dioniſſ Thomae Philologi Iauothi Rha. Artium et Medicinae Doctoris Eiusdem Humillimi Familiario Pronoſticon Anni. M. D. XVII.* — In calce: *Datum Romae. Anno* 1516. *Nonis Nouembris.* 1 plagg. — *Dialogus epiſtolaris. Doctoris* IOSEPHI GRVENBECK *et Burckhauſen. in q. Arabs quidam Turcorum imperatoris. Mathematicus, diſputat cũ Mamulucho quodam, de Chriſtianorum fide ꝯ Turcor ſecta, atque inde de bellorum et Aquarum exundationibus, fame, Peſtilenciis, et aliis horribilibus plagis, q̄ Anno vigeſimo quarto ex oĩm planetarum in ſigno Piſcium cõ figurationib9, obuenture ſunt.* ſ. a. — in fine: *Impreſſum Landshut* ꝑ *Ioane Weyſſenburger.* 4. Exigui momenti libellus eſt, vnde hoc vnum intelligitur has ſiderum coniunctiones futuras fuiſſe a. 1524. menſe Februario in ſigno piſcium. — *Pronoſtico Del Excellentiſſimo Aſtrographo Zachuth. da Ferrara.* M. D. XX. I. — In fine: *Ex Vranies Aedibus Datum Ferrarie. Finis.* 4 ½ plag. (Bibl. acad.) — In his vero, quae huc attineant, nihil reperire licuit. *Prognoſticatio ad vigeſimum quartum duratura, per eximium Doctorem Theophraſtum Paracelſum. Ad illuſtriſſimum ac potentiſſimum principem Ferdinandum Roman. Regem ſemper Auguſtum etc. Archiducem Auſtriae etc.* con-

li quali non puo uenire ſe non paſſate molte reuoutione de anni et molti corſi de planeti. — Ma perche la ſignificatione de tal conſtellatione ſe extendera a piu anni. —

Et he da notare che queſta conſtellatione occupa la quita caſa laquale e caſa de le volupta et piaceri peruertira adonque tali pieceri et fara li homini ſtudioſi et dediti ale brutte laſciuie con ogni intemperantia et petulantia et implicati da deſiderii uitioſi et inhoneſti, dediti al uino et a la creapula et impuri ſordidi et impudichi circa li acti venerei cioe luxuria. o quanti Italiani ſarano queſta conſtellatione circa lo amore di putti inclinati, et quanti gallici cioe francioſi anchora. et quanti cynedi anchora produra con impura et libidinoſa mollicie del corpo, et quanti ruffiani anchora et quanti adulteri. et quanti etiam ſtupatori et ſacrilegi, et quando ale fornicatione, quando a li ſtupri, quando a li adulterii, quando a li inceſti ſe daranno li homini deſideroſi faciare li nefarii ſoi deſiderii dando

conſcripta. Anno XXXVI. — In calce: *Excuſum Auguſtae Vindelicorum, per Henricum Steyner, XXVI. Auguſti An. M. D. XXXVI.* 4. (Bibl. noſtra.) Eſt more reliquorum vates politicus. Loquuntur figurae ex more ſeculi, de quibus narretur fabula.

dando grande opera a i uicii, menando la uita a coſtume de animali brutti. —

De la ſpecifiatione de alchuni climi infecti per il uicio de ſaturno.

Capitulo ultimo.

Molti inſcii et ignoranti dicono che la conſtellatione ſolum influiſce uniuerſalmente et non in particulare. —

Nello anno adonque M. CCCCLXXXVIII. et M. CCCCLXXXIX. et MCCCCXC. ſera bona fertilita — et li in quelli medeſimi paeſi ſurgerano molti mali fame et lite. doue la ferocita di Marte durara per cinque anni — et varie paſſione uegnirano ali homini le quale coſe i medici non poiano curare. et amorzata che ſera una lite ſubito ne ſurgera unaltra et li homini ſentirano molti mali et gran freddi. —

Dapoi nello anno. M. CCCCLXXXXI. et M. CCCCLXXXXII. et M. CCCCLXXXXIII. le coſe da mangiare ſerano in competente et bono preſio in lamagna alta et in Francia et Inghelterra li homini fugirano in queſti anni de logo a logo prae timore de la morte, et i magnati patirano grande

grande alteratione in la parte meridionale, et in occidente le aque ſarano danno a li homini et *li giudei ſerano auenturati* et molti exalti. — et la morte di magnati ſopra uegnira, impero che Iupiter ſe oppone a Saturno in caſa regale, et i magnati ſerano contriſtati, et noui mali ſopràuegnerano a i layci ſotto poſto a Leone. et quando il peſtifero intrara in la caſa di Marte i principi et i leoniſti patirano. Et quelli medeſmi mali ritornarano nellanno M. CCCCCXXI. et MCCCCCXXII. et MCCCCCXXIII. impero che il ſole doe uolte ſera eclipſato in quello tempo et la luna tre volte.

Nello anno. M. CCCCLXXXIIII et M. CCCCLXXXXV. vegnira la fama- et lo aere ſera turbulento, et ſarano molte piogie, et in occidere uegnirano molti mali con effuſione di ſangue. —

VI.

Iacobus Vnreſtus *).

Vnd alls man zelt 1498. im Monat Aprilis iſt geſtorbn derſelb grosmechtig kunig KARLL an Leib Erbn an dem Prechn**), den man nennt *Mala frauntzos*, und nach Im wart zu Frankreich kunig Hertzog LVDWIG *von Orlientz*, ſeiner Sweſter Sun.

*) IACOBI VNRESTI, *theologi et ſacerdotis Carinthiaci, Chronicon Auſtriacum Pars poſterior*, FRIDERICI III. *Imperatoris vitam luculenter deſcriptam imprimis exhibens.* Extat p. 798. ſeq. T. I. SIM. FRIDR. HAHNII *Collection. Monumentorum veterum et recentium ineditorum*, *Brunſvigae* 1724. 8. Finit chronicon cum bello Heluetico. Vixit auctor ſub MAXIMILIANO I. Imp.

**) Vulgo ſcribitur *Brechen* i. e. delictum. v. SCHERZII Gloſſar germanic. medii aeui T. I. p. 184. *gebreſt* p. 485. *preſten* p. 1240. T. II.

VII.

Bilibaldus Pirckheimer *).

Huc cum ſaeuit atrox inimico ſidere **) peſtis
Crebraque vulgati popularunt corpora morbi,
Infecti lue peſtifera triſtique veneno
Portantur, ne dira lues collectior vrbem

Polluat,

*) Bilibaldi Pirckheimeri *Opera politica hiſtorica philologica et epiſtolica — collecta, recenſita ac digeſta a* Melch. Goldasto, *Francof.* 1610. *f.* Hic vir cl. et conſularis Noricus, Maximiliano I. et Carolo V. Imp. a conſiliis, natus Eyſtadii a 1470. denatus a. 1530. cuius encomium ſcripſit Erasmvs Lib. XXVI. Epiſt. 33. Patauii ſtudiorum cauſſa commoratus eſt circa a. 1491 — 92. vt ex litteris ad patrem datis patet, at vero nihil quod e re noſtra eſſet, litteris conſignatum reliquit praeter iſthoc tenue fragmentum.

**) *Xenodochium ad diuum Sebaſtianum c.* 21. *p.* 160.

Polluat, et regnet totum inter moenia virus,
Ergo extra aegra ferunt letali corpora morbo
Seu ruitura neci, ſeu reſtituenda ſaluti,
Et curas adhibent, dum ſpes ſuper vlla trahatur.
Praeterea quos *mentagrae ſerpentis adurens*
Corrupuit ſcabies, illo curantur, et illo
Accipiunt alimenta loco, dum corpora morbus
Deſerat, et membris decedat noxius humor. —

VIII.

Auguſtinus Niphus *).

Illud coeleſte, quod diluuium portendere creditum eſt ab aſtronomis, breuibus ALVERNIATA collegit in *libris Meteororum*, cum inquit: *Cum enim* SATVRNVS et IVPITER *de aerea triplicitate in aqueam mutati*

*) *Auguſtini Niphi Philoſophi Sueſſani de falſa diluuii prognoſticatione. Quae ex conuentu omnium Planetarū: qui in Piſcibus continget Anno* 1524. *diuulgata ē. Libri tres. Ad Karolū primū diuino afflante ſpiritu Caeſarem: ſemper Auguſtum.* — In calce. *Florentiae p Haeredes Philippi Iuntae Anno dñi. M. D. XX. menſe Aprili. Leone X. Pont. Impreſſum ac ultimo reuiſum.* 4. cap. 12. (Bibl. acad.) Clarus inde ab a. 1492. philoſophus, philologus, medicus, vario nomine dictus EVTYCHIVS, PHILOTHEVS, SVESSANVS, MEDICES, IOANNEM STOEFLERVM, Germanum, diluuii maximi (ASTRVC De Morb. Vener. P. II. p. 656.) a. 1524. futuri ex coitu Iouis et Saturni in *gradu piſcium* vatem, ſibi confutandum ſumſit, et quam malus ille augur ſit, abunde demonſtrauit. Quae ſenſerit de huius morbi originibus, ex hoc fragmento quidem colligitur,

mutati de nouo coniunguntur in humido ſigno, vt in piſcibus, et cum ipſis aliae humidae ſtellae conſiſtunt, VENVS *ſcilicet et* LVNA, *quae in mouendo humida potiſſimum vim habent, et nec a* SOLE, *nec a* MARTE *notabiliter impediuntur, magnum imbrium exceſſum generant, quem* ARISTOTELES *magnam hiemem appellat.* Fauet huic opinioni, quia aliqua coeli vis accidere poteſt, quae vniuerſum ad morbos alterare poteſt. Fuit enim aliqua coeli vis aliquando, quae vniuerſalem quendam morbum effecit, quo totum humanum genus fere occupatum eſt, veluti *Gallicus*

tur. Quod ad eius librum *de morbo gallico* attinet, dici vix poteſt, quanta ſit auctorum diſſenſio. Memorat eum LINDEN, p. 96. ſed alio nomine, ſubdubitat ASTRVC p. 656. T. II. fretus auctoritate GABRIEL. NAVDAEI, qui libellum IOANNI PASCHALI. Sueſſano, aſſignandum eſſe profitetur, idque, me quidem iudice, veriſſime. Fecit mihi Cl. FERRO copiam eius libelli, qui in catalogo Bibliothecae Caeſ. Vindob. et NIPHO, et SVESSANO adſcribebatur, ſub titulo: *Liber de morbo compoſito vulgo gallico appellato authore* IOANNE PASCALE *Sueſſano. Neapoli excudebat Ioannes Antonius de Caneto Papien. Anno* 1534. *nono Decembris.* Sed hic idem ad verbum reſpondet libro IOANNIS PASCHALIS edito in *Coll. Luiſ.* dubium ergo eſt, NIPHVSNE ſcripſerit vnquam id genus opuſculum, an plagii reus putandus ſit.

cus morbus. *Hic* enim *et reges, et pontifices, et religioſos, et ciues, et diuites, et pauperes, et omnes quaſuis gentes inuaſit.* *Conſtat autem hunc morbum ortum eſſe ab ea* Satvrni *et* Martis *coniunctione, quae* 1496. 6 *Ianuarii die 3. Piſcium decano contingebat.* *Hunc olim etiam in mundo eueniſſe tradunt anno mundi* 2436. *Hic enim Gallicus morbus, qui noſtris diebus emerſit, vniuerſale diluuium eſſe videtur,* et fortaſſe *non minus eo, quod ſub Noe fuit,* niſi quod illud per aquas totum humanum genus irruit, *hic morbus ob infinitarum aegritudinum complicationem.* Praeterea peſtis aliquando vniuerſum mundum occupauit, vt illa, quae 1348. menſe Ianuarii coepit. Peſtis enim, quam Hippocrates in *Epidemiarum* libro ſcribit in Thracia et Palaeſtina eueniſſe, magna fuit, ſed prouincialis. Illa quoque, quam Galenvs in *Commento eiusdem libri* Romae accidere ſcribit, etiam ſaeuiſſima fuit, ſed prouincialis. Illa etiam, quae Romae accidit temporibus Gregorii, et maxima fuit, verum omnes prouinciales. Sed quae coepit 1348. fuit coſmica, vniuerſum mundum occupans et ſaeuiſſima, quia vix gentium quarta pars remanſit, emerſit autem in vniuerſo a trium ſuperiorum conuentu ſ. Satvrni, Iovis et Martis, quae proceſſit anno 1345. 24. die Martii in parte aquarii XIIII. Si ergo eſt aliqua vis in ſtellis, quae poteſt vniuerſum mundum generatim ad morbum alterare, dari poteſt

 aliqua

aliqua in ſtellis vir, quae vniuerſam terram aquis poteſt occupare. — Rationes vero, quae pro mathematicorum parte inductae ſunt, friuolae videntur. — De morbis autem friuola ratio eſt. Primo, quia nullus fuit adeo vniuerſalis, quoniam euaſerint homines. Praeterea cum morbus per contagionem inficiat, ideo, poſtquam incipit, vniuerſum per contagionem inficere poteſt. At *diluuium per contagionem non poteſt ſe diffundere.* — Praeterea ſimile diluuium anno 1503. obſeruauimus factum eſſe ab ea trium ſuperiorum coniunctione, quae fuit in cancro, vbi hiems praeter modum excelluit, perſereque nonnulli viri inſignes, fueruntque complura naufragia. Aquae quoque nimium creuerunt, inundatio tamen regionis nullibi apparuit. —

IX.

Hieronymus Emſer *).

A morbo gallico liberati VII.

Puella quaedam gallico morbo correpta per votum conualuit anno M. CCCCxCIx. Mulier quaedam gallico morbo grauiter confecta poſt votum ſanata eſt anno M. CCCCxCVIIII. Item Dorotheae cuidam

*) *Epitome ad ſanctiſſimū dn̄m noſtrū Papā Iuliū ſecūdū ſup uita miraculis t̄ ſctīmonia diui p̄ris Bennonis Ep̄i quōdā inſignis et ingenue eccl'ie Miſſneñ Anno M. CCCCCV*, 4. ½ plag. — (Bibl. acad.) *Hanc elegiam ducentorum verſuum in apotheoſim i. canonizacionem* ſcripſit Hieronymus Emser, ducalis ſecretarius, et ſuperaddidit ſcriptionem alteram, ſed ſine nomine ad comprobandam Bennonis ſanctitatem, cuius *oſſa*, referente Buchholzero (Indic. Chronolog. p. 556.) *more ſolenni Miſnae effoſſa, exaltata atque collocata ſunt in tumbam marmoream* 16. *Maii* (1524.). Ita vero inſcripta eſt: *Vita beati Bennonis Epiſcopi Miſnenſis ad Leonem x. pont. max.* — In fine: *Edita hec ſunt Rome ſub Pontificatu Sanctiſſ. in Chriſto. Patris. D. n̄ri. D. Leonis Pape. X. Anno eiusdem Nono. Poſt Chriſtū aūt natum. M. D. XX. i. die xlj. Martii.* 4. 7½ plagg.

dam eodem morbo laboranti in extremo ſpiritu diui Bennonis numen ſubuenit anno M. CCCCXCVIIII. Ciuis quidam Torgenſis morbo gallico infectus poſt votum conualuit anno M. CCCCXCVIIII.

Sorores duae, quarum altera quattuor annos, altera vero quattuordecim nata erat, morbo gallico laborantes poſt votum conualuerunt anno M. CCCCXCVIIII. Ciuis quidam Miſnenſis et vxor eius in morbum gallicum inciderunt, poſt votum autem conualuerunt ambo anno M. CCCCXCIX. Item alia quaedam mulier morbo gallico infecta ſanari non poterat, quae poſt votum conualuit anno M. CCCCXCVIIII. —

A morbo gallico, nec non et aliis apoſtematibus curati XLVI.

Puella tredecim annorum Margareta, Ioannis balneatoris Rusbenſis filia, morbo gallico ita grauiter laborabat, vt oculum alterum penitus amitteret,

plagg. Mortuus eſt S. Benno a. 1106. eiusque miracula etiam morborum ſanatione contineri dicuntur. Quae ad morbum gallicum pertineant, prima et ſecunda inquiſitione confirmata, paucis transſcribenda curaui.

teret, per votum liberata. Teſtes xviii. Eiusdem oppiduli Ioannes, filius Michaelis steün, morbo gallico annum integrum vexatus ex voto liberatur. Teſtes xix. Andreas, filius Ioannis Schvltecz, xvi. annorum, *morbo gallico per omnem faciem* crudelem in modum *arroſus*, voto facto, ſanatur. Teſtes xxi. Anna Georgii Cvnheit, Noſſenſis, quattuordecim annorum anno integro *in pede gallico morbum gallicum paſſa*, voto facto, illico conualeſcit. Teſtes xxx. Annicula puella, Margareta nomine, Valentini Carpentarii, Kemnitzenſis, viginti duobus *vlceribus* ſeſquimenſem *infecta*, voto facto, ſpatio decem dierum mundatur. Teſtes in ordine xxxviij. Infantuli tres Andreae, ſcribae Kemnitzenſis, *morbo gallico vna contagione ſimul infecti* et aliquamdiu crudeliter cruciati, voto facto, ſtatim eodemque momento omnes liberati ſunt. Teſtes xli.

Adoleſcens Simon, patre Simone Ciphev, a vigeſimo aetatis anno per quadriennium integrum *morbo gallico exhauſtus ac corroſus*, voto facto, conualeſcit Teſtes xlvii. Simili modo alter, Ioannes Raspe, Kemnitzenſis, triginta annorum, cum per quinquennium hoc ipſo morbo crudeliſſime eſſet vexatus, voto facto, liberatur. Teſtis L. Wolfgangvs Baltasaris Schiffer deckers *ex diutino morbo gallico* ita *contractus*, *vt paralitico non*

multum differret, atque ita cum aliquot annos fuiſſet, voto facto, curatur. Teſtis LII. Vir quadrageſimum quintum natus annum, PAVLVS LEO, pagi Roſſau, tres menſes ex morbo gallico laborans, voto facto, tridui ſpatio liberatur. Teſtes LXVI. ANNA, filia VALENTINI STEINSETZERS, Lommitzenſis, *ex morbo gallico* triceſimo aetatis anno *paralitica et phrenetica*, voto facto, ab omnibus ſimul, tribus ſcilicet grauiſſimis morbis, illico ſanata eſt. Teſtes LXXII.

DOROTHEA ADAMI KEÜLHAV, pagi Vachnitz, a ſeptimo aetatis anno in octauum vsque menſem *per pleraque corporis membra ita crudeliter corroſa, vt oſſa nuda ſine carnibus extarent*, voto facto, breui tempore curatur ac reſtituitur. Teſtes LXXVI. NICOLAVS CLINGER, pagi Pruber ad oppidulum Lommitz, altero et quinquageſimo aetatis anno, *in facie multis vlceribus infectus*, cum votum BENNONI feciſſet, tertio poſt die, quum malum contraxerat, liberatus eſt. Teſtes LXXXVI. Sartor Piirnenſis, IOANNES TENCLER, vigeſimo aetatis anno cum morbo gallico infectus eſſet, eoque menſes duos laboraſſet, nec potuiſſet interea vllis medelis curari, voto facto, illico conualuit. Teſtes CXVI. Idem ipſe, de quo diximus, nono poſt anno *in lingua apoſtemate* contracto, cum ex eo tres menſes aegrotaſſet, voto facto, iterum curatus

ratus eſt. Teſtes, vt ſupra. Quidam VRBANVS DOMSICH, ſacellanus Gorlitzenſis, cum adoleſcens a morbo gallico, quo laborabat, per votum eſſet liberatus, ac poſtea in praeſtando negligentior eſſet, eodem morbo iterum corripitur, nec prius liberatur, quam nouo voto promiſſo ac veteri perſoluto. Teſtes CLI. Ruſticus pagi Niderau, VRBANVS GOSMAN, vir quadraginta octo annorum apoſtemate in gutture ita praeter modum intumeſcente, vt parum abeſſet, quin ſtrangularetur, voto facto, liberatus eſt. Teſtes CLIIII. Vir ſexageſimum quintum natus annum MATHEVS HANGK, Miſnenſis, et ipſe morbo gallico laborans, voto facto, curatus eſt ſtatim. Teſtis in ordine CLXXXIX.

Ex nobili familia natus, VRBANVS RHOTE, ex inferiori Luſatia oriundus, longo tempore morbo gallico vexatus, voto facto, quam primum ſanatur. Teſtes CXCVI. MATHEVS FABRI, clericus oppidi Goiſen, ab incurabili apoſtemate per votum ſubito liberatur. Teſtes CCIII. —

Puella quadrimula, CATHERINA, MICHAELIS VINCKLERS, Belgerenſis, filia, ab eo tempore *morbo gallico* correpta atque in decimum tertium aetatis annum vsque vexata ac *conſumpta*, demum, voto facto, breui tempore conualeſcit. Teſtes CCX. —

CCX. — Nicolavs Fabri, ſexagenarius, morbo gallico infectus, auxilio Bennonis per votum implorato, octauo poſt die, quonam morbum contraxerat, liberatus eſt. Teſtes CCLIIII.

Fiſtulae morbum nouem annos paſſa Anna, coniunx Philippi Asmans, pagi Glocke, ſtatim de voto facto ſanata eſt. Teſtes CCIX. Alexivs Vorffpeil, municipii Ceytz, cui cum *ſub mento apoſtema* tantum erupiſſet, vt paulo poſt *totum faciem occuparet atque corroderet*, voto facto, liberatus eſt. Teſtes CCLXV. Petrvs, filius Pavli Clementis, Mersburgenſis, viginti octo annorum *morbo gallico infectus poſt longos cruciatus* et ipſe ex voto liberatur. Teſtes CCLXXVII. Vir nobili familia natus Ioannes de Crokav, quinquageſimo aetatis anno *morbo gallico in naribus contracto*, cum ſexdecim menſes integros medelis incaſſum experiretur, tandem ſe ad diui Bennonis opem conuertens, voto facto, ſanatus eſt. Teſtis CCCXI. Evfemia, vxor Mathei Elderich, pagi Lupan, a vigeſimo ſeptimo aetatis anno annum poſt integrum morbo gallico vexata, voto facto, ſine vlla humana medicina ſanata eſt. Teſtis CCCXV. Pueruli tres Donati Globis, Dresdenſis, *noua* quadam ac *foeda ſcabie, quaeque medicis omnibus ignota eſſet,* vna contagione infecti, voto facto, vno eodemque momento omnes liberantur. Puerorum nomina,

na, Baltasar, Georgivs, Bonaventvra. Teſtes CCCXVIII.

Aliud ſequitur, quo mouentur de ſanctis dei pie ſentire, nec petulanter loqui. Mulier, Anna, trigeſimum quintum annum nata, vxor Ioannis Scoppels, Oſchaczenſis, morbo gallico aliquando affecta, ad diuum Bennonem confugiens, voto facto, breuiſſimo tempore ſanata erat. Cumque proba mulier, quod promiſerat, iam praeſtare gestiret, adeſt vir mulierem de propoſito verbis deducens atque interim ſanctorum auxilia mulierisque ſuperſtitionem irridens. Sed quid accidit? Vix mulier viri monitis obtemperauerat, ecce tibi plena *) vterque plectitur praeſentanea, nec iam, vt ante, mulier, ſed qui ex vtrisque natus erat, et vtrique aeque cordi eſſet, filio eodem morbo gallico correpto. Qui cum vir animaduerteret, errorisque poeniteret, diui Bennonis miſerationem implorans, votum ipſum pro filio fieri iuſſit, et liberatus ſtatim eſt. Teſtes CCCXXIX. Vir ſexagenarius, Nicolavs Helsche, pagi Lauehaim, praemagno apoſtemate in gutture contracto, vt parum abeſſet, quin ſuffocaretur, voto facto ſine alia medela ſolutus eſt. Teſtis CCCXLIIII. Vrsvla, coniunx Bartholomei Reyn, pagi Lauenltem,

*) Leg. *poena.*

tem, *ſex annos integros morbum gallicum in pudibundis paſſa, cum ea putredine caro fere omnis ad oſſa vsque eſſet conſumpta*, voto facto, absque aliis medelis continuo ſanata eſt. Teſtis CCCXLIIII. Catherina, vxor Petri Mvlke, Hainenſis, *integrum decennium* eodem *morbo laborans*, *filiumque* interea *enixa eo ipſo male infectum*, voto facto, breui vno eodemque tempore ſanatur. Teſtes CCCXXXIX.

Christophorvs Meidnig, Grunbergenſis, morbo gallico annos octo vexatus, voto per vxorem facto, ſanatur, cumque mulier in praeſtando negligentior eſſet, mulier duabus magnis aduerſitatibus affecta eſt, et cum hanc voti neglecti cauſam eſſe arbitraretur, alio voto facto, liberata eſt. Teſtis CCCXLVII. Nicolavs Molitoris, et ipſe Konsbergenſis clerus, *morbo gallico infectus atque in facie crudeliter arroſus*, ita quidem, *vt homines eius congreſſum fugerent auerſarenturque.* Quam ob cauſam homo magnis perturbationibus affectus, diui Bennonis miſeratione per votum implorata, liberatus eſt. Teſtis CCCL.

Bonaventvra Kvchler, Gorlicenſis, quinquennium morbo gallico infeſtatus, voto facto, liberatur. Teſtis CLXIX. Baltasar Schvarcze, adoleſcens, vigeſimo aetatis anno *morbo gallico ita per omnes venas infectus, vt medici non poſſe hominem curari dicerent*, voto facto, ſanatur. Teſtis CCCLXXIIII. Vir quinquagenarius, Mathevs Sebe, Gor-

Gorliczenſis, cum decennium integrum *in pede* altero *morbo gallico infectus* eſſet, ac octo annos operam medicorum fruſtra expertus eſſet, voto facto, breui tempore ſanatur. Teſtis CCCLXIII. Ioannes Alberti, rector parrochialis eccleſiae oppidi Ploczke, *morbum fiſtulae* paſſus vnum et vigeſimum annum, cum medicinis curari non poſſet, voto facto, ſanatus eſt. Teſtis CCCLVI. Valentinvs Benis Cunſbergenſis, morbo gallico longo tempore vexatus, voto facto, absque vllis medicamentis ſanatur. Teſtis CCCL. Elisabeth, ex antiqua et nobili Luttichiorum familia nata, *ficis*, morbi genere, *infecta*, cum aliunde liberationis ſpes nulla oſtenderetur, voto facto, conualuit. Teſtes CCCL.

R. P. Hieronymvs, Epiſcopus Brandenburgenſis, morbo gallico correptus, per votum illico ſanatur. Teſtis CCCLXXXII. Eques auratus ex familia Bugenhagen. Marſchalcus Ducis Pomeraniae, morbo gallico ita infectus, vt a medicis curari non poſſet, voto facto, praeter omnium opinionem liberatur. Teſtes CCCXLIIII.

Carolvs, Munſterbergenſis dux Sileſiae, morbo gallico et ipſe infectus, voto ad diuum Bennonem facto, eo ipſo momento liberatur. Teſtes CCCXCV.

X.

Philippus Beroaldus *).

(*Ebrioſus*) Scio me bibacem eſſe et vini cupidiſſimum. Sed hoc, ſi vitium eſt, longe profecto minus eſt, quam fraterna ſcortatio labesque meretricaria. — Adoleſcentes in ſcortis male audiunt. — Quis amaſius talia audiens non repente ſe damnet veluti *foeda vitioſitate maculoſum?* Quis venereus miles non haec in ſemetipſo recognoſcens ingemiſcat? —

(*Scortator*) Quo apologo ſcienter et feſtiuiter ſignificatur mortales obſeruare *papulas* alienas, in propriis *vlceribus* incurioſos. — Nos vero, iudices, nihil *verrucas* noſtras conuelantes ſimpliciter ingenueque fatemur malum eſſe ſcortari et forum aleatorium calefacere. —

*) *Declamatio* Philippi Beroaldi *de tribus fratribus, ebrioſo, ſcortatore, et aleone: non minus utilis. q̃ iucunda. — Dauentriae ex officina typographica Alberti Paſradi, Anno ſalutis noſtrae* M. CCCCC, XXVI. *menſe Maii.* 4. Claruit inde ab a. 1498.

XI.

Leonardus Giachinus *).

Nonnunquam etiam albo (helleboro vſi ſumus) in validis corporibus grauique *morbo*, qualis is eſt, quem modo *gallicum* dicunt.

*) *Leonardi Giachini medici Galenici libellus, cuius eſt ſcopus*; quantum detrimenti bonis literis afferat, *omiſſa ratione, aliorum ſcriptis temere ſubſcribere.* p. 98. v. *Nouae academiae Florentinae Opuſcula aduerſus Auicennam et medicos neotericos qui, Galeni diſciplina neglecta, Barbaros colunt. Lugd.* 1534. 8. Claruit Florentiae et Piſis circa a. 1530 — 1545.

XII.

Ianus Cornarius *).

Mentagra olim, *qui hodie morbus Gallicus ac Neapolitanus dicitur. Solet* enim *primum apparere circa mentum atque etiam virgam in viris*, quae *menta* et *mentula* Latinis dicitur. *Nec multum diuerſus morbus* eſt, *quem* μορφαῖαν *a* formae deturpatione *vocant*, et ſupra λειχῆνας dixi. —

*) *Vniuerſae rei medicae* ἐπιγραφὴ *ſeu enumeratio, a Iano Cornario Zuiccauienſi eius autore recognita ac aliquot locis aucta. Baſil.* MDXXXIIII. 4. p. 81. Diligentiſſimus veterum medicorum interpres, Profeſſor medicinae Marburgenſis et Ienenſis, Ienae a. 1558. die 16. Martii obiit.

XIII.

Thomas Rangonus *).

Temporibus noſtris anno 1488. vel ſaltem 1494. coitu trium ſuperiorum planetarum in ſigno cancri *contagioſus gallicus morbus*, dein anno 1527. venenoſae et peſtilentes comparuerunt impetigines.

*) *Ad clariſſ. ſalutis iuſtiſſimae vrbis Venetiarum Praeſides, D.* LAVRENTIVM LAVRETANVM D. IOHANNEM CORNELIVM *et D.* ANDREAM TAVRISIANVM *De repentinis mortiferis et, vt ita dicam, miraculoſis noſtri temporis aegritudinibus. Venet. per Auguſtin. de Bindonis* 1535. 4. *c. I.* v. ASTRVC. T. II. p. 675. Inclaruit inde ab 1496. vsque ad a. 1559. quo maior nonagenario diem ſuum obiiſſe dicitur, aſtrologiae longe deditiſſimus, hinc a Io. STOEFLERI, Germani, partibus ſtetit, qui maximam inundationem ex coitione IOVIS et SATVRNI a. 1524. futuram praedixerat. Sed res aliter cecidit, ac malus augur fuerat ominatus.

XIV.

Ioannes Antonius Roverellus *).

Liber de morbo quodam Paturſa qui vulgo gallicus appellatur authore Io. Antonio Bolognino ex Roverellis familia Mag. equiti D. Marco ſinclitico excellentem Patritium Ciprii de diſciplinis omnibus benemerentiſſimum

In quantum tibi debeam in medium afferre reſponſum poſtulanti, mi Marco, an de morbo quodam paturſa, vulgo gallico appellato, a priſcis medicis ſit dictum, mihi priſcorum quidem conſultatione et

*) *Ioanne Antonio Rouerellis Bolognino artium et medicinae doctoris de morbo quodam paturſa affectu tractatus*, MDXXXVII. 8. 3 ½ plagg. (Bibl. noſtra) Videtur Astrvc, cum aliter inſcribat libellum, et argumenti commemorationem omnino negligat, ab aliis pependiſſe, et Eloy (Diction. hiſt. de la Medecine T. IV. p. 120.) ſua ex Astrvco ſumſiſſe mutua. Neque vidit libellum Cl Girtanner Abh. über die vener. Krankheit T. II. p. 95. De vita

et afflatu fuit opus. Quod eo libentius conatus facere, quando noſtrates priorum dicta ita inſipide

vita Roverelli parum conſtat, ſtilus eſt horridus et varius, hinc inde obſcurus, operarum vitiis et litterarum tranſpoſitionibus nonnunquam ſic corruptus, vt, qui verus ſenſus ſubſit, fere ambigas. Hoc, quantum fieri potuit, expungendo errores et reſtituendo rectam interpunctionem tollere anniſi ſumus, cetera, in quibus dubii haeſimus, intacta relinquenda putauimus. Etiam in feruente ſcelere ac plagio auctor deprehenditur, cum Almenaris libellum omiſſa praefatione, ad verbum exſcripſerit, nulla eius facta mentione. Subiecimus ergo lectionis varietatem ſicubi eum male aſſecutus ſit, ex *Aphrodiſ.* editione. Neque tamen adeo ſpernendus Roverellvs videtur ob partem practicam, quae ei tota debetur, cum et varias auctorum opiniones de natura et qualitate morbi gallici, quatenus propius abeſt a lepra, perſtringat, et varios contagii modos explicet, et varias medendi vias probe doceat, vbi ab contagio vlcus virgae natum eſt, vel morbus gallicus fieri coepit, per purgationem, per balnea calida et ſudorem cientia, per vnguenta ex mercurio et guaiacum ex aqua decoctum. Sed hanc medicinam vt plebeiam et empiricam cenſet, ita fere reprobat. Hoc tamen videtur mirum, quod, cum in omnium manibus eſſet liber Almenaris, hominis arrogantiſſimi, hoc plagium, paucis annis interiectis, auderet Roverellvs, neque vero aliquis dete-

legentes ab eis dumtaxat haberi talis morbus ſcientia a notitia dicere non erubeſcant. Ego vero, quando medicinae principes accurate et eorum tam generice, quam ſpecifice dicta conſultauerim ac perlegerim, illorum pace aliter ſentio. Vnde de hac re hunc qualemcunque libellum affatim ſcribere ſtatui, atque idcirco tuo nomini dedicare mihi placuit, quod licet mihi iuxta id beneficiorum memoria. Nunquam debet ingratus, qui non reddit, ingratiſſimus omnium, qui obliuiſcitur. Cum ergo plura ac infinita beneficia in me collocaueris, vbique terrarum et locorum extollere idcirco nomine tuo et ſuauiſſimis muſarum vberibus tamen cognouerim, doctrina cum polleas, huiusce mei opuſculi ſcripta, dum a ſeuerioribus ſtudiis vacas,

detegeret. Cuius cauſſa (puto) in ſola libelli raritate quaerenda eſt. Aeque rarus eſt ALMENARIS *Lib. ad euitandum et expellendum morbum gallicum vt nunquam reuertatur, Venet.* 1502. 4. (Bibl. muſei brittann.) deinde repetitus in Collect. Papienſi 1516. f. Lugd. 1528. et 1539. 8. Venet. per Ioann. Patauinum et Venturinum de Ruffinellis 1535. 8. Baſil. ap. Ioan. Bebel 1536. 4. et vtraque Coll. Luiſ. Exſcriptus ROVERELLI libellus eſt ex ALMENARIS editione prima, quia ad amuſſim conuenit cum vtraque edit Ven. et Baſil. varietas ergo lectionis pertinet ſine dubio ad ſeriorem aphrodiſiaci editorem, praefatio ad plagiarium.

vacas, lectitando, ſi forte in tali alias diſceptatione occurreres, facile diiudicare potueris, quam vera ſit dictorum noſtratium opinio, etſi de hoc morbo, ſicut bene patebit inferius, priſci illi perſcripſerint. Accipe igitur munuſculum hoc ab amico tibi deditiſſimo. Namque ſub tuo nomine haec accurate ſelecta in lucem auditiora et ab omni reprehenſione magis tuta exire non dubitabunt, quando hac tempeſtate es virtutum literarumque omnium vindex, columen, itaque te, mi Marco, fautore et auſpice, te, reticere incipiam. Valeas tibi et bonis omnibus diu ac feliciter.

De morbi origine et diffinitione *).

Cap. I.

Conuenerunt ſapientes quidam, vt hic *morbus*, qui *apud Italos* appellat **) *gallicus*, nunc dicatur ſecundum ALFARABIVM. Principes Arabiorum, vocant *paturſa* ***), quod interpretatur *paſſio turpis Saturnina. Turpis* enim *morbus* eſt, quia

*) Haec prima libelli pars omnino ad ALMENAREM auctorem pertinet, practica ad ROVERELLVM.

**) *appellatur.* ALM.

***) *Nunc dicatur Paturſa.* ALMENAR. omiſſis reliquis.

mulieres incaſtas ac irreligioſas reputari facit, e generaliter omnes deturpat, et *Saturninus*, qui a SATVRNO propter eius ingreſſum in ariete, alii coeli diſpoſitionibus coadiuuantibus, originem traxit Et ſi illi influxus ceſſauerint, non propter hoc morbum ceſſare neceſſe fuit, quoniam *plura corpora infecta remanſerunt, a quibus alia inficiuntur.* Ex quo comprehendi poteſt, quod *adhuc per multos annos hic morbus durabit.* Ideo caueant homines, vt, de aliis ſumpto exemplo, de ipſis dici poſſit:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum!

Fuit autem *diſpoſitio a coeleſti influxu* tunc in corporibus impreſſa humorum aduſtiua ex parte ſigni arietis, quod calidum et ſiccum exiſtit, et per aduſtionem humorum frigidorum et ſiccorum productiua ex parte SATVRNI, qui frigidus et ſiccus natura exiſtit. Qui humores frigidi et ſicci ſiue melancholici, per aduſtionem geniti, pulſi *ad varia loca, varios dolores* inferunt, *et ad cutim varia puſtularum genera* producuntur *).

Definiatur ergo ſic. *Morbus gallicus ſiue paturſa eſt mala epidemialis diſpoſitio in membris corporis, praecipue in hepate et venis et eorum humoribus exiſtens, ex qua, veluti accidentia, ſequuntur dolores et puſtulae per vniuerſum corpus.*

Tan-

*) *Producunt.* ALMEN.

Tangitur *cauſſa efficiens*, quum dicitur *epidemia-*
s, quia a coeleſti influxu procedens, *formalis*,
quum dicitur *mala diſpoſitio*, *materialis*, quando *)
icitur *in membris*. Etiam tangitur differentia per
ioc, quod dicitur **), *ex qua ſequuntur dolores* etc.
De *finali autem cauſſa morbi* medicus corporalis non
e intromittit. Spirituales tamen medici debent
ſſe propter punitionem peccatorum. Quare qui
b hoc liberari aut ipſum euitare procurant, a de-
ictis caueant, et ***) mentem ſuam deo applicent.
Solus enim *deus languores ſanat*, vt inquit Mesve
n *de appropriatis*.

Ex qua diffinitione plura ac vtilia ſequuntur
corrolaria. Primum quod *hic morbus eſt vnus*, *et*
non plures, vt quidam inſufficienter dixerunt, quo-
niam de ipſo non poſſet vnica dari diffinitio, neque
vnicam ſemper cauſam haberet efficientem, neque
vnica illi competeret cura, neque vnicum haberet
nomen, quod inconueniens eſſet, vt pro parte
apparuit et manifeſtius adhuc apparebit. Secundum
corrolarium, quod male arbitrantur, qui de hoc
morbo capitulum inueniſſe credunt ſiue capitula,
vt de doloribus iuncturarum et de aſſafati, quoniam

 illis

*) *quum* Almen.
**) *dicit.* Alm.
***) *vt* Alm.

illis non competit diffinitio ſuperius aſſignata. Praeterea *non omnes dolores*, qui fiunt, *ſunt in iuncturis*, *neque omnes puſtulae aſſimilantur aſſafati*. Quare *neque hic morbus in eſſe cum illis conuenit*, *neque cura* eius ad curam illorum reduci poteſt, vt inferius manifeſtabitur. Tertium corollarium, quod qui curant tantum puſtulas, aut qui tantum *) dolores aduertunt, imperfecte curant. Quis enim perfecte poteſt curare capitis dolorem aut nimiam linguae ariditatem vel ſitim, quae a febre proueniunt, niſi prius curetur febris? Accidens enim ſequitur morbum, ſicut vmbra corpus, vt GALENVS *3. de accidenti*, et hoc pacto *dolores*, *vt puſtulae*, *curari non poſſunt*, *niſi prius hic morbus curetur*, quoniam iſta aut ſunt accidentia, aut aegritudines aſſociatae, quae ſequuntur principalem, et curam illius praeſupponunt, vt AVICENNA in *prima tertii* et pleriſque locis oſtendit. Quartum corollarium, quod ſi quis coniungat curam empericorum et curam iſtorum, qui regulariter operari credunt, vt emperici (et) vnguendo **), vt medici, purgando, quod adhuc inſufficiens ***) cura, quoniam per illa medicamina non remouetur illa mala complexio, quae in membris impreſſa eſt, et haec

*) *ad* ALM.
**) *et* ALM.
***) *eſt* ALM.

aec fuit cauſa, quare multi crediderunt ſe eſſe anos, et non fuerunt, et ſi aliquis ſanatus eſt, hoc uit, quia per medicinas ſolutiuas et vnctiones uerunt humores perfecte euacuati. Quibus euacuatis, natura fuit potentior ſupra morbum vel ſupra malam illam complexionem *), ipſam expulit, ıoc tamen non factum eſſet, niſi virtus eſſet fortis, et impreſſio fuiſſet modica. Vbi autem virtus fuit lebilis et impreſſio fortis, non potuit **) morbus expelli propter hanc diuerſitatem in virtute et impreſſionem ***). Quidam potuerunt ſanari absque medicinis, quidam cum medicinis, et quidam nullo modo ſanari potuerunt. Nos autem oſtendemus modum, quem experientia et ratio docuit ad ſanandum omnes, remouendo cum medicinis non ſolum *humorem actu facientem dolores et puſtulas*, et ipſum, qui paratus eſt facere, verum ipſam *malam complexionem*, *quae humores inficit*, ipſis tamen prius euacuatis, vt regulariter facere conuenit, et in hoc conſiſtit theſaurus curae.

Plura alia corrolaria inferre poſſem, ſed quia ſuperfluum eſt prolongare ſermonem in rebus, quae in medicatione nullum adferunt iuuamentum, vt ait

*) *et* Alm.
**) *hic* Alm.
***) *impreſſione* Alm.

ait Galenvs, primo regiminis acutorum, ſatis d
hoc dictum puto. Supereſt modo *de cauſis* de-
terminare.

De cauſis morbi gallici.

Cap. II.

Cauſarum *) duplex eſt genus, quoniam quaedam ſunt primitiuae, quaedam corporales, et iſtae duplices. Quaedam antecedens, et quaedam coniuncta. Primitiua poteſt eſſe in hoc morbo duplex, principaliter, quarum prima eſt *ſola influentia* vel *aeris corruptio, per quam cauſam eueniſſe pie credendum eſt in religioſis.* Secunda eſt *conuerſatio*, vt *per oſcula* et *lactis aſſumptionem*, vt *in pueris viſum* eſt, aut *per coitum*, vt *in pluribus* compertum eſt et *frequentiſſime eueniſſe.* Aliis autem modis, et praecipue *a ſola influentia vel aeris corruptione, rariſſime*, et etiam *per alios modos conuerſationis euenire potuit*, quod tuae conſiderationi relinquo. Satis eſt, vt ſcias *hunc morbum eſſe contagioſum*, vt experientia docet, et ratione ſimilitudinis, quam habet cum morbis contagioſis, non aliter

*) Quarum rectam cognitionem ex doctrina maiorum ſi quis habere cupiat, adeat Io. Argenterii *De Morbis lib. XIIII.* Florent. 1556. f. p. 51. ſeq.

liter credendum eſt. Vnde AVICENNA *ſecunda primi* in complendo ſermonem diſpoſitionibus aegritudinum: *Quaedam fiunt* *), *quae de vno ad aliud tranſeunt, ſicut lepra, ſcabies, variolae, febres peſtilentiales et apoſtemata putrida.*

Cauſarum vero antecedentium quadruplex eſt genus, ſecundum quod quatuor ſunt *humores,* qui *in materia huius morbi tranſire parati* ſunt propter eorum diſpoſitionem **), aut qui impreſſionem morbi ſuſcipere apti ſunt, vt ſanguis, cholera, phlegma, melancholia. Cauſa vero coniuncta eſt duplex, quia quaedam eſt ipſius morbi, et eſt humor, qui primo infectus aut alteratus a cauſis primitiuis inficit membra et alios humores, et hinc dicitur ***), cauſae primitiuae, mouent antecedentes, ſed cauſa coniuncta accidentium eſt humor immediate cauſans dolores aut puſtulas.

Sed hic poſſet quaeri, an mala qualitas exiſtens in humore, qui eſt cauſa antecedens, poſſit eſſe aegritudo, et videtur, quod non, cum aegritudo ſit paſſio viuentis, et humor non viuat. Ad quod reſpondetur, quod humor exiſtens in hepate

*) *ſunt* ALM.

**) *indiſpoſitionem* ALM.

***) *quod* ALM.

hepate et venis, infectus iſta mala qualitate, poteſt eſſe aegritudinis ſubiectum, dato, quod illa mala qualitas adhuc non ſit communicata membro, quoniam ipſa poteſt laedere operationem digeſtiuae *) hepatis et venarum, vt humores corruptos generet. Ergo per diffinitionem aegritudinis patet ipſam eſſe aegritudinem. Ad argumentum autem dicitur, quod ſufficit, quod viuens ſit ſubiectum denominationis, ſiue illud, quod denominatur aegrum, non autem oportet, quod ſit ſubiectum inhaeſionis. Imo ſtat, quod ipſe humor ſit ſubiectum, cui ipſa aegritudo inhaereat. Et ſi dicatur, quomodo humor poterit eſſe antecedens, et in eo eſſe ſubiectiue aegritudinem, dico, quod erit cauſa antecedens reſpectu dolorum et puſtularum, quia paratus fluere ad loca dolorum et puſtularum. Et erit etiam cauſa coniuncta, pro quanto cauſat malam complexionem in membro, et erit ſubiectum aegritudinis, pro quanto habet diſpoſitionem, per quam laeditur operatio membri, et ipſum facit denominari aegrum. Haec ſi bene conſideres, omnem difficultatem, quae circa diffinitionem fieri aut conſiderari poſſet, comprehendes.

*) *digeſtiuam* Alm.

De ſignis morbi gallici
Cap. III.

Signa ſunt *laeſio* ſiue nocumentum *in virga,* praecipue *corroſio* ſiue nocumentum, quod *aſſimilatur carolis* *), grauitas capitis et colli *dolor*, quae **) paulatine expanduntur ***) verſus humeros et ſpatulas vsque ad iuncturas primo brachiorum, deinde tibiarum, et aliquando fit in muſculis et lacertis, et aliis neruis, quae ****) ſunt in iſtis membris, et *augetur dolor in nocte*, et die diminuitur. Cuius cauſa eſt, quia humores in nocte a natura mouentur propter ipſam eſſe retractam et fortiorem, et etiam, quia ratione humiditatis noctis materia augetur, aut ratione frigiditatis, de die autem natura diuertitur a ſenſibilibus et aliis, et non ita humores mouet, tum quia debilitatum *****), quia circa alias operationes occupata, quia etiam ſigna cauſarum ex parte doloris et puſtularum oſtendam, ex aliis autem iam patebit in arbore ſignorum inferius declaranda. Si dolor eſt acutus et non multum tarde eminens, et puſtulae ſunt

*) i. e. penis puſtulae.

**) *qui* Alm.

***) *expanditur* Alm.

****) *qui* Alm.

*****) *debilitata, tum* Alm.

ſunt paruae, ad citrinitatem tendentes vel vlcerantes, et in cute aſperitas appareat, *a cholera* ſunt Si *) autem dolor eſt extrinſecus, paulatine eueniens, et puſtulae ſunt latae, ad albedinem tendentes, *a phlegmate* ſunt: **) Si iſta apparent, et ſunt cum poritrum ***) magnifico ****) aliquali dolore, *a phlegmate ſalſo* ſunt: Si vero ad nigredinem tendunt, et paruae etiam, ſunt *a melancholia*, dolore maxime exiſtente pauco: Si autem ad rubedinem tendunt, et dolor non eſt multus, *a ſanguine* fiunt.

Iſta tamen ſigna confundi reperies, ſi alia aſpexeris ſigna, quoniam, quemadmodum raro accidit corruptio in humore vno ſolo, teſte Galeno *primo regiminis acutorum*, ita raro reperies, quod ſolum appareant ſigna ſignificantia ſuper vnum humorum ſolum, quia oportet omnia ſigna in mente colligere et ea comparando ad ſe inuicem comprehendere, quod magis dominatur, et iuxta illius humoris dominium ita curam ordinare *****).

Progno-

*) *ſin* Alm.
**) *et* Alm.
***) *pruritu* Alm.
****) *et ardore* Alm.
*****) *inſtituere* Alm.

Prognoſtica.

Ad hunc morbum magis parati ſunt melancholici propter ſimilitudinem iuxta Aristotelem ſecundo de generatione: *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.* Et Avicenna: *Conuerſio in genere proportionali facilior eſt, quam conuerſio in contrarium, ſecunda primi*, et maxime illi, qui ſunt melancholici per aduſtionem, ſecundo illi, qui ſunt cholerici, tertio ſanguinei propter humorum abundantiam. Minus ceteris ſunt phlegmatici, et hominum omnium magis praeparati ſunt, qui habent corpora rara, et adhuc omnium magis illi, qui malis humoribus repleti ſunt, et qui vtuntur cibis melancholicis, ſicut leguminibus, carnibus antiquis et huiusmodi. Et *quando hic morbus eſt recens, eſt curabilis; Cum* autem *antiquatur, difficilioris eſt curae*, et *tanto magis, quanto antiquior*, quoniam illa mala complexio continue magis figitur.

Quare qui hunc morbum patiuntur, quam*) citius poſſint, liberari procurent. Item *habentes puſtulas eminentes multas et dolores paucos facilius curantur, quam qui oppoſito modo ſe habent*, et *qui nodos habent, qui gumme* **) *vulgariter appellantur, difficilius ceteris curantur. Iuuenes* enim, ceteris pari-

*) *quo* Alm.

**) *gummi* Alm.

paribus, ſiue *adoleſcentes facilius* ceteris *curantur.* Vnde Galenvs: *Non eſt poſſibile, illos, qui in aetate plus proceſſerunt, magis ſaluari, quam adoleſcentes.* 2. *Prognoſticorum.* Supereſt modo ad curam deuenire.

De cura morbi gallici

Cap. IV.

Curam huius morbi per ſeptem intentiones compleri arbitramur. Prima eſt ventris lenitio, ſecunda minoratiua euacuatio, tertia materiae digeſtio, quarta ipſius euacuatio, quinta membrorum alteratio, ſexta ipſorum confortatio, ſeptima accidentium correctio. Sed quia plus nocet error in ſex rebus non naturalibus, quia *) ſit iuuamentum medicinarum, teſte Serapione, *quinto Practicae ſecundo capite*, et Avicenna: *Amplius ſcire oportet, quod non omnis complexionis malitia ſuo medicatur contrario* etc. imo multoties ſufficit regiminis bonitas, ideo regimen in ſex rebus non naturalibus praeponendum eſt. Vnde, licet ſanis etiam debeatur regimen, illud appellatur conſeruatiuum, iſtud autem curatiuum. Cum igitur omnis cura ſit

*) *quam ſit* Aldi.

ſit per contraria, vt GALENVS *tertio Tegni* et AVICENNA *quarta primi*, et *hic morbus ſit valde ſiccus*, regimen debet declinare ad humidum, et quia, quoad eſſentiam eius, eſt *calidus*, quia aduſtiuus, et quoad humores, *frigidus*, quia humores ſunt frigidi et ſicci, oportet temperare regimen in actiuis, et in paſſiuis facere, quod declinet ad humidum, licet propter apertionem et humorum ſubtiliationem ac digeſtionem neceſſarium ſit adminiſtrare calida, ipſis tamen oportet aliqualiter frigida et confortantia, praecipue hepar et venas. Quare ſit aer in actiuis parumper declinans ad calidum, in paſſiuis autem abſolute declinet ad humidum, ſit boni odoris *), euentatus, et poteſt fieri in aeſtate artificialiter huiusmodi ſternendo folia canae **), ſalicis, iunci, vitis, roſas, violas eis miſcendo laurum et res boni odoris, et omnia iſta irrorando cum aqua. Circa cibum et potum diaeta non debet eſſe ſubtilis. Vnde HIPPOCRATES: *Tenues et certae diaetae in diurnis paſſionibus difficiles, quarto primo particulae.* Sit ergo panis non calidus, nec pluris trium dierum, bene coctus et fermentatus. Vinum ſit album, clarum, medii ſaporis inter dulce et ponticum cum aqua cocta debite permixtum aut cum aqua bugloſſae, boraginis et ſimi-

*) *et* ALM.

**) *cannae* ALM.

ſimilium, et hoc praecipue in declinatione, quia in aliis temporibus poſſent plures materiae duci ad loca dolorum.

Ideo ſi plures dolores adſint, bibatur rubeum *) vsque in declinationem. Carnes ſint ex caponibus iuuenibus carnoſis, ſed non pinguibus, et ex pullis et hoedis, et vitulis lactentibus, et pagni **) annualis. Carnes phaſianorum, perdicum et auicularum paruarum licet concedi poſſunt ***), tamen meliores ſunt carnes domeſticorum, quia magis de humido participantur. Et ****) piſcibus conceduntur petroſi, ſquamoſi *****), viuentes in bonis aquis. Et ex ſupradictis poteſt fieri ferculum, vt cum lacte amigdalarum et ſeminum communium et ptiſana ordeacea ******) eſt valde conueniens, far etiam et huiusmodi. Ex herbis melior eſt bugloſſa et borago ipſa. Vnde verſus:

Borago bona, quam dulcia ſunt tua dona!
Semper vireſcis et in omnia tempora creſcis.

Inquit borago:

Gaudia ſemper ago.

Item

*) *rubrum* Alm.
**) *agni* Alm. Recte.
***) *poſſent* Alm.
****) *Ex*, Alm.
*****) Deſunt ap. Alm. *petroſi*, *ſquamoſi*.
******) *hordeacea* Alm.

Item ea *) conceduntur ſpinachiae, et in proceſſu foeniculus, petroſelinum cum lactucis et ſpinachiis miſcendo. Et ex his herbis et ipſa cicorea poteſt fieri ſalatutium cum aceto paſtulato **). Legumina omnia praeter cicera fugienda ſunt, et caules. Lacticinia omnia fugienda ſunt, ſed lac fortaſſe concedi poſſet, vbi non eſſet hepatis inflammatio, aut ſtomachi, vbi timerent ***) eius facillis corruptio. Vnde Avicenna in *de cura leprae: Lac eſt de conuenientioribus medicinis.* Ergo *propter conformitatem, quam habet hic morbus cum illo*, poſſet concedi. Oua conueniunt ſorbilia aut in aqua decocta. Aromata pro confortatione membrorum et in pauco vſu, et praecipue cinamomum, concedi poſſunt. Ideo in cibariis poteſt poni talis poluis ****). ℞. carui, aniſi, ameos, petroſelini, apii, marathri, betonicae, cimini, calamenti, pulegii, hiſopi, ſpicae nardi, piperis an̄ vnc. I. maioranae, folii balſamitae, ocimi, cardamomi, galangae, liquiritiae an̄. vnc. I. Hic puluis maxime conueniens eſt habentibus ſtomachum debilem et cerebrum frigidum, laetificat cor, exacuit ſenſus, et mirabiliter memoriam confortat. Fructus conuenien-

*) *Deeſt ea ap.* Alm.
**) *paſſulato* Alm.
***) *timeretur* Alm.
****) *puluis* Alm.

uenientes ſunt temperati in actiuis aut parum ad calidum declinantes et humidi. Conueniunt ergo mora matura et dulcia, vua matura, poma dulcia, apia muſcata dactilina et huiusmodi, quae dari debent cocta ſub prunis. Item conueniunt amigdala, pruna damaſcena, perſica exiccata *), depilata, infuſa in vino granatorum muzorum. Somnus ſit temperatus: Superfluus enim nocet iuxta HIPPOCRATEM: *Somnus et vigilia magis* **) *modo facta malum, ſecunda particula Aph.* Minus tamen malum eſt declinare ad ſuperfluum ſomnum, quam ad ſuperfluam vigiliam. Sentam ***) ſtudeas facere, quod ſomnus ſit temperatus. Vnde AVICENNA tertia primi Cap. IX. *Somnus temperatus virtutem fortem efficit.* Meridianum autem ſomnum fugias, niſi prae nimio dolore non potuiſſet dormiri in nocte.

Motus ante cibum factus eſt conueniens temperatus, pulſis tamen ſuperfluitatibus primae et ſecundae digeſtionis. Melius tamen eſt declinare ad ſuperfluam quietem, quam ad ſuperfluum motum. Imo quando vtitur medicinis, neceſſaria eſt quies et ideo iſti *emperici* ****) *cogunt in lecto ſtare.* Virtus

*) *et* ALM.

**) *ſupra modum* ALM.

***) *tamen* ALM.

****) *empirici* ALM.

tus etiam tunc totaliter attenta eſt ad morbi expulſionem. Vitanda eſt ira, furor, triſtitia, timor, ſolicitudo. Confert laetari, gaudere, bene ſperare, de ſalute ſua confidere, cum amicis et dilectis conuerſari. Coitus autem ſit temperatus et celebrata tertia digeſtione. Ventrem habeat lubricum, et ſi non natura, arte diebus interpolatis faciendo tale cliſtiere **). ℞ maluarum, fumiterrae, mercurialis an̄. m. 1. boraginis m. 5. fiat decoctio, de qua accipiatur q. ſ. et addatur olei vnc. iiii. ſalis ʒij. ſtomacho ieiuno imponatur.

Pro prima igitur intentione ℞ caſſiae nouiter extractae, electuarii lenitiui an̄. ʒv. et cum ſacharo fiat bolus, aut diſtemperentur iſta cum aqua fumiterrae aut aqua fructuum, aut potes exhibere mannae, caſſiae an̄ vnc. vj. ***). Cum praedictis diſtemperetur pro diuitibus, vel fiat tale cliſtere. ℞ buliti ****), mercurialis, maluae, florum camomillae *****) an̄. m. j. fiat decoctio, cui addatur hierae picrae ʒvj. caſſiae, ſachari rubei an̄. vnc. j. olei communis vnc. iii. ſalis ʒij. Adminiſtretur ieiuno ſtomacho.

*) *enim* Alm.

**) *cliſtere* Alm.

***) *mannae vnc.* ii. *caſſiae drach.* vij. *et* Alm.

****) *bliti* Alm.

*****) *chamaemeli* Alm.

Pro ſecunda intentione, quae eſt materiae minoratio. ℞ florum violarum, florum boraginis an. ℥iij. liquiritiae raſae, paſſularum enucle *), an ℥ij. prunorum, ſebeſten an. nu. v. foliculorum ſenae, epithimi an. ℥j. Fiat omnium decoctio, de qua accipiatur, quantum ſufficit ad diſtemperandum. Caſſiae nouiter extractae, electuarii lenitiui an. vnc. j. elect. indi ℥iß. vel tantundem confectionis hamech, fiat bolus ſacharo, aut diſtemperentur omnia etc. vt ſupra. Vel ℞ pilularum foetidarum de fumoterrae an ℈j. fiant pilulae n. iii. **) melle roſaceo, et dentur poſt coenam electuaria, aut dentur de mane.

Pro tertia intentione, quae eſt materiae digeſtio, ℞ ſirupi de fumoterrae, de bugloſſa an. ℥vj. aquarum cicoreae, endiuiae, lupulorum an. vnc. j. et continuetur per quinque dies, deinde detur ſolutiuum poſitum in ſequenti intentione, poſtea iterum accipiat alium ſirupum, vt gratia exempli. ℞. ſirupi de ſticados ***) vnc. j. de fumoterrae vnc. ß. aquarum boraginis, lupulorum et endiuiae an. vnc. j. Tranſactis autem ſex diebus aut ſeptem, detur iterum ſolutiuum, et poſtea iterum accipiat ſirupum adhuc fortiorem, puta, de epithimocum aquis

*) *nucleat* Alm.

**) *cum* Alm.

***) *de ſtoechade* Alm.

aquis foeniculi, petroſelini etc. et ſi infirmus faſtiditur ſirupum *), fiat talis decoctio. ℞ radicum apii, foeniculi, petroſelini, bugloſſae, bruſci **), ſparagi, ab eis extracti meditullio ligno ***), capillorum veneris, florum boraginis et meliſſae, epithimi, polipodii, thimi, paſſularum an̄. partes aequales, fiat decoct. et coletur, et addito pauco aceti et modici ſachari, iterum vna bullitione bulliat, et de ipſa accipiat patiens ciathum vnum, modo et ordine calidum, vt ſupra. Et ſi de hac decoctione iam faſtiditur infirmus, dentur tales aquae. ℞ aquarum ſcolopendriae, foeniculi, bugloſſae, boraginis, fumiterrae an̄. vnc. j. cum modico ſachari, detur, vt ſupra.

Sed quia *materia eſt adeo rebellis, quod non poteſt per intus ſuſcepta digeri,* oportet, quod ad extra applicentur, quae hanc materiam in digerendo iuuat ****) adeo, vt, quantumcunque materia ſit digeſtioni inobediens, hoc modo digeratur, applicando ſcilicet per intus et per extra. Nec de hoc mireris, ſcilicet de applicatione medicaminum ad extra ad digerendum, quoniam ALFARABIVM *****) in

*) *ſyrupis* ALM.
**) *ruſci, aſparagi* ALM.
***) *ligneo* ALM.
****) *iuuant* ALM.
*****) GILBERTVS ALM.

in cura tertianae compoſitae ait: *Oportet* *) *dige- rere materiam per fomentationes, emplaſtrationes e huiusmodi.* Talis ergo ſeruetur ordo, vt prima e ſecunda die accipiat ſirupum patiens, tertia au- tem die facias *vngi cum vnguento* inferius deſcriben- do *omnes partes domeſticas tibiarum et brachiorum, e plantas pedum et palmas manuum.* Lenitur tamen et paruum **) apponendo de vnguento, et hoc quando vadit patiens dormitum, et de mane acci- piat etiam ſuum ſirupum, ita, vt in ſexta die ſint accepti ſex ſirupi, et ſint *factae tres vnctiones*, et tunc *dabis medicinam ſolutiuam, et humores, qui per os expelli deberent, ad inferiora diuertetur*, et ſic euitabitur nocumentum in ore. In diebus autem ſequentibus ſimili modo vtaris, fortificando tamen aliquantulum digeſtiuum, et etiam vnguentum po- nendo magis *de theriaca et argento viuo.* Potes etiam illa loca fomentare cum decoctione meliloti, radicum althaeae et ſimilium, et hoc faciendo de mane, et ſic erunt tria ingenia ſimul ad digeren- dum, ſcilicet *ſirupi, vnctiones et fomentationes.*

Sequitur modo deſcriptio vnguenti. ℞ buthiri vnc. iii. exungiae porcinae ***) mediae inter re- centem et antiquam lib. i. theriacae aetatis decem anno-

*) *oportere* Alm.

**) *Leg. parum.*

***) *porci* Alm.

nnorum vnc. iſ. mithridati vnc. i. argenti viui nc. iiſ. lithergiri auri, ſalis communis an̄. vnc. i. iat vnguentum ex iſtis incorporando tantum de qua fomiterrae et ſcabioſae, quantum poterit inorporari. Et *hoc vnguentum eſt propria medicina uius morbi, et vltimum, et maius ſecretum*, quod ſſe poſſet circa ea, quae exterius applicantur. De his autem, quae interius applicantur, principaius et maius iſto eſt aquae deſtillationis theriacae, t videbitur.

Pro quarta intentione, quae eſt ipſius mateiae digeſtae euacuatio, in forma potabili primo. ℞ electuarii lenitiui, caſſiae nouiter extractae an̄a iij. electuarii indi minoris, confectionis hamech n̄a ʒij. cum aqua fructuum vel cum decoctione brius dicta, detur de mane *) dormiendo deſuper er horam. Poſſunt etiam **) diſtemperari aqua ugloſſae et endiuiae, de fumoterrae, et ſimilibus l. ſ. vel loco caſſiae ponendo mannae ʒvi. pro iuitibus, vel pro ipſis diuitibus detur talis medicina. ℞ liquiritiae raſae, paſſularum an̄a drach. j. ſebeſten nu. iiij. florum boraginis, bugloſſae an̄a manipulos 5. ***), foliculorum ſenae m. iii. tama-

*) *detur mane* Alm.

**) *iſta* Alm.

***) *ma. vnum* Alm.

tamarindortm ℥j. bulliant in aqua bugloſſae, fum terrae ana q. ſ. De qua decoctione ſumentur *) ʒij. in qua infundentur rheubarbari ℈iiij. agarici **) ij. ſpicae gra. iiij. ſtent per octo horas in infuſione et fiat expreſſio, cui addetur ***) elect. lenitiu drac. vj. electuarii indi minoris, confectionis ha mech ana dra. iſ. et fiat potio, quae exhibeatu modo, vt ſupra. Hoc tamen gratia exempli dict ſit. Pillulae conuenientes ſunt pillulae de hermo dactylis, de fumoterrae, indae, aggregatiuae, v gratia exempli. ℞ pillularum de hermodactylis, de fumoterrae an̄ ſcr. i. foetidarum ſcro. ij. cum ſiru po de ſticados, ****) fiant pillulae pro vna vice quas accipiet patiens de mane, et dormiet deſupe per horas tres aut quatuor. Omnia iſta *****) dicta gratia exempli, quoniam tua intereſt ſecundum exigentiae particularium variare, ſi opus erit. Iſta ſolutiua ſunt accipienda in ſexta die, prout dictum eſt in praecedenti intentione et eo ordine procedendum eſt.

Pro quinta intentione fiat *balneum* ſiue *ſtufa* cum aqua dulci, in qua bulliant malua, bismalua, melilo-

*) *ſumantur vnc. infundantur* Alm.

**) *ſcrupuli* Alm.

***) *addatur* Alm.

****) *ſtoechade* Alm.

*****) *ſint* Alm.

melilotum, chamaemelum, roſa, lapathium *), fumus terrae. Et hoc debet fieri poſt purgationem in die ſequenti. Hoc enim pacto fit conueniens alteratio, quia**) humectatio, quae maxime requiſita eſt, et quum incipit ſudare, accipiet infra ſcriptam aquam. ℞ radicis altheae, fumiterrae, lapathii, enulae ***) ana lib. 5. et minutim incidantur, et ponantur in quatuor libris vini maluatici ad remoliendum ****) per vnum diem et vnam noctem. Poſtea addatur theriacae decem annorum *****) onc. iſ. et ponatur in alembico, ******) diſtilletur aqua, de qua accipiantur, onc. iii. cum onc. ij. aquae bugloſſae in principio, vt dictum eſt. Et iſta ſtufa reiteretur omnibus ſex diebus tranſactis aut ſeptem, bibendo iſtam aquam, quae eſt optima et ſingularis, et in hoc morbo magnum ſecretum et vltimum eſt cauterium.

Pro ſexta intentione, quae eſt membrorum confortatio, ℞ laetificantis Galeni onc. iij. diamuſci †) dulcis ʒvj. aromatici gariofil. drac. ſ. ellect.

*) *lapathum* Alm.
**) *et* Alm.
***) *inulae* Alm.
****) *remoll.* Alm.
*****) *aut plus* Alm.
******) *et* Alm.
†) *diamoſchi* Alm.

elect. regum ʒj. conſeruae bugloſſae, cidoniorum boragini ß. ana onc. i. ſirupi de pomis q. ſ. fiat electuarium, de quo accipiantur de mane ʒij. vel cochlear vnum. Item ℞ theriacae Andromachi habentis aetatem annorum X. ad minus onc. j. mithridati onc. ß. ſeminis citri, boli armeni ana onc. j. incorporentur omnia vltimata contritione, et cum aqua roſa. muſcata *) fiat electuarium, de quo accipiat ad quantitatem auellanae vel ʒj. Item poteſt fieri talis confectio ad reſtituendum, *ſi debilis valde fuerit, vt ſaepe accidit.* ℞. amigdalarum dulcium, auelenarum **) ana onc. j. fiſticorum ***) onc. ß. ſeminum communium frigidorum drac. vj. ſacchari fini penidiorum, pulpae caponis an̄a onc. iij. cum aqua roſata fiat confectio in morſellis. Item ad hoc valent epithemata, ſaculi cordiales et huiusmodi, quae narrare prolixum eſſet nimis.

Pro ſeptima intentione, quae eſt *accidentium correctio. Pro doloribus*, ſi nimium et intolerabiliter infeſtauerint, ℞ radicis lilii ****), ſeminis hioſciami an̄a ʒiij. ceruſſae onc. j. medullae cerui et vituli an. onc. ij. olei antiqui et cerae q. ſ. et fiat

*) *moſchata* Alm.
**) *auell.* Alm.
***) *piſtachiorum* Alm.
****) *liliorum ſeminum* Alm.

fiat vnguentum, quo liniatur locus doloris. Aut poteſt poni modicum opii, ſi vltima neceſſitas fuerit, et quoniam iſta *narcotica non debent applicari, niſi vrgente maxima neceſſitate*, dicente AVICENNA *XVI. tertii. In narcoticis timor.* Et MESVE: *Si excuſare potes, non propinare melius eſt. Dimittantur pro poſſe, et prius tententur enodina* *) *et vere ſedantia, ſicut anethum, chamaemelum, melilotum, althea, vitellum oui, lac, maxime humanum et huiusmodi.*

Pro puſtulis vtere praedicto vnguento, vel ℞ terebinthinae, pinguedinis hirci ana onc. j. ceruſſae, lithargirii aurei **), aluminis vſti ana onc. 5. olei laurini onc. 2. cerae q. ſ. fiat *vnguentum pro puſtulis vlceroſis, fiſtulis et cancro.* ℞ nitri, fuliginis, lithargirii, tartari cocti ſub cineribus in frondibus caulium, auripigmenti, piperis, olibani, vitelorum ouorum ana onc. iiij. radicis enulae, lapathi acuti in forti lixiuio cocti ana drac. ij. ſucci fumiterrae, ſucci lapathi acuti et abſinthii, chelidoniae, enulae, ſabae graecae, abrotani, de omnibus ***) ſuccis ana onc. iij. hellebori albi, ſaponis ſaraceni, ſulphuris viui ana drac. 5. Omnes ſucci bulli-

*) *anodyna* ALM.
**) *auri* ALM.
***) *his* ALM.

bulliant, depurentur et colentur, et poſtea radices lapathi *) inulae tritae, ponentur **), deinde ſapo, poſtea puluis ſpecierum, et tunc adde olei communis, exungiae ***) porcinae et cerae ana drac. ij. argenti viui cum exungia extincti onc. j. et fiat *vnguentum*, quod erit mirabile ad ſupradicta.

Pro gummis vel nodis capriatradii ****) altheae, et in vino albo coque, et cum exungia gallinae tere et ſuperpone. Item ℞ mucilaginis ſeminis lini, mucilaginis altheae ana dra. ij. olei de ſpica, amigdalarum dulcium, camomillae ana onc. 5. butiri onc. j. gummi arabici, dragandi †) ana ʒj. cum cera fiat vnguentum ad mollificandum et reſoluendum. Mirabile ad idem, videlicet cerotum de mucilaginibus, hiſopus ††) humida et ſimilia. Item ad omnia iſta valet vnguentum, quod ſolet fieri ad ſcabiem, vt ℞ terebinthinae bene lotae vncias quatuor, butiri loti onc. ij. ſalis dra. 1. ſucci citrangulorum, vitellorum ouorum ana nu. iij. olei roſ. onc. j. miſceantur omnia ſimul, et fiat vnguentum.

Multa

*) *et* Alm.

**) *ponantur* Alm.

***) *exungiae porci* Alm.

****) *accipe radices* Alm.

†) *tragacanthi* Alm.

††) *oeſypus* Alm.

Multa alia poſſem hic conuenientia ſcribere, ſed quia, remoto morbo principali, iſta omnia facillime remouentur, iſta ſufficiantur *). Sed *pro nocumento oris*, quae **) ſi acciderit, poſſunt ℞ roſarum alb. et rub. an̄a manip. 5. chamaemeli, ſaluiae an̄a manip. j. bulliant in vino albo, et colentur. Cui colaturae addatur aluminis vſti ʒij. diamoron, mellis roſati colati an̄a onc. 5. vini granatorum onc. ij. Miſceantur, et lauetur os ſaepe in die. Et debet eſſe vinum vna menſura ***) et media, et loco vini poteſt poni aqua plantaginis, ſolatri ****) et ſcabioſae vel ſemperuiuae, et poteſt addi in decoctione camphorae grana v. vel philonii ʒ5. plus aut minus ſecundum doloris exigentiam. Sed, vt dictum eſt, ab iſtis cauendum eſt narcoticis. Item valent fruſta cucurbitae viridia in ore retenta. Valet etiam lauare os lacte miſcendo cum eo aquam nenufaris et ſolatri †). Et multa alia hic ponere poſſem, ſed quia in ore non accidet nocumentum, ſi bene et iuxta praedicta operatus fueris, ſatis dictum ſit. Supereſt nunc ††) de modo euitandi morbum loqui etc.

De

*) *ſufficiant* Alm.

**) Deeſt *quae* ap. Alm.

***) *phiala* Alm.

****) *ſolani* Alm.

†) *ſolani* Alm.

††) *modo* Alm.

De cautela in euitando morbum gallicum.
Cap. V.

Qui gallicum morbum euitare procurant, in primis animi *) delictis caueant. Vnde dici ſolet: *Propter peccata veniunt aduerſa.* Et maxime a peccato luxuriae cauere debet. Nam dicit lib. **) III. *Luxuria ignis eſt vsque ad conſumptionem deuorans;* et ſpirituales medici dicunt, quod diuerſae aegritudines veniunt propter diuerſa peccata, vt febris quotidiana propter peccatum ſuperbiae, podagra propter pigritiam, lepra propter luxuriam, et ſic de aliis. Quum ergo *iſte morbus leprae aſſimilatur;* luxuriae attribuendus eſt. Sed quia haec ad alium medicum pertinent, ſatis dictum ſit.

Dicamus ergo, quod noſtra intereſt, ſcilicet vt *caueat homo a nimia conuerſatione cum infectis,* et *praecipue a coitu cum infecta muliere.* *Eſt* enim *hic morbus contagioſus.* Vnde AVICENNA *ſecunda primi* in completo ſermone *in aegritudinibus* ſic ait: *De aegritudinibus quaedam eſt, quae ab vno ad aliud tranſit, ſicut lepra, ſcabies, variolae et febres peſtilentiales, etiam apoſtemata putrida.* Cum ergo *haec aegritudo aut leprae, aut ſcabiei conformatur,* contagioſam dicere conuenit. Item cauendum eſt ab his,

*) Deeſt *animi ap.* ALM.

**) *dicitur Iob* ALM.

his, quae humores malos generant, et praecipue, quae multiplicant humorem melancholicum, vt oſtenſum fuit in regimine per ſex res non naturales. Et ſi contingat, quod *accidat nocumentum in virga propter coitum*, ſtatim remediandum *) eſt cum ſequenti lauanda **). ℞ roris marini, ſaluiae, chamaemeli an̄a m. S. bulliant in vino albo, cui poſtea, facta colatura, addantur vini granatorum onc. ij. mellis roſ. onc. S. et caleſit ***) ſupra virga ſiue ****) locus infectus cum hac decoctione, poſtea aſpergatur deſuper talis puluis. ℞ lithargiri aurei, ceruſſae, ireos †), tutiae, nucum cupreſſi an̄a ʒj. puluerizentur optime, et poſt lauandam ††) ponatur. Et ſi hic puluis erit nimis fortis, addatur thuris, maſticis, myrrhae an̄a ʒj. Pro maiori tamen ſecuritate, cum coitum perfecerit homo vel mulier, ſe optime abſtergat circa pudibunda cum camiſia aut alio panno lineo mundo, et caueat †††) *pannis* ipſarum *mulierum, quoniam infecti ſunt.* Et poſtquam ita fecerit, pro maiori adhuc ſecuritate abluet locum cum aqua calida aut

 vino

*) *occurrendum* Alm.

**) *lotione* Alm.

***) *madefiat virga* Alm.

****) *ſeu*

†) *iridis* Alm.

††) *lotionem* Alm.

†††) *a* Alm.

vino albo. Cauendum enim eſt ab aqua frigid: quoniam ipſa materia *) compingit, vnde *in frica tione coitus adhaeret aliqua limoſitas ſiue humiditas i virga, quae eſt cauſa infectionis virgae et corpori.* Igitur bonum erit hoc vti regimine, vt remouea tur illa infectio ſeu ſordities.

De ſolutione difficultatum, quae mouer poſſunt circa hunc morbum.

Cap. VI.

Clarificatio **). Si quaeratur, *quare hic mo: bus incipit a pudibundis*, dicunt quidam inepti, quo ideo eſt, quia ibi magis abundant humores co: ruptioni parati. Sed contra, ſi haec ratio eſſe ſufficiens, omnes fere aegritudines ibi haberent ir nicium ***). Ideo dicatur, quod inter membr illa et morbi qualitatem talis eſt conformitas, e hoc merito talis influxus. Non enim quodlibe agit in quodlibet, ſed determinatum in determi natum, *phiſicorum primo.* Sic *hic morbus aptus e primo recipi in virga*, et *deinde in collo, capite e humeris*

*) *ipſam materiam* Alm.

**) *Clarif.* Eſt in vtraque Ven. et Baſ. ed. deeſt i Aphrod.

***) *initium* Alm.

humeris, et *non in aliis locis*, vnde ille influxus, qui ſuit illis temporibus, capiti et virgae inimicabatur.

Et ſi quaeratur, *quare terminatur per os*, reſpondetur, quod hoc eſt merito argenti viui a ſua proprietate hoc faciens, ſcilicet trahendo humores verſus illas partes, aut melius, quod argentum viuum ſua caliditate humores ſubtiliat, calefacit, et hoc modo aptos reddit, vt per ſuperiora eos natura expellat. Vnde PAVLVS ponit ipſum calidum et humidum in quarto, cui magis adhaereo, quam AVICENNAE, qui ponitur *) frigidum in ſecundo.

Et ſi quaeratur, *quare os foetet*, dicendum, quod hoc eſt ab argento viuo, cuius proprietas eſt, vt faciat foetere os fumus eius, vt AVICENNA *ſecundo canone cap. ſuo.* Et ab eo etiam prouenit dolor capitis et nocumentum in ore, vt ex natura ſua colligitur. Accedit ad hoc humor, qui eſt aduſtus, putridus et malus, qui habet facere eadem accidentia. Ideo nil mirum, ſi tantus dolor. Quare ſummum remedium eſt, vt, quum incipit humor expelli per os, diuertatur cum medicinis per ſuperius et inferius exhibitis ad partes inferiores.

*) *ponit* ALM.

Et ſi quaeratur, *quare aliqui, quantumcunque parati ad aegritudines melancholicas merito complexionis et mali regiminis, et coeuntes cum iſtis infectis non inficiuntur*, dico, quod hoc fortaſſe eſt, quia eorum corpora ſunt magis denſa, et ex conſequenti difficulter impreſſionem recipientia magis quam caetera, aut merito proprietatis indiuidualis quae diuerſa in diuerſis reperitur, vt AVICENNA *prima primi.*

Et ſi quaeratur, *quare argentum viuum iuuat magis, quam caeterae medicinae*, (et ſecundo declarabo tibi in practi. quod valeat argentum viuum et praeparatione eius *) praeter diſtillationem theriacalem ſuperius deſcriptam, dicendum hoc eſſe a proprietate, aut melius a qualitate manifeſta, quia calidum et humidum in vltimo, et morbus frigidus et ſiccus. Quod autem ſit morbus frigidus et ſiccus, perſuadetur primo, quia Saturninus, vt oſtenſum eſt, ſecundo, quia compertum eſt humida iuuamentum praeſtare et calida, item quia *ſimilitudinem habet cum lepra*, quae eſt morbus frigidus et ſiccus, et cum aliis melancholicis morbis, item quia *aegritudo longa.* Vnde AVICENNA *prima tertii tractatu ſecundo cap. vltimo: Aegritudo, cuius tempus*

*) Verba vncinis incluſa deſunt in editt. omnibus ALM.

pus prolongatum *), *eſt frigida ſecundum omnem diſpoſitionem.* Et confirmatur, quia *raro* videmus iſtam materiam putrefieri et *cauſare febrem.* Vnde GALENVS: *Nullius rei proprietas eſt, vt putrefiat ex frigido, neque ex ſicco ſecundo* **) *complexionibus.* Quare dicendum eſt, hoc eſſe propterea, quia frigida et ſicca aegritudo.

Et ſi quaeratur, *quare ſaepe accidit, vt remedia aliqua videantur in principio conferre, ſed poſtquam continuantur, non perſeuerat iuuamentum*, dicendum, hoc eſſe duplici de cauſa, quarum vna eſt ex parte naturae, alia ex parte aegritudinis. Ex parte naturae, quia in continuatione faſtidiuntur ***), et in renouationem gaudet. Alia eſt ex parte morbi, quia etſi in principio remedium contrarietur morbo, in proceſſum ****) ceſſat contrarietas propter aſſuefactionem. Et ideo ait AVICENNA: *Ab ipſo, quod conſuetum eſt, non fit paſſio. Quarta primi.* Vnde videmus aliqua animalia in prima obuiatione eſſe contraria et inimica, ſed poſtquam aſſuefit eorum conuerſatio, ceſſat illa inimicitia, et tunc domeſticantur, et ceſſat inter ipſa

*) *eſt*, ALM.
**) *de* ALM.
***) *in continuatione faſtiditur — renouatione* ALM.
****) *proceſſu* ALM.

actio ſiue pugna. Pariter iudicandum eſt hoc inter qualitates eſſe, et ſi dicatur contra, quia, agente debite approximato et paſſo bene diſpoſito etc. de neceſſitate ſequitur actio, reſpondetur, quod in hoc caſu bene ſequitur actio, ſed adeo pauca, quod nullius eſt momenti. Aut dicitur, quod propter aſſuefactionem ceſſat diſpoſitio in patiente. Ex quo ſequitur, quod permutatio medicinarum, dummodo non egrediantur propoſitum, maximae vtilitatis eſt, vt Avicenna allegato loco.

Et ſi quaeratur, *vtrum phlebotomia ſit conueniens*, dico, quod in principio et antequam materia ſit experſa ad loca doloris, ex hoc ipſa eſt in venis et ſanguini mixta, maxime, ſi etiam neque fuerit exparſa *) ad cutim, ipſa eſt conueniens, ſi particularia conueniunt, in proceſſum **) autem non conuenit, niſi *factis* vel *applicatis vnctionibus* et aliis medicaminibus, quoniam cum natura tentauit expellere humores adiuuata ***) a medicinis, permiſcuit cum ſanguine aliquid de ipſis. Quare ad minus *ventoſae* non vituperatur ****), ſed hoc cum cautela, ne humores frigidi magis incrudentur,

*) *expanſa* Alm.
**) *proceſſu* Alm.
***) *adiuta* Alm.
****) *vituperantur* Alm.

tur, aut calidi magis inflammentur iuxta Avicennam *quarta primi. Caue, ne aegrum ad vnam duarum perducas rerum, aut humorum cholericorum ebullitionem, aut frigidorum cruditatem.* In hoc autem caſu magis timetur cruditas, quam ebulitio, et ideo raro conueniens eſt, et *expertum eſt multis nocuiſſe potius, quam iuuaſſe.*

Et ſi quaeratur, *dolores, qui fiunt, qualiter appellari debent,* dico, quod vt plurimum *extenſiui.* Vnde Avicenna: *Doloris extenſiui cauſa eſt ventoſitas aut humor, qui neruum aut muſculum extendit, ac ſi ipſum ad ſuas trahat extremitates. Secunda primi.* Nec verum eſt, quod quidam exiſtiment, quod hic *dolor ſit frangitiuus,* quia iudicant hanc materiam eſſe inter oſſa et panniculum, fundentes *) ſe in dicto Avicennae: *Cauſa doloris frangitiui eſt aut ventoſitas, quae interponitur inter os et panniculum, qui tegit ipſum.* Et non loquitur Avicenna de panniculo immediate tegente os, quia ille inſenſibilis eſt, ſed loquitur de illis, qui non immediate adhaerent oſſi, ſicut panniculus tegens coſtas aut craneum et huiusmodi. Quare cum in illis locis non fiat hic dolor, non debet ſic appellari.

*) *fundantes* Alm.

Et ſi quaeratur, *puſtulae, quae fiunt in hoc morbo, quibus puſtulis magis proportionatur,* dico, quod illis, quae vocantur *aſſafati* ab Avicenna, qui ſic ait: *Aſſafati eſt ſumma bothor vlceroſarum. Fen VII. quarto can. c. de aſſafati.* Tamen ſaepe *accidunt puſtulae, quae aliis aſſimilantur, vt quae aſſimilantur nodis, fiſtulis, cancris, eſſerae, formicae* et aliis fere omnibus, vt conſideranti patet. Sed quia nominum diſputatio non pertinet medico, vt Avicenna in *primi doctrina ſexta,* v. c. in hoc ſermone *) prolongare non intendo, quemadmodum alii, qui ignorantes eſſentiam morbi et cauſſas ipſius, et ex conſequenti curam, non, niſi de nominibus fecerunt mentionem, quorum opus, quare fuerit impreſſum, comprehendere nequeo.

Et ſi quaeratur, *quare dolores augentur in ſecunda aut tertia die vnctionis,* reſpondetur, quod tum humores mouentur, tum quia ſubtiliantur in ſanatione ſeu digeſtione, quae fit merito vnctionis iuxta *Aphoriſmum ſecundae particulae: In generatione ſaniei febres et dolores fiunt magis, quam facta ſanie.* Et ideo optimum et ſingulare ſecretum eſt eo tunc *adminiſtrare ſolutiuum, vt, antequam humor per os expellatur, per deorſum euacuetur, et ſic nocumentum in ore euitatur, vt ego ſaepius expertus ſum,* aut *ſi puſtu-*

*) *ſermonem* Alm.

puſtulas ſeu plagas vlceroſas habuerit, ibi attrahentia ponantur, vt humor inde euacuetur et ab ore diuertatur. Ex quo infertur, quod verior eſt opinio, quae dicit, argentum viuum eſſe calidum, quam quae dicit eſſe frigidum, quum ratione ipſius humor ſubtilietur et ponatur in motu, vt oſtenditur. Sed contra ait ſtudioſus iuuenis, VINCENTIVS AIAX, Siculus, argentum viuum cauſat aegritudines frigidas, vt epilepſiam, paraliſim et huiusmodi, *) AVICEN. *ſecundo canon.* et alii, ergo frigidum, quia ſimile non, niſi a ſimili generatur, vt habetur in phiſicis. Ad quod reſpondetur, quod verum eſſet, ſi (de) per ſe cauſſaret has aegritudines, ſed has cauſſat per accidens, ſcilicet debilitando, quum ſit contrarium cerebro et neruis ratione complexionis, quia calidum et humidum, et naturalis complexio iuuatur ſuo ſimili, et laeditur contrario, iuxta **) *tertio techni: Calidiora calidioribus indigent adiutoriis; Quare ob debilitatem humores frigidos generant, et eos faciliter recipiunt cerebrum ipſum dico, et nerui.* Et ſic clare ***) patet ſolutio, quia non conuenit ****), quod aliquid generet ab eo diuerſum per accidens, vt frigidum calidum et calidum frigi-

*) *vt* ALM.

**) Deeſt *iuxta* ap. ALM.

***) Defic. *clare* ap. ALM.

****) *inconuenit* ALM.

frigidum, et ſic de aliis. Item quaeſitum fuit a quodam acutiſſimo, IOANNE SVESSANO, ex PASCHALIVM familia, Neapolitanum *), vtrum argentum viuum ſit conueniens in hac aegritudine, quum ſecundum mentem omnium authorum inimicatur **) neruis, et haec aegritudo pro maiori parte eſt in neruis. Item ait ipſe: *Fama, quam omnes famant* ***), *non omnino vana, ſeptimo Ethicorum.* Sed *omnes fere dicunt, argentum viuum eſſe contrarium, et vnctiones* propterea vituperantur, igitur etc. Ad quae per me reſponſum fuit, quod argentum viuum eſt conueniens, propter rationes ſuperius dictas. Sed ad primum argumentum dico, quod, licet habeat in ſe aliquod nocumentum, tamen poſtquam corrigitur, vt oſtenditur ſuo loco, non eſt tantum, quia ſit ****) multo maius iuuamentum †). Vel poſſet dici, quod ideo argentum viuum eſt contrarium neruis, quia eius complexio eſt contraria complexioni naturali neruorum, et ita in ſanitate noceret ipſis neruis. Sed quia nerui ſunt diſcraſiati ad frigidum et ſiccum, et per argentum viuum

*) *acut. iuuene Franciſco de Carmino vtrum.* ALM. Sic etiam edd. Ven. vtraque et Baſ.

**) *inimicetur* ALM.

***) *efferunt* ALM.

****) Deſunt, *non eſt — ſit* ALM.

†) *ſit* ALM.

viuum remouetur illa diſcraſia, donec reuertantur ad ſuam eucraſiam, ideo poſſet dici, quod et ſoluere *) eſt conueniens. Vnde aliqua in aegritudine conueniunt, quae in ſanitate diſconuenirent et traherent corpus ad lapſum praeternaturalem. Ad ſecundam rationem dico, quod notanter ait Aristoteles, *non omnino vana*, quia non vult, quod nullo modo ſit vera. Habet enim aliquid veritatis pro quanto argentum viuum, vt probatum eſt. Habet aliquid nocumenti, non tamen propter hoc eſt prohibendum ex toto, et maxime correctum. Ait enim Galenvs *XI. de ingenio ſanitatis: Difficillimum eſt inuenire aliquod auxilium* **), *quod nihil nocens conferat.*

Item fuit quaeſitum ab alio, *quare dolores magis multiplicantur in iuncturis.* Reſpondetur ***), *in aliis locis, cum ex motu deberet magis reſolui.* Et fuit ſubtilis ****) Nicolai Massae. Ad quod reſponſum eſt,

*) *abſolute* Alm.

**) *auxiliorum* Alm.

***) *iunct. quam* Alm.

****) *iuuenis*, Iacobvs Royer Alm. in Aphrod. et ed. Ven. vtraque Baſil. leg. Roger. Quomodo Roverellvs nominare Nicol. Massam potuerit, non ſatis liquet, niſi eum edit. 1532. vel 1538. ad manum habuiſſe aſſumſeris.

eſt, quod magis facit vacuitas ad aggregandum, quam motus ad reſoluendum. Vnde Avicenna *ſecunda Fen primi canonis. Amplitudo, quae eſt apud iuncturam, eſt apta, vt materia ad ipſam diſcendat *).*

De explanatione arboris ſignorum.

Cap. VII.

Omne ſignum aegritudinis aut ſumitur a re non naturali, aut a re naturali, vt ei **) re praeter naturam. A re non naturali, vt in quo aere interit ***) infirmus, quibus cibariis, quo potu vſus ſit, quo exercitio, quo ſomno, qua vigilia, et ſic de aliis. A re naturali, vt cuius aetatis ſit infirmus, qualis ſit eius conſuetudo, qualis ars, qualis virtus, qualis complexio, et huiusmodi. A re praeter naturam tripliciter, ab operatione laeſa, qualitate mutata, ab exeunte mutato. Ab operatione laeſa tripliciter, aut animali, ****) vitali, aut naturali. Ab animali dupliciter, motiua et ſenſitiua. Senſitiua dupliciter, interiori et exteriori. Exemplum de motiua, vt qualiter poſſit moueri

*) *deſcendat* Alm. Deeſt ipſa *arbor ſignorum*, quae in Aphrod. ſiſtitur oculis legentium.

**) *aut a* Alm. Recte.

***) *ſtetit* Alm.

****) *aut* Alm.

moueri ſecundum totum et ſecundum membra. Exemplum de ſenſitiua exteriori, vt qualiter videat, audiat, olfaciat, tangat, vt puta quem dolorem percipiat, quem ſaporem in ore ſentiat. Exemplum de ſenſitiua interiore, vt quales habeat imaginationes, quale iudicium, qualem memoriam, qualia ſomnia. Exemplum de vitali, vt qualem pulſum, qualem anhelitum habeat. De animae paſſionibus in ſex rebus non naturalibus fiat inquiſitio. Si ſumitur a naturali operatione, hoc dupliciter, aut ab operatione virtutum miniſtrantium, vt *) miniſtratuum. Exemplum primi, vt qualiter appetet **), retinent, digerat, attrahat atque expellat, puta, egerat, vrinet, menſtrua habeat, coeat. Sub re non naturali comprehendatur exemplum de adminiſtratis, vt qualiter nutriatur, et de omnibus iſtis operationibus inueſtigando, an ſit diminuta, ***), ablata et corrupta operatio. A qualitate mutata, vt qualis ſit odor anhelitus infirmi, qualis ſudoris, qualis vulneris, vlceris aut ſaniei, qualis ſit etiam color linguae, oculorum et totius corporis ****). Ab exeunte mutato, vt quantae et quales

*) *aut* Alm.

**) *appetat — retineant* Alm.

***) *an* Alm.

****) *qualis humiditas, qualis ſiccitas etc. aſperitas, lenitas, durities, mollities linguae, ventris et totius corporis.* Alm.

quales ſint ſuperfluitas oculorum, narium, aurium, palati *), qualis item vrina, egeſtiones capitis, ſubaſſellarum **) pedumque ſordities, et totius corpus, ſudor halices ***), oſcitationes, nauſea, ſubuerſio. Ad naturales operationes expulſiuas reduci poſſunt, quia a natura tentante expetere ****) fiunt. Vnde ſigna ſanguinis iſta ſunt. A re non naturali, quia vſus eſt regimine multiplicante ſanguinem, vt quia vtitur arte gaudioſa *****), ſicut cantator, vt ******) hiſtrio, vel quia vtitur cibis multiplicibus †) ſanguinem et potibus, vt ſunt oua ſorbilia, teſticuli gallorum, vinum optimum et huiusmodi. A re naturali, quia carnoſus, complexionis ſanguineae, adoleſcens ſeu iuuenis, et ſimilia. A re praeter naturam, et primo ab operatione laeſa, grauitas in origine oculorum, et capitis, et temporum pulſatio, halices ††), oſcitationes, nauſea, dormitatio multa et profunda ſenſuum turbatio, tarditas in cogi-

*) *Qualis vomitus, et quantus, ac etiam eructatio,* Alm.

**) *ſubaxillarium* Alm.

***) *alices* Alm.

****) *expellere* Alm.

*****) *hilari* Alm.

******) *aut* Alm.

†) *multiplicantibus* Alm.

††) *alices* Alm.

cogitando, laſſitudo membrorum absque labore, pulſus magnitudo, velocitas et frequentia, repletio vaſorum, ſiue venae, ſiue arteriae fuerint. A qualitate mutata, rubedo in toto corpore, et maxime in venis oculorum, repletio ipſarum, *bothor in ore.* Ab exeunte mutato vrina rubea groſſa aut rubea obſcura, aut rubea roſſea *), in egeſtionibus non apparet ſignum, ſputum eſt dulce, aliquando ſanguini miſtum **), exitus ſanguinis per nares aliquando a gingiuis, aut menſtrua vel haemorrhoides, vel per alia loca, ſudor foetidus, ſicut hirci, etiam multus, puſtulae ſanguineae, et his additur, quia patiens ſomniat ſe videre res rubeas, ſanguinem fluere, natare in eo. Vnde *quarto colliget* recitatur de Galeno, quod praeceperat phlobotomari quendam, qui ſomniauit in dolio ſanguinis ***) balneari. Alii vero nolentes iniunxerunt ſibi exercitium ****), et mortuus eſt †). Et ††) ſigna cholerae a re non naturali, quia vſus exercitio forti ſtetit in aere calido, vſus

eſt

*) *roſea* Alm.

**) *mixtum* Alm.

***) *ſe* Alm.

****) *nol. exercitium loco phlebotomiae ſibi elegerunt* Alm.

†) *mortui ſunt* Alm.

††) *Def. et* ap. Alm.

eſt cibariis calidis et ſiccis, choleram multiplicantibus etc. A re naturali, quia iuuenis, cholericus, et huiusmodi. A re praeter naturam, et primo ab operatione laeſa, quia habet infirmus ſitim multam, inquietudinem, dolorem in parte dextra frontis, et vehementia lucis ei nocet, et quandoque habet famem ſincopalem, debilitas *) appetitus, **) nauſea, horripilatio ad modum puncturae acuum, furor, mordicatio vehemens in exitu fecum, ſimiliter et vrinae, pulſus velocitas cum duritie et tenſione.

Hic poteſt conſequenter poni de ſomniis, quia potius attinet actioni laeſae, vt quia videt res citrinas, igneas, quod ***) facit rixas, et aliquando ſomniat ſe volare. A qualitate mutata, vt citrinitas faciei et totius corporis, oculorum citrinitas, ſicut accidit interitia ****) oris amaritudc, linguae ſiccitas et aſperitas, narium ariditas. Ab exeunte mutato, vrina rufa, citrangularis, ignea, crocea, egeſtiones *****) croceae, ſputum amarum, vomitus colericus, viridis vel croceus et amarus,

*) *que* Alm.
**) *adeſt* Alm.
***) *quia* Alm.
****) *in icteritia* Alm.
*****) *egeſtionis* Alm.

rus, humiditas narium et oculorum acuta, colerica et pauca, aurium vero multa. Signa phlegmatis. A re non naturali, vt cibi repletio, ocium, ſomni prolixitas etc. A re naturali, vt quia complexionis phlegmaticae, piſcator, pinguis et huiusmodi. A re praeter naturam, et primo ab actione laeſa paucitas ſitis, niſi vbi fuerit phlegma ſalſum, debilitas digeſtiuae, etiam in tempore ſanitatis oxiregmia, ſomnus multus, pigritia, ocioſitas, membrorum laxitas, ponderoſitas oculorum, obliuio, dolor in poſteriori parte capitis, vertigo, ſcotomia, caſus *), appetitus acutorum et acrium, nauſea, eructatio, dolor grauatiuus, frigiditas in capite et ſtomaco praecepta **), eius notabilis laeſio. Ibi enim multum aggregatur de flegmate, vt AVICENNA *decima tertia tertii* et MESVE in *de appropriatis*, raritas, tarditas et lenitas pulſus. A qualitate mutata frigiditas praecepta ***), color albus in facie et in corpore, ſuperfluens albedo linguae, mollities eius ſuperfluae ****), ſqualiditas corporis, tumor etiam faciei cum mollitie. Ab exeunte mutato, vrina alba, diſcolorata, palearis vel ſubcitrina, egeſtionis *****) flegmaticae,

 albae

*) *appetitus,* ALM.
**) *percepta* ALM.
***) *percepta* ALM.
****) *ſuperflua* ALM.
*****) *egeſtiones* ALM.

albae viſcoſum, aquoſum *), multiplicatio ſaliuae non amarae, ſed ponticae, multitudo ſuperfluitatis egreſſae per nares et palatum, et additur **) operationes laeſas reduci poſſunt. Signa melancholiae, primo a re non naturali, vt quia vſus eſt nimia cogitatione, ſolicitudine, timore etc. puta, cibis melancholicis et huiusmodi. A re naturali, quia complexionis melancholicae et conſuetus incurrere aegritudines melancholicas, et ſimilia. A re praeter naturam, et primo ab actione laeſa, quia in capite ſentitur grauitas, et magis in parte ſiniſtra, ardor oris, ſtomachi deſiderium corruptum, ***) aliquando caninum, vigiliae multae ****), ſolitudo multa, laeſio †) aegritudo ſplenis, vt dolor et grauitas ſeu durities, taciturnitas, cogitationes multae, fletus ſeu voluntas flendi, fixio aſpectus, rugitus, pigritia, tenſio hypochondriorum, paucitas ſomni, ſi non fuerit, cum phlegmate acredo vel acetoſitas oris, prauitas ††) pulſus cum duritie, corporis extenuatio. A qualitate mutata,

*) *viſcoſae ſeu mucoſae, aquoſae et huiusmodi, ſputum viſcoſum, aquoſum* Alm.

**) *ſomniare aquas, niues, pluuias et huiusmodi, quae* ad Alm.

***) *et* Alm.

****) *vigilia multa* Alm.

†) *ſeu* Alm.

††) *paruitas* Alm.

mutata, fuſcedo in corpore apparens ſeu nigredo, corporis piloſitas, morphaea nigra, et eſt fortiſſimum ſignum, vt AVERROIS IIII. *Colliget*, in palpebra inferiori oculi maxime nigredo et limpitudo in eis. Ab exeunte mutato, vrina nigra vel ſubnigra, ad obſcuritatem tendens, viridis, liuida, nigredo egeſtionum ſeu fuſcedo, paucitas ſputi, acredo eius, eructationes acetoſae, ſanguis niger, et coagulatus, ſi exiuerit, ſomnia ſunt multum terrorem inferentia. Etiam poteſt addi a iuuantibus et nocentibus, notandum tamen, quod ea tria, quae GALENVS ponit, genera ſignorum, ſcilicet a ſubſtantialiter inhaerentibus, a caſibus et operationibus, ad iſta tria reduci poſſunt, vel iſta tria ad illa, et ſi hic ponatur, vt in arbore apparet, a re naturali et non naturali, a iuuantibus etiam et nocentibus, quod poni eſſet, omnia tamen ad illa tria GALENI reduci poſſunt, vt patet recte conſideranti.

IOANNE ANTONIO ROVERELLIS
BOLOGNINO
*medico de cura morbi gallici
finis.*

Practi.

Io. Antonio Bolognino ex Roverellis

Familia a Dn̄o Thomae ſecundi

artium et medicinae Doctor maior, mi honorandiſſ.

De morbi gallici curandi ratione liber.

Quandoquidem et ante nos multi, iidemque expertiſſimi medici *de morbi gallici curatione* non pauca ſcripſerunt, circaque originem illius ac cauſas et ſigna non mediocrem inſumſerunt operam, nos non abs re hoc loco de his verba facere praetermittemus. Quod autem ad veram medendi huius morbi methodum attinet, omnia compendioſe tra. demus, ita tamen, vt nihil eorum negligatur, quae vel a veteribus commode reperta ſunt, vel a nobis feliciſſime comprobata.

Cum itaque *prima morbi gallici affectio ex contagione, vt omnes profitentur, ortum habeat*, ideo primi membri affectio, hoc eſt, *virgae*, ſic curari debet, *primum apparente in virga vlcere, puſtula vel corroſione. Haec enim foedarum mulierum commercia conſequi ſolent.* Fiat lenitio ventris et materiae afficientis minoratio modo infra ſcripto. ℞ florum caſſiae nouiter tractae onc. j. confectionis hamech drac. ii. miſce, et fiat bolus cum zuccaro, ex-

exhibeaturque per tres horas ante diem, ſequenti vero die quatuor ventoſae ſuper nates directo virgae affectae cum ſcarificatione apponantur. Quod ſi, his peractis, *vlcera virgae augmentari* non ceſſent, conſulo, vt quarta die fiat flobotomia ex vena communi quantitate vnciarum, demum quater per diem *abluat vlcera* cum ſequenti decoctione, quae illa optime mundificabit et abſterget. Interea tamen obſeruabis omnibus modis, quod, poſtquam virga commode ablata abſterſa fuerit, extendatur die ſequenti vnguentum ſupra peciam lineam albam et ſubtilem, ac loco exulcerato applicetur. Decoctio autem talis eſt. ℞ granorum mirti, roſarum rubearum, corticum granatorum ana manip. i. bulliant in ſufficienti quantitate vini albi vsque ad tertiam partem, et colentur, poſtea vero cum colatura virga, vt ſupra dictum eſt, abluatur. Vnguentum vero hoc eſt. ℞ vnguenti albi vnc. iii. aloes hepaticae ʒj. tutiae praeparatae ʒiii. camforae gran. vi. aluminis vſti ʒis. viridis aeris ʒi. olei roſarum vnc. s. miſce in mortario plumbeo, bene ducatur, quousque fiat vnguentum, et ſic conficiendo. Facta ablutione, totidem per diem renouetur vnguenti applicatio. Nam hoc pacto vlcus virgae ſine nulla dubitatione curabitur citra alias medendi intentiones.

Eo vero tempore, quo virgae curatio expeditur, non eſt negligenda ipſius *morbi gallici incipien-*

tis curatio. Ideo patiens capiat infra ſcriptum bolum in aurora. ℞ diaſenae, lenitiui an̄. vnc. ſ. electuarii roſati Mesve ʒii. miſce, fiat bolus cum zuccaro, altera autem die capiat infra ſcriptum ſirupum in aurora continuando per ſeptem dies perpetuos. ℞ oximellis ſimplicis, ſirupi de fumoterrae, mellis roſati colati an̄. vnc. ſ. aquarum fumiterrae, ſcabioſae, cicoreae an̄. vnc. j. miſce. Poſtquam vero tertio die ſirupum acceperit, conſulo, vt per duas horas poſt aſſumptionem ſirupi faciat phlebotomiam baſilicae dextri lateris quantitate quinque vnciarum. Ceterum, finitis his ſeptem diebus aſſumptionis ſirupum *) octaua die capiat ſequentes pillulas. ℞ pillularum de fumoterrae, pillularum aurearum Nicolai an̄. ʒſ. miſce, et fiant pillulae no. v. Nona die conſulo, vt *intret balneum ſtuffam* vere, et abluat corpus quam diligentiſſime, et *prouocet ſudores ſine appoſitione cucurbitularum.* Stet quoque quietus per tres dies, ac ſtudioſe obſeruet victus ſui rationem comedendo cibos facilis concoctionis, boni nutrimenti, idque parcius, quam antea. Bibat etiam vinum pauciſerum et medii coloris inter album et rubeum, quod ceriſinum appellatur, poſtea autem capiat ſecundam purgationem primum digerendo materiam per ſeptem dies continuos cum infra ſcripto ſirupo. ℞ ſirupi

*) Leg. *ſyrupi.*

ſirupi de lupulis, de fumoterrae, mellis roſati colati ana vnc. ſ. aquarum bethonicae, lupulorum, acetoſae ana vnc. I. miſce. Cum autem ter de hoc ſirupo aſſumſerit mane, vſurpato prius enemate lenitiuo, fiat phlebotomia ſaluatellae lateris ſiniſtri in manum prope digitum minimum quantitate vnc. v. deinde continuet praedictum ſirupum vſque ad octauam diem, qua capiat per tres horas ante lucem ſequentes pillulas. ℞ pillularum foetidarum, aurearum NICOLAI, de fumoterrae an̄. ℈j. miſce, cum ſirupo violato fiant pillulae nu. iii. Facta huiusmodi purgatione, quieſcat iterum per tres dies, et bono vtatur regimine, prout ſuperius dictum eſt, poſthaec iterum purgetur corpus digerendo prius materiam cum infra ſcripto ſirupo per ſeptem dies continuos. ℞ oximellis compoſiti, ſirupi de fumiterrae, de endiuia an̄. vnc. ſ. aquarum acetoſae, fumiterrae, lupulorum an̄. vnc. j. miſce. Tertio die aſſumptionis praedictorum ſiruporum conſulo, vt fiat phlebotomia per aperitionem venarum haemorrhoidarum, vna hora poſt meridiem cum appoſitione ſanguiſugarum ad quantitatem trium vnciarum aut ad maximum quatuor, deinceps octauo die hora aſſumptionis medicinarum capiat hanc ſequentem medicinam. ℞ diaſenae, lenitiui, diacatoliconis an̄. vnc. ſ. confectionis hamech, electuarii ſucci roſarum an. ℈iiii. miſce, et diſſoluantur cum decoctione communi ſlorum

et fructuum in ſero caprino facta, in qua bulliant polipodii quercini ℥ii. epithimi ℨß. et fiat potus.

His omnibus factis purgationibus, quieſcat denuo, ac per quatuor dies bono vtatur regimine, quinta vero die ingrediatur ſtuffam, et, idonea praecedente ablutione cum aqua calida, conſulo, vt ei *applicentur* ſexdecim *cucurbitae*, ſcilicet quatuor in ſpatulis, quatuor in manibus, quatuor in coxis, quatuor in brachiis cum ſcarificatione et cum ſufficienti ſanguinis extractione. Demum autem conſulo, vt adornet ſibi ſudatorium humidum, quod tali pacto conficitur. ℞ florum camomillae, meliloti, anethi, fenugraeci, ſeminis lini an̄. m. ii. abſinthii, menthae, pulegii an̄. m. iß. calamenti, abrotani, iuae, herbae paraliſis an̄. manip. iß. chamaepiteos, chamaedryos, aniſi, fumiterrae, lapatii acuti, roſarum rubearum, ſpicae ſquimanti an̄. m. j. bulliant haec omnia in quantitate aquae vnius maſtelli cum dimidio ad conſumptionem quartae partis, deinde, facta forti expreſſione ipſarum herbarum, coletur praedicta aqua. Eidem aquae addatur nitri, aluminis an̄. vnc. iiii. ſulfuris viui vnc. ii. et haec omnia iterum inſimul bulliant in praedicta aqua vnica forti bullitione, et iterum praedicta aqua coletur et vſui reſeruetur.

Vſus praedictae aquae talis eſt. Quolibet mane in aurora, procurata ventris lenitione, praeparent

arent vas ad magnitudinem corporis humani, et
nponant aquam praedictam in vaſe illo, quantum
xpedit, et corpus totum aqua cooperiat vsque ad
ırculam gutturis, excepto capite. Demum bene
aſculum illud cooperiatur, ne vapores exhalent,
t ſic moretur in praedicto balneo per vnam ho-
ım, ſi ſuſtinere queat, aut ad minimum per dimi-
ium horae. Quod ſi eo tempore aqua infrigidaretur,
etineat aliquantiſper eius aquae partem ſemper
alidam, vt poſtea adiungendo ipſi frigidae tota
at calida, deinde vero non exeat balneum, donec
orpus patientis bene ſiccetur et abſtergatur, ac
ıgrediatur ſtatim lectum calidum, dormiatque
uabus horis continuis, ſi fuerit poſſibile. Quodſi
l fieri non poſſet, ſtet diligenter coopertus pan-
is, et ſudet, quantum poteſt. Poſt haec lectum
grediatur, et bene exſiccetur ac mundetur corpus
ıum, et induat veſtes, nec ſe ſubito aeri exponat
rigido. Poſt exitum autem balnei immediate ex-
ipiat zuccari bolum infra ſcriptum. ℞ zuccari ro-
ati vnc. 5. theriacae vel mithridati optimi ʒii.
niſce. Quieſcat vero ſequenti die, quo vtatur
xercitio mediocri, neque corpus defatiget. Ter-
ia die adueniente, iterum balneetur modo prae-
licto, quarta autem die loco zuccari roſati capiat
equentes pillulas. ℞ agarici trociſcati ℈j. fiat pi-
ula vna. Poſtero die iterato continuetur balneum
nodo dicto, rurſumque ſequenti die zuccaro ro-
ſato

ſato cum theriaca vtatur. Peracta vero alia balneatione, eandem pillulam deuoret, ac hoc pacto balnea iſta continuet vsquam ad ſeptem dies.

Si vero ex ipſis notabilem perciperet (et) debilitatem, vt ſufferre amplius difficulter poſſit, maiore interpollatione lauacra haec inſtituat, hoc eſt, vel de duobus in duos dies, vel in tertio quoque die, ſecundum quod virium robur id tolerare poſſit. Interim vero poſt balnea ingreſſus in lectum calidum ac ſudorum prouocatio ſemper obſeruanda ſunt. Praeterea animaduerſione dignum eſt, quod *huiusmodi humidum ſudatorium magnopere conferat ad mundificationem puſtularum, quae in corpore apparent, ac ad reſolutionem materierum praeparatarum, ad faciendas gummoſitates in corpore, immo ad vlcerum quoque curationem et abolitionem dolorum in morbo iſto gallico contingentium, in quacunque tandem hi corporis parte fuerint.* Si autem patiens tolerare non poterit humidum ſudatorium, fiat aliud quod tale eſt. ℞ furfuris groſſi in pecia ligati lib. X. florum camomillae, calamenti, maioranae, ſaluiae, roris marini, bethonicae, hyſopi praſſi an. m. j. bulliant in ſufficienti quantitate aquae vſque ad ebullitionem fortem, deinde remoueantur ab igne, et in praedicta aqua extinguantur lapides molares prius bene accenſi, et poſt extinctionem ante reſumationem totius aquae. Cooperiatur aegro-

aegrotus cum linteo minime facto ad modum tendae, et aeger accommodet ſeſe ad vas illud effuſnationis aquae, ſicque pannis indutus fumum recipiat continuando per tres aut duas horas ad minimum, continue huiusmodi lapides molares in tali aqua extinguendo. Magis tamen probo *humidum* illud, quam iſtud *ſiccum*, quoniam magis aperit ac reſoluit.

Factis porro his ſudatoriis per ſeptem vel octo dies, conſulo, vt capiat ſemel in aurora infra ſcriptas. ℞ agarici trociſcati, pillularum de fumoterrae, aurearum an̄. ℈j. miſce cum ſirupo violato, fiant pillulae n. v. Si vero, vniuerſis his tranſactis, aeger non releuetur a morbo gallico, imo *puſtulae et dolores membrorum creſcant* vel in priori ſtatu perſeuerent, conſulo, vt ſeptem diebus continuis, aut ſi id per virtutis debilitatem non liceret, alterius ſaltem *membra dolentia*, excepto capite, vna *cum iuncturis* omnibus infra ſcripto *vnguento illiniantur*.

De modo deſcriptio vnguenti.

Et eſt vnguentum deſcriptum a Mesve in *antidotario de vnguentis ad ſcabiem*, in quo ſine periculo mirabilem reperi effectum. ℞ axungiae porcinae vnc. v. olei laurini, argenti viui, cerae mundae,

dae, thuris albi, maſticis puluerizati an̄. vnc. i ſalis communis vnc. viii. ſucci plantaginis, ſucci fu miterrae an̄. vnc. ii. Confice ſimul ceram et ax ungiam expurgatam a tela ſua, et oleum laurinum immitte in vas glutinatum cum ſuccis, et bulliant donec liquefiant, et adde puluerem ſalis, oliban et maſticis in ſupradicta quantitate, quae et bullian vsque ad completam decoctionem, et poſtea remo ue ab igne, et adiunge argentum viuum cum ſali ua extinctum, et cum pauco olei praedicti miſce bene cum ſpatula, et fiat vnguentum, cum quo priusquam *iuncturae et membra dolentia inungantur.* conſulo, vt experiatur inungendo totum, palmas manus et pulſus manuum et pedum, eaque bene et fortiter fricet.

Quodſi huiusmodi vnguentum ſic inunctum non compleat curam, poteris inde iuncturas, membra dolentia linire. Et nota, quod huius vnguenti conſuetudo ratione *mercurii eſt afficere oſſa putredine, ac laedere os, palatum et gingiuas.* Conſulo ergo ad remittendum prohibendum ingens nocumentum in membris futurum, apparente etiam prius calore aliquali, ardore in gingiuis et palato, vt defenſetur *guttur a putrida corroſione*, gargarizet per vnum integrum diem, ac in ore detineat infra ſcriptam mixtionem. ℞ aquae ordei, lib. iii. aceti albi lib. ſ. miſce, fiat gargariſmus. Quod ſi tandem

membra

membra haec *exulcerata* ſint, gargarizet diu noctuque ex lacte vaccino, et pluries poſt gargarizationem hanc vtatur paululum in ore de melle roſato, et ſic cum lacte et melle roſato procedat, quousque *oris vlcera* ſanentur. Quod ſi aeger praedicta inunctione non ſanetur, vigeantque adhuc vel *vlcera*, vel *gummoſitates*, vel *dolores gallici*, occurratur ab aliis vnctionis. Sic tibi videtur in anteriori partem primo.

De modo argento viuo.

Nota modo, ad id quam maxime valet argentum viuum meis propriis conſiderationibus extinctum, quod proficuum, honorificum et lucroſum ad curam talis morbi continuo ſum expertus. De eius vero extinctione cum venenoſitatem ſapiat, gingiuas vlcerat, dentes limoſos reddit et foedos, ipſos corrodit, et eorum ligamenta relaxat, ſuffocat, et mentis alienationem facit effumando verſus ſurſum, dum non ſic, meo ordine ſeruato, ad ipſius extinctionem peruenitur.

Cuius praeparationis modum, artem et medicinam praeparantem ipſum ſilere non eſſet inconueniens, quia, noſtratium bilinguium emperia et latratu canino conſiderato, et quia omnem medicinam, quamuis canonicam, ita inconſiderate operantur

rantur. Qui ſi aliquando quid boni faciunt, non, niſi per accidens concurrunt cetera, et eorum ignorantiam vincunt. Quare eis parum obeſt, minime prodeſt ſcire hoc et ſimiliter, ſi hunc talem meum tam laboratum ordinem, artem et modum extinguendi ipſum argentum viuum ad manus peritorum medicorum peruenerit, quia, ſicut ignaris propter id, quod diximus, incaſſum, ita peritis ſuperuacaneum declaramus, niſi ad amicorum contemplationem libri perfectionem hoc facerem. Et eſt verbi gratia argenti viui lib. i. ponatur in mortario marmoreo ſaliuae ſiue ſputi hominum iuuenum, complexionis calidae, bonae habitudinis et ſtomacho ieiuno, ſiue de mane, ſiue de ſero, omni die, ad ſufficientiam collectae et cum piſtello per decem dies continuos fortiter terendo extinctio eius pro poſſe procuretur, et deinde ſeruetur in vaſe, et per menſem immediate ſequentem ad minus quater viſitetur, et per diem ſingula vice ſimili modo et cum ſimili ſputo fortiter conteratur, et hoc perfecto operetur, vt infra, quia ipſum, ſi cum tali ſputo et tali ordine ſeruato, et per tantum temporis ſpatium extinctum a venenoſitate exoluitur, exſiccat, reſoluit, abſtergit, ſubtiliat et incidit, quia natura aquea terreſtris ipſius conſumitur, et ſulphurea vigoratur. Quare ad noſtram intentionem multum confortatur, quia cum debitis medicinis bene incorporatur, vnde illas

illas ad debitum locum adducit. Licet enim ipſum operetur, vt diximus, tamen in aliquibus indiget auxilio aliarum medicinarum. Quare neceſſaria eſt medicinarum in cura talis morbi plurimitas et compoſitio, vt vna alteri auxilietur, et omnes ſimul ad vnum finem concurrant. Etſi alio modo et cum alia re valeret extingui ipſum argentum viuum, ſecundum quod plures faciunt vel cum aſſungia porcina, vel cum butiro, vel cum ſucco limaciarum, non tamen habetur perfectio eius, ſicut cum ſputo praedicto, ſecundum quod medico rationali naturam et bonitatem ſputi praedicti et dictarum rerum conſideranti non erit obſcurum. Tale enim ſputum et quanto perfectius, eſt proprium veneni remedium etc. dictas operationes bene operatur, vnde ciarauli, quos ſerpentes, quamuis venenoſiſſimi, mordent, ſugendo cum ſputo loco morſicato occurrunt.

Verum notandum, quod, licet operetur, vt diximus, tamen oportet ipſum non ſine magna conſideratione operari, et cum oportunis medicinis permiſceri, quia cum violenter incidat, medicinas cum impetu et violentia ad fundum adduceret. Itaque licet non omnimodam, tamen aliqualem lapidationem cauſarent. Quaelibet enim medicina, natura auxiliante et debito interuallo, bene curat, animaduertatur modo, quantum de eo ſit apponendum

in principio, vel in fine, vel in medio. Vſus medicinarum eſt enim de ipſo, ſicut de caeteris medicinis, dum vltra modum et inconſiderato operatur, quia cum ſit naturae praedictae et proprietatis, quia violenter incidit partem ſubtiliorem materiae coniunctae, cum violentia reſolueret, et groſſiorem exſiccando lapidaret, et forſan in partibus ſanis, vbi obuiat, vlcerationem faceret. Qua de re cum talis humor ſit inobediens exiccationi et pari reſolutioni circa praedicta de argento viuo, accurate attendatur, vt operatio et cura laudabilis fiat, et (per) reddam igitur medicum attentum, quum propter dicta de ipſo argento viuo gradatim et paſſim ad appoſitionem eius perueniet. Sicut v. c. pro ii. vnctione, quam ipſum argentum viuum ingreditur. ℞ lib. I. aſſungiae porcinae ſine ſale. Ipſa enim naturae humanae eſt amica, et ponitur loco illius, vnde confortando membra, ſinthoma dulcurando, vias leniendo et ſimiliter aſperitatem formae et ſubſtantiae medicinarum ſiccarum talem compoſitionem ingredientium lenit. Verum vt incorporatio bona fiat, tum vt ſubtilietur, et ingreſſus eius habilitetur, etiam vt acuitas aliqua, quam habet, remittatur, praeparetur prius fortiter, videlicet in mortario marmoreo conteratur per tres dies, et conterendo cum aqua frigida pura continuo abluatur, et in fine contritionis cum aqua roſata, et tandem cum aqua fumiter-

rae.

rae. Hoc facto, ℞ argenti viui extincti extinctione praedicta onc. iii. olei trium vel quatuor annorum antiqui, onc. iiii. olei de olibano ℥ii. olei maſticini onc. I. olei laurini ℥iß. ceropiſis ſeu fecis cerae vel luti aluleariorum apuum onc. ii. dialtheae ℥i. thuris, maſticis, olibani ana ℥ß. Olibanum, vt in ſuo cap. princeps, huic morbo maxime opitulatur, ſerapini ℥iß. Liquefactis liquefaciendis, puluerizatis puluerizandis, in mortario praedicto cum aſſungia praedicta fortiter incorporetur vnguentum, addendo in fine parum cerae albae liquefactae. Ipſa enim cera tale vnguentum diu ſuper locum conſeruat, et cambiſa minime ſic de facili abſtergit eum.

Quo vnguento per circa quatuor dies, omni mane ante cibum et poſt aſſellationem, ad minus cum enematibus vel ſuppoſitoriis, ſtrenuis manibus, fricationibus fortibus circa horam mediam, mediante calido teſto ſingula membra calefaciente, omnes corporis artus inungantur, deducto tamen dorſo ſpinali, videlicet per directum tenuium tantum propter ſcilicet rationem notam, etiam et manibus, tum propter decorum, etiam pro aegri politicis ſeruitiis. Poſt hoc quum modo materia ſit magis digeſta, et ſic reſolutioni et exiccationi magis obediens eundem remedium vigorare contra eam bene expedit, et quia ſic in reſiduo vnguenti medicinis, quae fortius exiccant, opus erit addere, videlicet lithargirii aurei, olibani, ſulphuris an.

ſicut 3ſ. ceruſae ʒi. argenti viui ſimiliter extincti ʒiii. olei de olibano ʒii. Quibus omnibus modo praedicto cum dicto reſiduo in ſimili mortareo incorporatis, eadem loca et eodem modo per circa tres dies omni mane inungantur vltimo, et tandem addantur iterum in reſiduo talis vnguenti circa onc. iſ. de eodem argento viuo, et ſimili modo ſimilia loca per alios duos dies fortiter ad certam et indubitatam ſanitatem recuperandam fricentur inunganturue aegro tali per omnes illos circa decem dies conſeruato in camera, non dico ſtufata obſcura, ſed calida, tantum mutando etiam omni die ſabanas et cambiſam ad libitum. Iam enim vnctio apud fortem illam fricationem, interueniente calido teſto et ſubſequentibus petiis lineis calefactis, bene penetret, eo maxime cum loco ſint, iam per anodina praedicta apta et diſpoſita citiſſime a talibus pati medicinis.

Haec de tali inunctione, ſi ſita cauſa coniuncta humor fuerit flegmaticus. Et ſi vero, vt in cap. iii. in cauſa coniuncta humor fuerit melancholicus licet eisdem medicinis eſſet opus, tamen cum iſte humor ob ſuam nimiam ſiccitatem et magnam frigiditatem ſit multo plus, quam humor flegmaticus incumeatus, tum etiam et ratione membrorum vbi iam conſidet (quia) in oſſibus, quae ſunt ſiccio ra membris iuncturoſis, vt vbi ſupra, cum ſint ſe

cun

:undum magis et minus tam in humiditate, quam u ſiccitate, ſicut in prima et ii. et iii. v. non debent, neque poſſunt ſimiles in cura vtriusque humoris recte operari, ſed in cura humoris melancholici, quoad ſecundam vnctionem, eligatur, quae de iis ſunt minus humidae. Eſt enim humor talis in fundo magis et in locis minus poroſis, modo multum humida medicina poros anguſtiores citius oppilando reſolutionem prohibet humoris melancholici. Itaque licet humida medicina abſolute competeret ex parte morbi ſicci, tamen ratione membrorum laeſorum magnum faceret nocumentum, cum ſecundum modum dictum reſolutionem impediret.

Quare merito de eisdem ſepoſis medicinis eligantur, quae ſunt minus humidae, videlicet caprinum, hyrcinum, deinde vrſinum, leoninum, leopardinum, taurinum, pullinum et faſianum. Nam, vt dicit GALENVS *capite XI. de cura tumoris ſclirotizani*, ſepum caprinum et hyrcinum ſicciora ſunt caeteris aliis praedictis, ſcilicet ex quibus arte et modo praedicto fiat inunctio, et ſimili modo ad dictam intentionem vtantur, extendendo tamen manus, quibus fiat *inunctio*, etiam *in partibus adiacentibus iunctiuris*, vt puta *per crura*, *et tibias*, *et brachia*, ab vno ad aliud caput, et non iuncturis tantum, ſicut in praeſentia flegmatis, vt antea.

Quo vero ad alias inunctiones, ſimiliter medicinae ſicciores propter idem eligantur. Conſiderata enim vtriusque humoris extraneatione, quia vnus ad primam intentionem ſit opus medicinis ſiccis, multum in ſicco licet ſimiliter.

Quoad primam intentionem, ſint neceſſariae medicinae exiccatiuae, non tamen exiccationis tantae, quantae in humido, quia oportet eas eſſe minoris humiditatis, non dico valde parum, quia ſic magis ſiccarent et conſtringerent, ſed dico medio modo, vt vbi ſupra. Conſideratis igitur medicinis iii. aut iiii. vnctionis et naturis earum, dimittant de eis ſicciores, vel miſceantur cum parum humidis gradatim, ſ. quia quousque ſiccitas ſuperflua ipſarum remittatur, ſecundum quod *cap. ſecundo quartae quarti tract. III. de canone curationis vlcerum* docet. Qua de re pro tertia vnctione ℞ pinguedinis porcinae modo, quo ſupra, praeparatae lib. 5. argenti viui ſimiliter extincti onc. ii. olei ſimiliter parum antiqui onc. iii. olei de olibano, olei de laudano an̄a ℥i5. olei maſticini ℥j. fecis cerae ſeu ceropiſis onc. i5. dialtheae onc. 5. thuris, maſticis, olibani an̄a drac. 5. ſerapini drac. ii. galbani et armoniaci ſecundum artem diſſolutorum in aceto an̄a onc. 5. quarum medicinarum omnium liquefacienda liuorem fiant, et puluerizanda puluerizentur ſubtiliſſime et arte, et modo, et forma ante

dictis

dictis in ſimili mortareo fiat vnguentum, quo ſecundum eundem modum et obſeruantiam, et per eundem temporis ſpatium vtito, et tunc reſiduo eius ſimili ratione addantur argenti viui taliter extincti onc. iii. ſulphuris, lithargirii aurei, olibani, ceruſae an̄a onc. 5. Quibus debito modo cum dicto reſiduo incorporatis, vtaris ſimiliter per tantundem temporis ſpatium, vt ibidem in de cura flegmatis in vnctione quarta, et tandem, et vltimo iterum reſiduo tali addantur praedicti argenti viui extincti circa onc. ii. miſce, et ſimiliter per circa alios duos dies finem inunctionibus talibus ponas.

Haec de tali curatione, dum in cauſa coniuncta fuerit humor melancolicus, tantum. Et ſi vero in cauſa coniuncta humor fuerit mixtus, quia flegma et melancholia per conſiderationem curationis et medicinarum dictarum in vtrisque praecedentibus curationibus, videlicet vnius dictorum humorum curatio compoſitionis amborum de facili habetur, quia ſicut in ſolo flegmate medicinae ſcilicet pro ſecunda vnctione habent eſſe plus humidae, quam in ſola melancolia, modo propter amborum praeſentiam medicinae tales ſecundum compoſitionem et dominium ſeu ſuperantiam alicuius iſtorum. Ita et conſiderari habent, quia ſicut flegmate vincente ſupra melancoliam, licet ratione flegmatis deberent eſſe plus humidae, rationem tamen

praeſentiae humoris melancolici ſint minus humidae, et e contra, videlicet ſi melancolia dominabitur, quia licet ratione melancoliae deberent eſſe minus humidae, ratione tamen praeſentiae flegmatis non ſint ita minus humidae propter dictas rationes in ſingulis dictis curationibus dictorum humorum.

Idem de medicinis *tertiae*, *quartae* et *quintae* et *ſextae vnctionis* conſideretur, et dicatur, quod ſicut in ſolo flegmate pro curatione medicinae habent eſſe plus ſiccae, quam in humore melancolico, et in ſolo melancolico non tantae ſiccitatis, ſed medio modo, ita dum ambo componuntur humores, ſicut, flegmate praedominante, medicinae ſint plus ſiccae, ita, praedominante melancholia, ſint non tantae ſiccitatis, ſed cum conſideratione ſecundum rationem dictam in ſingulis praedictis amborum curationibus. Exempli gratia, et primo pro ſecunda vnctione, quia circa primam nil refert. Intentio enim ipſius ambobus eſt par, et primo, dum vincit in compoſitione tali humor flegmaticus, ℞ adipis ceruini, gallinae, anatis et vitulinae an̄. miſce, et fiat vnctio modo, quo ſupra, pro tertia vero, quarta et quinta ℞ ſicut pinguedinis porcinae antedictae libr. 5. argenti viui praedicti extincti onc. i5. olei parum antiqui onc. ii. olei laurini onc. i. olei maſticini onc. 5. ceropiſis onc. i5. dial-

dialtheae onc. ſ. thuris, maſticis, olibani an̄. ʒſ. ſerapini ʒii. quibus ſecundum eandem artem et modum fiat iii. vnguentum. Pro quarta vero vnctione ℞ argenti viui ſimiliter extincti onc. iii. ſulphuris, olibani et lithargirii aurei an̄. onc. ſ. ceruſae onc. i. galbani et armoniaci an̄. ʒvi. et eodem modo cum reſiduo quartae vnctionis praedictae miſce et vtere pro vnguento quarto. De quinta vero aut vltima vnctione ſimiliter. Verbi gratia ℞ argenti viui extincti circa onc. iiſ. et miſtis cum reſiduo quartae vnctionis vtere, et ſit, ſi in cauſa humor, vt diximus, flegmaticus vincat, ſi vero vincat humor melancholicus, v. g. pro ſecunda vnctione ℞ adipis caprini, hircini, taurini, gallinacei, et vitulorum, et anatis an̄. miſce et vtere, ſed de iii. vnctione in compoſitione tali ℞ ſicut pinguedinis porcinae praedictae onc. viii. argenti viui extincti onc. ii. olei parum antiqui onc. iii. olei maſticini et laurini an̄. vnc. i. ceropiſis vnc. i. dialtheae vnc. ſ. thuris, maſticis, olibani an̄. vnc. i. ſerapini ʒij. Ex quibus omnibus ſimiliter fiat vnguentum, et vtere, cuius reſiduo pro iiii. vnctione addantur argenti viui ſimiliter extincti onc. iiſ. ſulphuris et olibani an̄. onc. ſ. galbani et armoniaci extinctorum, vt ſupra, vnc. i. et miſce, et vtere reſiduo, cuius per v. grana. Et vltima vnctione addantur argenti viui extincti vnc. iiſ. miſce, et erit finis operis noſtri cum argento viuo,

habitis ſemqer, quicunque humor et ſiue ſolus, ſiue compoſitus, conſiderationibus, et primo circa complexionem et naturam totius, ſi vel flegmatica, vel melancolica, quia ſi flegmatica et extraneatio in flegmate fuerit, medicinae pro ii. vnctione humidiores eſſe poſſunt et debent, quam ſi corpus fuerit naturae melancolicae. In melancholico enim licet ratione morbi conuenirent minus ſiccae, ratione tamen naturae ſeu complexionis ſiccae medicinae eſſe debent minus humidae propter rationem dictam, et ſimiliter, ſi complexio totius melancholica fuerit, et extraneatio ſimiliter melancholica, medicinae ſint minus humidae, quam ſi corpus naturae fuerit melancholicae, et extraneatio fuerit flegmatica, et ſic e conuerſo circa virtutem, ſi is fortis vel debilis fuerit, quam ſi fortis medicinae ſine timore ſecundum morbi eſſentiam, vt regitur, approximari poſſunt et debent, virtutis debilis talis medicina eſſet vltra modum fortis, et quia ſic debilitetur. Medicus enim dum curat, duo neceſſaria obſeruare habet, videlicet virtutem totius et fortitudinem morbi, vt in cap. I. quartae prim. ſicut mihi contingit, quum quendam excellentem ſenem et naturae, et virtutis debiliſſimum de eodem morbo cum vnguentis praedictis curaui. Fuit enim opus longam digeſtionem per primam et ſecundam vnctionem in cauſa flegmatis dictas facere, et in iii. vel iiii. vnctionem multo parum de dicto

argen-

argento viuo apponere, et illas ſic debiles per longum temporis ſpatium operari, etiam cum interpollatione alicuius diei. Medicina enim debilis longo tempore et frequenter ſine interpollatione adminiſtrata ſupplet vices medicinae fortis, lento tamen modo, vt *cap. 15. Summae prim. doctr. ſecundae ſecunda prim.* Ibi et gradatus quidem primus, ſicut tu ipſe, dum curas, conſiderare potes, dum haec tibi contingunt, animaduertendo inſuper, quia ſi aliqua talis humoris portio in aliqua corporis parte coniungatur et coadunetur, et niſi inde vel ſenſibiliter vel inſenſibiliter extrahatur, et vlcus tale, ſi ſcilicet ſenſibiliter extrahatur, niſi digeratur et mundificetur ante, quam vnctiones praedictae adminiſtrentur, laboratur incaſſum, quia cum vnctiones praedictae operentur ad vltimam intentionem, videlicet vt ſanent. Quare ſiccae exiſtunt, et vlcera ſanari non poſſunt, niſi prius ab omni indiſpoſitione mundantur, vt *cap. 1. et 2. tract. tertii quartae quarti de ſermone vniuerſali et cura vlcerum.*

Et ſunt et *duo* alii *modi eiusdem morbi curatiui ſine* (tum) *appoſitione argenti viui.* Eſt Galeni, vbi ſupra, alter eſt experimentatorum torpidorum. Modus Galeni, quam praecedentibus adhuc etiam duabus primis inunctionibus praedictis ℞ olei ſabini vel loco eius anethini lib. 5. Calefiat, et cum eo omnes corporis artus ſ. doloroſae manibus frican-

fricando inungantur, deinde aegrum intra dolium vel commodam tinam bene coopertam intrare permittas, vbi duo vel tres, vel plures lapides milites ſeu molares, vel pirites ſeu focarios benignitos intromittas. Supra quibus, dum ſic igniti et ardentes ſeruantur, cum petiis vel ſcopa aliqua de acerrimo aceto ſupereffundatur taliter et tamdiu, quousque indifferenter totum corpus exquiſite ſudauerit, renouando lapides alios ignitos, ad extinctionem ſcilicet primorum, et conſecuto ſudore, corpus totum ſabanis calefactis abſtergantur, et in lecto ponatur, vbi ſimiliter ſudare occurrerit, nihil mali. Et hinc ad horam aſſumat prandium bene reſumptiuum et digeſtibile, vinum bibat ſubrubeum conuenienter limphatum, et coena ſit, ſicut prandium, et ſic facito fomentationem ſeu ſtuffam per circa ſeptem dies, animaduertendo tamen, quod corpus intra tinam taliter aptetur ſuſpenſum, et ita altum ſedeat, quod corpus totum etiam et pedes eleuati a fundo exiſtant, et corpore toto bene cooperto caput et facies extra coopertorium conſeruetur propter notam rationem, praecedentibus adhuc etiam crebris aſſumptionibus infra ſcripti ſirupi et aquae omni mane et toto tempore praedicto, videlicet a die primae inunctionis vsque ad vltimam tinam. Verum cum inungitur, aſſumat, facta inunctione, ſed cum ſtuffatur, aſſumat antea ad minus per duas horas, cuius deſcriptio. ℞ radicum

cum enulae et ederae añ. vnc. iiii. florum anthos, capillorum veneris, menthaſtri, pulegii, gallitrici, pollitrici, matricariae añ. manip. 5. radicum foeniculi, apii et petroſillini an. vnc. ii. radicum cicoreae vnc. iiii. foliculorum ſenae drac. i5. polipodii quercini, liquiritiae raſae añ. vnc. i. croci grana iii. agarici trociſcati vnc. i5. bulliant omnia in lib. X. aquae et in lib. i. mellis optimi, et in lib. 5. zuccari ad conſumptionem duarum partium ex tribus ita, quae remaneant, lib. iiii. et coletur, et reſeruetur in vaſe, cuius doſis eſt circa vnc. vi. tepida. Et ſic erit finis modi curatiui Galeni cum ſtuffa et ſine argento viuo, cui maxime confido. Eſt enim tantae efficaciae in reſoluendo materiam morbi, imo membrum aliquod ſclirotizatum et mobile, vt Galen. mobile et ad ſuas debitas operationes reſtituit, ſi tali ſtuffa ſtuffaretur, ita, quod potius magicae artis, quam ex poſſe ſuo hoc operari videtur, vt ipſemet, vbi ſupra.

Modus vero ſecundus *experimentatorum torpidorum* et ſimiliter *ſine argento viuo* eſt, qui adhuc etiam, praecedentibus debitis vniuerſalibus, recipit circa lib. VI. cuiusdam ligni nominati *lignum ſanctum* ſiue *indiacum*, quia *inde denuo ductum eſt*. Carpentetur ſubtiliſſime, et infundatur [illegible] per diem naturalem ſingula vice lib. [illegible] lib. XV. aquae ciſternae vel opt[illegible] fontis ſeu riualis, deinde bulliat

bulliat ad conſumptionem tertiae partis dictae aquae, ita, quod remaneat lib. V. ſpumetur et coletur. *Spuma fricata in vlceribus et tuberoſitatibus cum dicto morbo quandoque repertis*, vt dicunt iſti, ſanantur. Seruetur iſta aqua. Dicetur *aqua prima*. Hoc facto, iterum ℞ eundem lignum decoctum et colatum ab aqua prima, et bulliant iterum in lib. xxiiii. ſimilis aquae ad conſumptionem lib. iiii. ita, quod remaneat lib. xx. coletur et ſeruetur aqua iſta. Et dicetur *aqua ſecunda*. Iſtis aquis ſic perfectis, *bibat aeger omni mane* per circa horas quatuor ante prandium lib. 5. *de aqua prima tepida*, et ponatur, *vt ſudet*, et tranſaptis horis quatuor, ſumat prandium, videlicet circa vnc. iiii. boni biſcocti et circa vnc. ii. paſſularum enucleatarum vel ſeminum communium zuccaratorum. *Potus ſit de aqua ſecunda ſimiliter tepida*, et tranſaptis horis circa ix. a prandio et per circa horas tres *ante coenam iterum aſſumat lib. 5. de aqua prima ſimiliter tepefacta*, *et*, *aegro cooperto in lecto*, *procuretur iterum ſudor*, et coena deinde ſit, ſicut prandium, et ſic facito per quinque dies continuos, et tunc iterum (et) ℞ aliam lib. i. eiusdem ligni carpentati, et ſimili modo primam et ſecundam aquam facito. Quas aquas ſecundum eundem ordinem per [illegible] quinque dies aeger aſſumat, ſic et prandium, et coenam [illegible] …ciniendo. Quibus decem diebus cum ordine praedicto expeditis, iterum ℞ alia lib.

lib. i. dicti ligni carpentati et infuſi ſimiliter per diem naturalem in lib. XX. ſimilis bonae aquae, bulliat ad conſumptionem lib. Xiis. ita, quod remaneant lib. Viis. et facta colatura, ſimiliter ſeruetur pro aqua prima, et deinde eundemmet lignum iterum bulliat in lib. XXiiii. ſimilis aquae ad conſumptionem lib. iiii. ita, quod remaneant lib. XX. quae ſeruetur, et erit *aqua ſecunda.* Quas aquas aeger, eodem ordine obſeruato, aſſumat per dies ſeptem, et tunc iterum et ſecundum eundem modum cum alia lib. i. dicti ligni pro aliis ſeptem ſequentibus diebus primam et ſecundam aquam coquito, et ſic omnibus ſingulis ſeptem diebus et cum vna lib. dicti ligni facias pro complemento quadraginta dierum, vbi erit finis aſſumptionis aquarum dictarum et ordinis praedicti in animaduertendo, quod ſi aqua ſecunda aliquando deficeret, quia aeger multum biberit, tunc et in eo caſu recipias de dicto ligno biſcocto expanſo ſeruato in vmbra circa lib. i. et ipſum iterum et tertio coquito cum circa lib. XX. aquae ad medietatis aquae conſumptionem, de qua potetur loco aquae ſecundae. Prandium et coena vsque ad XX. dies ſint, ſicut in primis decem diebus, in aliis vero diebus XX. vltimis ſit ad minus ſemel in die vel prandium, vel coena reſumptiua cum tertio depulſo cum carne digeſtibili, et potet vinum optimum decenter limphatum. Cibus vero alius ſit ſimili-

ſimiliter tenuiſſimus, quia de biſcocto et de aqua ſecunda praedicta. Similiter et *per omnes dictos XXXX. dies* medicus ventrem aegri lenem conſeruet, ad minus mediante clyſteri omni tertio die, quod recipit v. g. caſſiae tum circa ℥xii. agarici albi circa ℥j. ſalis gemmae circa ℨj. olei violati vnc. iiii. mellis violati vnc. ii. zuccari rubei onc. i. decoctionis communis q. ſ. et fiat clyſtere, et omnibus decem diebus hora magis electa loco ſiropi ſeu aquae primae ad materiam et humorem peccantem ℞ v. g. diacatholiconis circa onc. ß. agarici trociſcati circa ℈ij. electuarii roſati Mesves circa ℥iii. electuarii indi circa ℥j. et in bolo cum zuccaro vel diſſolutis cum decoctione florum et fructuum cordialium detur, et non obliuiſcatur medicus renum et epatis partes ab extra cum alterantibus, et a diſcraſia dubia proueniente ex curatione talis conſeruantibus, ſicut modus et regimen tale conſiderantibus non eſt occultum et ignotum. Taliter ſunt ſicut cerotum album Galeni et cerotum ſcandalatum et huius generis ſimiliter, et caſu, quo vel ob pororum obſtructionem, vel quoquomodo. Si apud aſſumptionem dictarum aquarum pro ſirupis mane et ſero *non ſudauerit*, tunc et eo caſu, tranſaptis primis XX. diebus, aeger ſubmergant in balneo hora magis medico electa decoctionis camomillae, melliloti, aneti et parum aeſopi ſiccae, et dum egreditur balneum, aquam primam aſſumant, et

et, abſterſo corpore cum ſabanis calidis, ponatur in lecto ſimiliter calefacto et bene cooperto, vt ſudet, et fiat *balneum omni die*, quousque ſudet. In aduentu vero ſudoris recedat balneum etiam non, niſi vtiliſſimum mane et ſero pro omnibus dictis quadraginta diebus per circa horam mediam ante cibum parum et leui manu corporis extrema fricare, et ſi medicus ſimiliter amaret tam circa ante dictum ordinem Galeni, quam etiam apud iſtos regimen cum ligno per circa quinque dies ante (a) primam et ſecundam vnctionem in de regimine cum argento viuo praenarratas operari non, niſi valde proficuum erit, quia poros aperiendo et materiam aliqualiter digerendo eam expulſioni, exiccationi et reſolutioni maxime accommodaret.

Sunt enim ordines praedicti cum ſtuffa et cum ligno praedicto exiccatius valde, ſed multo fortius regimen praedictum cum ligno, cum ſecundum omnem modum exiccet, quia tam rationem regiminis in ſex rebus non naturalibus huic concernentibus, quam ratione proprii ligni coadiuuantibus etiam (ad) exiccationibus, crebris euacuationibus et per ſeceſſum, et per ſudorem, et quandoque per vomitum et per vrinam, immo eſſet dicendum modum iſtum curatiuum cum ligno praedicto potius conferre rationem regiminis talis ita tenuiſſimi et ſicciſſimi, quia ratione aquarum decoctionis ligni

 prae-

praedicti veluti ſcilicet lignum tale. Non enim a proprietate, non enim qualitate, nec occulta, nec manifeſta, non a forma ſpecifica, et hoc ignoratur, quia quocunque modo lignum, veluti talé, operaret, non eſſet opus talis et tanti ſicci, et tenuiſſimi, et ſubtilis regiminis, nec tantae crebrae euacuationis, et per omnes conuenientes regiones, videlicet per ſeceſſum, per vrinam, per vomitum, (enim) et per poros cutis minime tantae crebrae aſſumptionis dictarum aquarum, ſed conueniret et ſufficeret de dictis decoctionibus ad tempus et menſurate, ſicut de ceteris medicinis, ſicut ſunt ſirupi, aquae ceterae et ſubſequentes euacuationes ad vnumquemque morbum, videlicet aſſumere ter, quater, ſexies, decies, de ſirupis, et ſequenti mane lenitiuum euacuatiuum, minoratiuum vel *eradicatiuum illius febris* vel alterius morbi cum intermedio debito regimine, quia etiam reſumptiuo mane et ſero multotiens, et *quanto magis fuerit morbus cronicus et tardius curabilis*, et quia ſic vanum eſt credere de tali ligno, quod iſtud faciat, niſi quod regimen facit illud, quamuis lignum aliqualiter auxilietur. Sat eſt regimen praedominari, immo tale auxilium ab omni ligno et arbore in natura ſicco, ſicut eſſet tammarindus, ebanus, lignum aloes, etiam et quercus, praeſtabitur, ſi, mediante tali et tanto regimine, et eodem modo vtatur, quia, ſicut dixi, ſi lignum veluti

tale

tale hoc faceret, iuuaret, vt dixi, et eo vteremur ad tempus et cum debito regimine reſumptio, ſicut caeterae medicinae iuueni, ſicut caſſia, reubarbarum, electuarii conditi et caeterae tam ſimplices, quam compoſitae medicinae.

Similiter et omnibus tali morbo infectis iuuaret, ſi remedium veluti tale talis morbi eſſet, ſicut dictae medicinae vnumquemque morbum reſpiciunt, et illum determinate curant. Et tamen videmus multos a dicto ordine cum ligno plus laedi, et ſi aliquem curet vel curare videtur, non ob aliud, niſi quia occurrit cum dicto regimine alicui plectariae cacochimiaeue et repletioni cauſatae maxime a cibo et potu. Quare corpus tale cum eſſet ita plectoricum, ab inanitione curari maxime habet. Morbum enim ex repletione ſanat. Vnde antiqui, ſicut maxime erant Arabi et Egyptii, ceteros morbos ieiunio curabant, vel et maxime in exquiſita plectoria, vbi forſan ieiunio non daretur indutia, cum vomitu curabant, authore Alfarabii, principe omnium Arabum et Egyptium, *ſiculo hiſtoriarum priſcorum lib. II.* vbi dicit: *Qui Arabis morbos vel ieiunio curant, vel vomitu, idque aut quottidie, aut tribus diebus, aut quatuor interiectis. Aſſerunt enim ex ciborum ſuperfluitate omnes creari morbos. Eam ergo ad valitudinem curam eſſe optimam, quae morborum principia auferat.* Et hinc equidem talem no-

uum nobis modum curandi denuo deductum eſſe credo, abuſiue tamen, cum ſecus temporibus iſtis apud nos et in regione noſtra de noſtro viuendi vſu et ritu, quia Egyptii omnes ſex res non naturales ita temperatas habebant, quod toto tempore vitae eorum incolumes et ab omni morbo diu ſemoti conſeruabantur, immo in tantum, dum aliquando aegrotabant, verecundabanturque mori, pati voluntarie non curabant, maxime dum morbo incurabili laedebantur, exercebantur antiqui, laetabantur ſpatiabanturue, dormiebant pro debito, cibus eorum et potus ſine confuſione deferebantur in menſa. Non enim carnem cum piſcibus, non pinguia cum oleis miſcebant. Nam, vt dicit idem autor lib. III. in de inſula Lambone et ſuo ſocio reperta, quod antiqui ceruum *) diu viuendi ordinem ſeruant. Nam vnico cibo dietim contenti certo die piſces, alio aues, quandoque terreſtria animalia edunt, oleo aliquando ſimplicique menſa vtuntur, diuerſis ſunt exercitiis dediti etc. Circa potum ſimiliter parchi **), immo, vt ibidem de antiquis quidam erant, qui toto tempore eorum vitae nunquam, et quidam, qui tantum omni quinto die bibebant, et in tali die nihil edebant, et

*) Leg. *certum.*

**) Leg. *parci.*

et ſic ab omni paſſione ſemoti, autore praedicto, conſeruabantur. Similiter et aerem habebant temperiei tantae, quod nec ab aeſtiuo calore, nec ab hiemali frigore laedebantur, ſed totum tempus anni temperatiſſimum. Quare terra bis in anno ſponte et ſine cultura ſuos praebet vberes fructus, immo ob aeris temperiem tantam et puritatem ita conſeruantur fructus, quod anno integro in arbore conſeruantur incorrupti, quousque fructus noui adueniant, autore praedicto ibidem. Breuibus, ita ob dictam omnium temperiem et puritatem ab omni morbo ſemoti ſeruabantur, quia dum aliquo infirmantur morbo, vt dixi, (dico) incurabili, mori contentantur, tanquam indigni vita, et quod nihil amplius quid vita digni agere volebant. Dicit enim autor praedictus, vbi ſupra, quod videre licet trogloditas omnes corpore integro, aetate valida, vt qui ſexageſimum non excedat annum. Verum de his hactenus.

Si quis vero lector aut propter rerum nouitatem, aut mirabilem eorum, qui deſcribebantur, vitam noſtrae forſan hiſtoriae fidem abrogabit, Scitarum Trogloditarumque aerem comparans, quantum inter ſe is differat, penſitet, ſcribentium verbis credet. Tantum enim noſter differt aer ab eo, qui in hiſtoriis aliquando narratur, vt diuerſitas eorum incredibilis videatur: Aliquibus in

regionibus adeo maxima frigoribus congelantur flumina, vt currus et exercitus ſuper immobilem glaciem tranſeant, congelatur et vinum reliquaque. His eſt mirabilius et extremitates veſtium, quas homines ferant, frigore attritae decidunt, obfuſcantur oculi, ignis ſplendorem non reddit, aereae ſtatuae diſrumpuntur ſimiliter. Et in Aegypti ac Trogloditarum finibus propter immenſam ſolis circa meridiem caloris vim nequaquam ſe reſpicere prope ſtantes queunt ab aeris craſſitate, et has tamen, qui incolunt horas, tanta vitae incommoda nolunt effugere, ſed vltro potius eam diligunt vitam, qui alio cogantur more viuere. Ita patriae amor quidam ingens natura ſingulis innatus eſt, et aeris malitiam conſuetudo a teneris annis coepta ſuperat. Has vero rerum varietates haud magna locorum intercapedo (alquum) continet etc. ſtante modo in dictis rebus non naturalibus tanta temperie et puritate in partibus ante dictis, merito ab omni morbo conſeruari valent; imo debent, et dum infirmantur, ſimiliter pudere, quum non, niſi ex nauſeatiua ſacietate laedantur, de quo habent maxime verecundari. Tamen perfectior cura ieiunare eſt, et cum conſideratione adhuc ad virtutem, vt ipſi interiiciendo tres vel quatuor dies faciebant, cibum reſumptiuum per virtutem aſſumebant.

At nos, vt dixi, quum de ſex rebus non naturalibus, vt ita dicam, decem diſtemperatas habea-

habeamus, et ab vnaquaque (de) per ſe laedi valeamus, etiam quamſi dum laederemur ab ea re, quae humiditate laedit, ſicut nauſeatiua ſacietas, ocium, ſomnum et huius generis, tale ligni regimen iuuaret. Si ab ea laedimur, quae calido vel ſicco et etiam frigido nocet, tale regimen nocumenti ad augmentum potius, quam decrementum praeſtaret, ſicut naturam rei laedentis et morbum, et modum curandi, et regimen curatiuum bene conſideranti declarabitur, et iſtud eſt, quod aliquem curare et aliquem fortius laedere a tali regimine et modo curandi videmus, et quia ſic (vt) circa talem modum curandi errorem non comites *), o medice, ſi cum iſto modo talem morbum curare emas, ſuper procatarticis morbi cauſis diſcurrendo, ad hunc morbum venias, et ſi humiditate ipſum laedere reperies, ſine dubio cum tali ſicco modo curatiuo et ſubtili, non cum ligno curabis. Non ergo, vt noſtrates nunc, facias, qui ad omne quare ordinem ligni adhibent, et volunt videri correptores talis regiminis, quum ſic penſitent ab infamia et erroribus excuſari faciunt, quia rationem aliquam medendi reddere neſciunt, et ideo ad modum curandi experimentatorum ſe transferunt, et dicunt, experimentum eſt tale. O ſi antiquos in obſeruantiam haberemus! Ipſi enim medicos ſine lege curan-

*) Leg. *committes.*

curantes, dum aeger moriebatur, interficiebant impune, ſicut lege curantes in tali caſu carebant omni crimine. O vtinam ſic eſſet, quia raritate potius, quam multitudine medicorum aetas noſtra peccaret! Hactenus de curatione talis morbi ſecundum omnem modum curationis, tum theoricae, tum practicae. Valete omnes. Datum Cypri die XXIV. Marci MDXXXVIII.

Pract.

IO. ANTONIO BOLOGNINO
ex ROVERELLIS
medico de cura morbi gallici
finis.

XV.

Remaclus Fuchs *).

Reuerendo

D. GVLIELMO GVYNONIO a FLEMALIA,

Corbolienſi priori, diui Ioannis Lateranen. apud Lutetiam Pariſiorum et Stamparum commendatori digniſſimo etc.

REMACLVS F. Lymburgius, S. P. D.

Solent fere ſcriptores, reuerendiſſime domine, ſuas lucubrationes iis nuncupare, quos literarum fideles patronos cognouerint. Eodem ego ſtudio atque conſilio in praeſentia adductus ſum, vt opuſcu-

*) *Morbi Hiſpanici, quem alii Gallicum, alii Neapolitanũ appellant, curandi per ligni Indici, quod Guayacum vulgo dicitur, decoctum, exquiſitiſſima methodus: in qua plurima ex veterum Medicorum ſententia, ad noui morbi curationẽ magis abſolutam medica theoremata excutiuntur. Autore Remaclo F. Lymburgenſi. Pariſiis apud Chriſtianum Wechelum Anno M. DXLI.* 4. Extare etiam creditur ed.

opuſculum *de ratione morbum, quem vocant Hiſpanicum, curandi* inſcriptum diuulgarem, et tuae D. conſecrarem. Quum enim viderem aliquot retroactis annis tot egregios heroas, tot generoſos et nobiles viros, tam praeclara ingenia, non citra excellentium medicorum notam et dedecus, partim *lento morbo contabeſcere*, partim *in tolerandis cruciatibus languentem animam exhalare*, nihil non tentantibus et ſatagentibus medicis, vt eam luem e corporibus hominum profligarent, iam linimentis ex *hydrargyro*, *reſinis* aliisque *gummi* calidiſſime apparatis, modo *ſuffitibus* et *thermis ſiccis* vocatis, modo *potionibus* variis et aliis innumeris ad id excogitatis remediis. Tandem diuino quodam munere ab extremis orbis oris nobis petitum eſt *lignum, quod modo ſanctum, modo Indicum, modo Guayacum* vulgato nomine appellari audio. Cuius virtutes hoc loco referre non licet, quum quotidiano vſu et experientia de ſe ſint longe manifeſtiſ-

ed. Pariſ. 1541. 8. (LINDEN. ELOY.) ſed dubito, cum vtraque eodem anno et ab eodem bibliopola prodiiſſe videtur, ASTRVC eum non vidiſſe. Deceſſit e viuis canonicus a. 1587. clarus inde ab a. 1533. Hoc vero quaſi compendium eſt earum rerum, quae ad rectam gallici morbi cognitionem et curationem pertinent, cum auctor, quo in caſu bene adhibeatur et vnguentum ex mercurio, et guaiacum ex aqua decoctum, praeclare doceat.

nifeſtiſſimae. Neque admiratione dignum videbatur, ſi *in nouo et incognito morbo* excellentiores medicos nouae peſtis execrabile ſpectaculum aliquamdiu incertos et dubios in eius amolitione et curatione torſerit, dum ad omnem ſcabiem et malum mortuum vocatum adpropriatis vtentes remediis, palliatiuam ſeu blanditiuam, quam veram et perfectam eius morbi curationem experirentur. Quod etiam vſu veniſſe Romanis medicis Plinivs *), dum Cn. Pompeii principatu Romae et in circumiacentibus locis lichen, foedus et antea medicis inauditus morbus, inter nobiles primum graſſari coepit, cui depellendo non ſufficientes Romani medici ex Aegypto accerſiti empirici, qui venenatis et letalibus pharmacis eam peſtem medicabant. Quod euentus clare monſtrauit in Cossino, equite Romano, qui potu cantharidum interemtus fuit.

Pari modo et in hoc morbo Hiſpanico appellato, non contentum foris, *per omnes corporis paene totius iuncturas* ſuum *hydrargirum infarcire et illinire* imperitum hominum aliptarum vulgus, verum etiam idem *ſublimatum et calcinatum*, vt vocant, *in catapotia redigere*, et intra corpus deuorandum auſum fuit. Quanta cum vtilitate, ipſum demum viderit. Tametſi non refragari velim venenoſam

et

*) Hiſt. Nat. XXVI. 1.

et peſtilentem materiam, quae vt plurimum *huic ſcabiei* communicari ſolet, per venena et δηλητήρια vocata pharmaca, admixtis ſuis bezoardicis, e corporibus eſſe propellendam; verum tamen, quanta cum cautela et ſedulitate id conandum ſit, dilucide oſtendit Galenvs *de ſimpl. pharmacorum facultatibus*, vbi theriacas et alexipharmaca cuncta ἀμφοτερίζοντα appellat, quae debent eſſe media inter corpus laeſum ad eius conſeruationem et veneni naturam, vt eam euacuent et propellant. Quae omnia ne per ſomnium quidem, quod aiunt, iſti empirici intelligunt atque animaduertunt. Quibus fit, vt a ſcopo ſaepius eos aberrare eueniat, et palantes hinc inde optatum medicinae finem raro aſſequantur, qui eſt, corpus aegrum ſanabile, ad proprium reducere temperamentum.

Quae omnia dum mecum tacite reputarem, magnifice domine, tuasque eximias virtutes et praeclaras animi dotes ex altera parte perpenderem, quibus non modo ſummis viris chariſſimus es, verum etiam intra Leodienſium moenia et apud exteras nationes de virtutibus tuis decertatur, quantumuis Gratiis et muſis alienus. Tanta eſt enim tui nominis recordatio, vt nullus ſit, qui te non colat, veneretur ac obſeruet. Qua de re, liberaliſſime domine, vt conſpicua tibi facerem mea ſtudia, libellum hunc *de morbi Hiſpanici per lignum*

Indicum

Indicum curatione tumultuante calamo a nobis elaboratum T. P. dedicare ſtatuimus, vt imitatione Alexandri Magni, qui malignam ſagittarum veneno tinctarum vim per herbam ſibi monſtratam oportune ab exercitu profligauit, ab arduis interim R. T. P. diſtracta curis, animi recreandi cauſſa *admirabiles ligni Guayaci vires* legendo animaduertere poſſit. Quanquam enim tanto viro dignum parum et oportunum minus eſſe cognouerimus, nihilominus tamen de tua in omnes confiſi humanitate et beneuolentia, magnorum dominorum more, non rei datae, ſed offerentis potius te rogabimus ſpectare animum. Quod ſi R. D. T. placere hos noſtros qualescunque conatus intellexerimus, ad maiora poſthac extimulabit animum, quem in Christo ſoſpitem ac incolumem diu nobis conſeruare dignetur deus opt. max. a quo omnis medela et ſalus. Ex muſeolo noſtro. Anno a Christo nato ſupra ſeſquimilleſimum quadrageſimo primo, decimo Calend. Iulii.

In morbi gallici per ligni Indici decoctum curatiuam methodum.

Praefatio.

Superioribus iſtis diebus, quum pro more diuerſa ſimplicia pharmaca, vtinam tam genuina et ſincera, quam exotica et ſuppoſititia! diligenti indagatione percurrerem, forte fortuna in lignum Indicum, quod Guayacum eius gentis natio, quae ad nos transmittit, lingua vernacula appellat, incidimus. Cuius virtutes in hoc morbo Gallico curando efficaciſſimas et praeclariſſimas conſiderans mecum penitiore examinatione diſpicere coepi, num lignum contrariis, vt experientia comprobatur, eſſentiis et qualitatibus compoſitum, a diuerſis diuerſimode apparatum, omnibus aegrotis, nulla praehabita neque morbi ipſius naturae, neque complexionum et conſtitutionum corporum, neque ſexus, aetatis, regionum et ſimilium conſideratione, exhibitum, pari vtilitate ſingulos laborantes ex aequo adiuuaret, quum difficillimum ſit, teſte Galeno, aliquod medicinae auxilium inuenire, citra quod laedat, omnes vehementer iuuet. Praeterea tum victus rationem tam exquiſitam et tenuem, quam nimis imperioſe citra iudicium plerique empiricorum ſolent imperitare, noſtris hominibus

nibus interdum non minus fallacem, quam inutilem et exitialem fore conſpicerem, poſt tot doctiſſimos medicos, qui de morbi curatione ſcripſerunt, (tametſi praeter LEONICENI et LAVRENTII cuiusdam FRISII, et MANARDI in ſuo epiſtolarum libro de nomine morbi et prima eius origine opiniones verius, quam curationes, dum haec meditarer, ne tantillum quidem me antea legiſſe contigiſſet,) pro mea virili nonnihil et ipſe in communem vtilitatem adferre conatus ſum, vt, quae ex continua rerum medicarum theoria et circa particularia, vt mea fert aetas, aliquali experientia apud antiquos et recentiores medicos ad ſtabiliorem et certiorem eius morbi ſanandi methodum vtilia inueniſſem, poſteris tradere fideliter et bono zelo non detrectarem. Quum itaque me ſtili ieiuni et plane ſterilis ab incepto abſterreret ruditas, rei vero et ſuſcepti argumenti fluctuantem et dubium animum incitaret vtilitas, oportune nobis, tanquam ſtrenuus monitor, adfuit GALENVS, qui honeſtum illud ab HESIODO decantatum certamen in aurem ſubinde mihi inclamabat. Quanquam enim egregiam famam et laudem vulgo conceptam doctis viris plurimum aliquando officere ſcribat, nihilominus tamen, iuuenis adhuc quum eſſet, non aurae popularis capiendae *) gratia, ſed vt ſeſe excitaret, et veritatem inqui-

*) Therap. VII. 1.

inquirendo digna poſteris rerum pulchrarum monumenta relinqueret, ſaepius ſcribendi argumentum ſe captaſſe fatetur. Quam ob rem mihi minime vitio verti debere exiſtimaui, ſi pro ingenii noſtri tenuitate in tam confuſa ac erronea per multos empiricos huius morbi Gallici curandi methodo aliqua ex antiquorum medicorum libris petita, quae ad meliorem curationem et tutiorem exequendam facere mihi viſa ſunt, praeter ea, quae neotericorum complures experti ſunt, literis demandarem, quum non pigros et ceſſantes, vt ait GALENVS *), agricolas HIPPOCRATIS relicta opera poſtulent, ſed bonos et diligentes, qui eadem, quae ipſe ſeminauit, pulchris conatibus augeant ac perficiant. Non defuturos tamen ſcio quosdam qui meum opus, vt ſuperuacaneum, aſpernabuntur atque ridebunt, quod praeter medica theoremata et ſcopos quosdam morbi curatiuos citra vllam remediorum materiam aliud adferam nihil. Quibus id breui reſponſum volo, me non empiricis et indoctis hominibus, (non enim intelligent) ſed dogmaticis et rationalibus medicis haec exarauiſſe, quibus vel ſola voluntas in rebus pulchris adprime grata eſſe conſueuit.

Quod autem remediorum compoſitiones non adiunxerim, in cauſa fuit, quod ex ſe partim doctus

*) Therap. VII. 2.

doctus et rationalis medicus, cognita morbi natura aegrotique complexione, ex tam confuſa diuerſorum pharmacorum compoſitione, partim ex antiquorum et recentiorum medicorum libris innumera petita medicamenta facile ſibi deligere poterit. Quare obgannire et noſtros labores lancinare (hi qui ſunt) deſinant, et ſi quid per imprudentiam a nobis erratum ſit, humanae fragilitati et obliuioni condonent velim.

De morbis populariter graſſantibus ſecundum HIPPOCRATEM et GALENVM.

Cap. I.

HIPPOCRATES, primariae medicinae venerabilis antiſtes, et poſt eum in commentariis ſuis GALENVS *), morborum vulgo graſſantium cauſas diligentiſſime indagantes, in tria genera, tanquam eorum communiſſimas cauſas, redegerunt. Primum enim ἐπιδημὸν, hoc eſt, *populare*, et λοιμικὸν, id eſt, *peſtilentiale*, appellarunt. Cuius cauſam ad id, quod omnibus animantibus communiſſimum exiſtit, retulerunt, nempe aerem, quo egent animantia cuncta cordis ventriculum habentia, vt purioris ſanguinis et calidioris, qui in eo continetur, fuliginoſi vapores per exſpirationem exhalent, et caloris

*) Epid. I. in Comm.

loris innati temperies, per inſpirationem continuo veluti flabello ventilata, conſeruetur. Inficitur autem aer, qui ſuapte natura purus et immixtus eſt, ex corruptis vaporibus a materia putrida eleuatis, veluti ſunt lacunae, cloacae, ſtagna, barathra, holera putrefacta, cadauera inſepulta, nonnulli draconem aereum flatu viroſo et peſtilenti aerem conſpurcare dixerunt, non aliter, ac cacodaemon ille apud PHILOSTRATVM, ſub habitu mendici peſtem per omnia loca, quae circuibat, diſpergens.

Secundum σποραδικὸν, quaſi dicas *ſeminarium* *), vocarunt, et eius cauſam ad cuiuslibet hominis in ratione victus qualitatem et modum aſſignauerunt. Quum enim non omnibus eadem et ſimilis eſt corporis conſtitutio et temperatura, ita neque quibusuis eadem diaetae ratio. Quare fit, vt in quibusdam anni conſtitutionibus, et maxime quum caeli vitio rerum omnium cara eſt annona. Tum enim prae inopia vitioſi ſucci alimentis victitantes pauperes leui occaſione vario morborum genere paſſim corripiuntur. Aliis enim abſceſſus, aliis vlcera, aliis cauſones et febrium diuerſae ſpecies accidere ſolent vno eodemque anni tempore, prout cuiusque natura et complexio conſtituta eſt. Quod euiden-

*) L. De rat. vict. in morb. acut. I.

euidenter declarat GALENVS in libello *de alimentis boni maliue ſucci.*

Tertium ἐπιχώριον, hoc eſt, *patrium* vel *regionale*, dixerunt. Huius vero cauſam in *de locis, aere et aquis* ad locorum et regionum, in quibus fit, temperiem, naturam et qualitatem referre videtur HIPPOCRATES, tacite ſubindicans, certis et ſtatis ſiderum motibus impreſſiones quasdam non ſolum in corpora animantium, ſed in loca terrarum certa et regiones, quod aſſerit PLINIVS *), et ſexus ac aetates et hominum ſtatus inſigi. Nonne Romae ſolum circaque CLAVDII TIBERII Caeſaris principatum morbos non Italiae modo, verum et vniuerſae prope Europae incognitos peruagatos legimus ſine vllo quidem dolore aut vitae pernicie, ſed tanta foeditate, vt quaecunque mors praeferenda foret, neque plebeios et infirmae ſortis homines, ſed imperatores, magiſtratus ac potentiores ſolum inuadentes. Cuiusmodi fuit λειχὴν, et quod a mento incipiebat, mentagram appellantes, et elephantiaſis atque carbunculus, Narbonenſis prouinciae peculiare malum. Narrant in comitatu Senenſi ac Lucenſi in Italia omnes fere homines, viros et mulieres, ſtrumoſos naſci, et χοίραδας, hoc eſt, ſcrophulas, in collo geſtare, quod aquarum

 vitio

*) Hiſt. Nat. XXV. 1.

vitio a ſpecifica quadam proprietate euenire nonnulli adfirmant. Huc referendus eſt iſte *ſudor anglicus* vulgo dictus, qui anno milleſimo quingenteſimo triceſimo ſtatim poſt arcturi exortum cismarinas regiones et transrhenanas vniuerſas paene penetrauit, ſolum prouectae et conſtitutae aetatis homines adfligens, pueros vero et impuberes ſeruos ſecuros relinquens, Angliae tantum veluti patrius morbus ac genuina peſtis. *In Zipanga inſula, nunc Hiſpaniola dicta, verſus Americam regionem, qua in longitudine ad ſeptentrionem extenditur, ordinato quodam naturae motu, certis temporibus, intercutaneum morbum oriri omnibus paene incolis mercatores aſſerunt, non aliter ac graſſantes populatim apud nos morbilli ac variolae, verum cum tanta cutis infectione et deturpatione, vt leproſos vulgo dictos quis aequare dixerit, ſoloque ligni Guayaci vulgo appellati de cocto tam foedam corporis contagionem ac ſcabiem medicantes.* Et haec de morbis epidemialibus ſecundum Hippocratis ſententiam dixiſſe ſufficiat. Quae ideo retulimus, vt cum hoc vulgari morbo Gallico dicto inuicem collatis, e quorum genere dici debeat, melius elicere valeamus.

De origine morbi Gallici primoque eius exortu.
Cap. II.

Multa diu inter medicos de morbi huius prima origine atque eiusdem cauſis agitata eſt contro-

uerſia,

uerſia, dum nouum hic morbum aſſerit, alius non nouum, ſed eundem vel alios paene ſimiles antiquis temporibus fuiſſe graſſatos dicit, et varias ex veterum medicorum libris ad ſuam quisque ſtabiliendam opinionem morborum denominationes adducunt, quae in ſequentibus per ordinem oſtendemus, modo primum huius morbi exortum et apparentiam enarrauerimus.

Sunt, qui in exercitu Caroli VIII. regis Gallorum, cum expeditionem verſus Neapolim adornaret, inter ſuos proceres *elephantioſum* extitiſſe quendam aſſerunt, qui prae nimia veneris tentigine, qua non parum incitari ſolent ea cancrena vitiati homines, *famoſiſſimae et venuſtiſſimae meretricis noctem* magna pecunia emit, *ex cuius concubitu, muliebribus locis virus longe contagioſiſſimum adfricans, omnibus poſtea militibus, quibus cum vitiato iam ſcorto res interceſſit, idem venenum communicauit, ita, vt pauco tempore totum exercitum hac deteſtabili lue improbiſſimum ſcortum infecerit.* Non defuere item *aſtrologi* et *meteorologici*, qui cauſas morborum altius et e ſublimi repetentes, luminarium eclipſes et infortunatorum aſtrorum configurationes, Satvrni videlicet *cum* Marte in ſigno ſcorpionis coniunctionem cum retrograda Venere cauſam adſignauerunt, quod ex Satvrni ſiccitate et Martis caliditate in ſigno frigido et humido multa

ta et conferta in humoribus ſuſcitata ſit exuſtio et putrefactio. Alii verius (mea quidem opinione) medicorum more cauſam quaerentes *ex aeris conſtitutione*, quae tunc temporis ad exuperantem caliditatem longis et multis imbribus antecedentibus repebat, ortum eius dependere affirmauerunt, quod ex immoderata aeris humiditate corpora multis et vitioſis repleta humoribus a ſubita et intemperata adueniente caliditate magnam in humoribus putredinem et corruptionem conſequuta ſunt, quae naturae connatis energiis ad diuerſas corporis partes et principaliorum membrorum emiſſoria loca *κατ᾽ ἔκρουν*, vt dicunt Graeci, et *κατ᾽ ἀπόθεσιν* protruſa, varios morbos et omnigenas abſceſſuum et vlcerum formas procreauit. Cuiusmodi conſtitutio fuit, quam recitat Hippocrates *Epidemiorum tertio, commento tertio.* Alii fabuloſe magis (vt puto) *ſanguine elephantioſorum infeciſſe fontes et vina,* quae in caſtris poſt ſe reliquerant, abitum ſimulantes Gallos narrant, et Hiſpanum militem praedae plus aequo cupidum ſe viroſo illo vino ad ſatietatem expleuiſſe, vnde in poſterum ſuae temeritatis abunde ſenſit poenas. In Germanici Caeſaris exercitu, citra Rhenum promotis caſtris, vt refert Plinivs *), ex vitioſi fontis et medicati malefica vi duo mala per totum exercitum graſſata ſunt, quorum in ore vnum,

*) Hiſt. Nat. XXXV. 3.

vnum, in neruis alterum ſuam malitiam oſtendebat. Hoc enim σκελοτυρβὴν, quod in genibus compages ſoluerentur, et totius paene neruoſi generis fieret exolutio, illud ϛομακακὴν, quod in ore accideret, ex quo intra biennium omnes dentes decidebant, appellauit. STRABO vero non in Germania, neque ex vitio aquae tantum, ſed in Arabia ex fructuum eius regionis eſu in Gallorum exercitu eadem duo mala graſſata recenſet. Eiusmodi fontem Suſis fuiſſe narrat VITRVVIVS *), ex quo qui bibiſſent, dentes amittebant.

Verum enim vero dum penitius mecum rem conſidero, *ob delicta et nefanda facinora*, in quae proruunt militiae et extra mali homines, veluti diuinae irae flagellum et vindictam, *hanc abominabilem peſtem* hominibus tum fuiſſe immiſſam credo, et eius principaliſſimam *cauſſam ad deum* eſſe relegandam, quanquam GALENVS **), vt ethnicus, ad deum vel aliquem ſanctum morborum cauſſas referendas neget. Patet enim per otium legenti ſacras literas ob peccata ſua ſaepius correptum et punitum populum, multoties quoque ob errores ſuos in captiuitatem redactos Hebraeos, ita, vt vulgare ſit dictum: *Propter peccata veniunt aduerſa*, ſiquidem duplex eſt

 vin-

*) Architect. VIII.

**) Comment. Prognoſt. I.

vindictae genus apud deum. Malos enim et iniquos aeternis ſuppliciis punit et afficit, bonos vero probandi tantum cauſſa minus diuturnis calamitatibus caſtigat, vt vult AVGVSTINVS lib. VIIII. *de ciuitate dei* et CHRYSOSTOMVS *de patientia* IOB *homilia tertia.*

Quo nomine cenſendus morbus Gallicus vulgo appellatus. *Cap. III.*

Quamquam de nominibus morborum et dictionibus minime diſceptandum medicis paſſim admoneat GALENVS, ita, vt λογιάτρους eos appellet, ſed potius id ſolum ſtudendum, vt firmas et rectas eorum curatiuas methodos inueniamus, nihilominus tamen, quo magis abſolutus ſit hic ſermo, *diuerſas de huius morbi appellationes* neotericorum medicorum ſententias adſcribam.

Vulgus modo *Gallicum*, modo *Neapolitanum*, modo *Hiſpanum morbum* vocat, quidam *ſcabiem* IOB et *parthenopoeam a loco, vbi prima eius coeperunt veſtigia*, et *pudendagram*, *quod in pudendis primum appareat*, appellant, alii, quod et antiquis temporibus ſimiles morbi, vt putant, graſſati ſunt, modo *elephantiaſim*, quod *in pedibus et cruribus tumores et vlcera peſſima excitaret*, appellauerunt, modo *lichenem*, PLINIVM imitati, quod *mutuo complexu et ve-*

loci

loci raptu oſculi atque in facie ſtatim contagium ſuum oſtentaret, eſſe voluerunt. Nonnulli *compoſitam aegritudinem ex ſaphato et arthritide* dixerunt, quod *praeter foedas totius corporis commaculationes etiam articulorum intolerandos dolores inferret*, poſtremi *carbonem* et *ignem perſicum* dictum eſſe voluerunt. Tametſi non repugnauerim ab ipſis ſymptomatibus morborum denominationes poſſe mutuari, Galeno *) teſte; tamen ſimpliciter *in nouo et antiquis incognito morbo* nouam cum Manardo, medicorum coryphaeo, e definitionibus ſuis medicis adducemus definitionem. *Gallicus morbus dictus eſt ſoluta continuitas ab exuſtis humoribus per contagium fere in concubitu genita, a malignis quibusdam puſtulis incipiens, pudenda plerumque, deinde reliquas corporis exteriores partes ingreſſa, dolores circa articulos et oſſa, noctu praecipue, facit, atque abſceſſus duros in peſſima adeo vlcera, vt oſſa quoque plerumque vitient, poſt longum tempus deſinentes.*

Quae definitio omnibus ſub definito contentis ad amuſſim quadrare videtur, qualis debet eſſe bonae definitionis ratio Aristotelis **) auctoritate. Namque *morbum hunc* aliquem ſimplicem, particularem et determinatum definire erroneum eſſet, quum veluti multicipitem hydram, confuſam *diuer-*

*) Therapeut. II. **) Topic. VI.

ſorum morborum inuicem complicatorum cateruam ſecum trahere videatur, et pro inficientis ex contagioſo concubitu et infecti natura atque corporis intemperie diuerſas vlcerum, abſceſſuum et dolorum ſpecies progenerare. *Aliis* enim *lichenes et ſaphati, nonnullis cancrenoſa vlcera et chironia telephia* vocata, *eſthiomeni et incurabiles herpetes, aliis apoſtemata diuerſorum generum per quaſcunque corporis partes emergentia adparent.* Praeter enim infinitos morbos, quos ſecum adfert difficilis *ſcabies os potiſſimum a virulentis diſtillationibus, et maxime in recidiuis eorum, qui ex argento viuo et cinnabari concinnatis linimentis antea vſi ſunt,* moleſtare conſueuit, modo *vlcuſcula in gingiuis,* modo *erodentes et ſerpentes per oris ſpatioſitatem puſtulas* excitando, modo *ad pulmonem, aſperam arteriam et pectus rheumatiſando,* tum excitata *phthiſi et lenta* accenſa *febricula, quae eos ad extremum vitae diem non deſerit,* interdum *ad gulam et ventriculum, et iecur, et colon inteſtinum deſtillando, corruptiones, inconcoctiones et cruciatus dyſentericos ſolet producere: Quod mihi ſemel atque iterum vidiſſe contigit.* Pari modo et in *iuncturas,* quae ſunt excrementorum vniuerſi corporis veluti receptacula et lacunae, Galeno *) et Avicenna **) teſtibus, praecipue in iis, qui a prima

*) In Comm. 6. Partic. Aph.

**) II. Fen primi canonis.

ma corporis compoſitione eas debiles habent, praedictae deſtillationes decumbere ſolent, quae modo *in apoſtemata ſanioſa et vlcera peſſima*, modo *in durities calloſas et tophos tranſeunt*, nonnunquam et *in ipſis oſſibus* figuntur corrumpendo et exedendo, alias et intra *membranulas* oſſa circulariter contegentes (περιοςίους Graeci vocant) combibuntur, et *cruciatus intolerabiles*, *nocturnis vtplurimum horis*, *ſuſcitant*. Hos ὀςοκόπους, illos τερήδονας Graeci ſolent appellare.

De cauſſis morbi Gallici et ſpeciebus dolorum, qui in eo vtplurimum percipiuntur.

Cap. IV.

Cauſſae huius morbi ſunt duplices, extrinſecae et corporales. Has προηγουμένας, hoc eſt, antecedentes, illas προκαταταρκτικὰς, id eſt, primitiuas, Graeci appellant. Extrinſecae eſſe poſſunt *aer* corruptus et a ſua naturali temperie in venenoſam qualitatem transmutatus, ex infortunatorum planetarum coniunctionibus in ſigno potiſſimum humano, vt volunt aſtrologi, vel ab aliqua cauſſarum ſuperius in morbis epidemialibus dictarum alteratus, item *conuerſatio et mutuus conuictus cum iis, qui ea ſcabie infecti ſunt*, et *lac corruptum, ſi e mammillis infectae nutricis ſugat infans, et oſcula*,

teſte

teſte PLINIO, non aliter, ac olim lichenem, *contagio hunc morbum communicare poſſunt, coitus* tamen *vt plurimum cum infecta praecipua eſt cauſa*, praeterea *ſtragula et linteamina immunda, in quibus cubuerit eo morbo laborans*, et *maxime ſi vlcera manantia et ſanioſa habuerit. Cibi cacochymi* et *potus aquae corruptae* poſſunt eſſe de cauſſis primitiuis eius morbi, in quantum humores vitioſos et corruptioni facile obnoxios in corporibus ſubnutriant. Antecedentes cauſſae ſunt *humores quatuor*, a ſua naturali temperie ad exuſtionem malignam et innaturalem diſpoſitionem conuerſi, qui etiam cauſſae morbi *συνεκτικαὶ*, hoc eſt, coniunctae et accidentium dici poſſunt, dum iam actu virtutes impediunt, et dolores ac puſtulas excitant.

Quum autem effectus arguat cauſſam, et a *dolorum ſpecie et modo* cauſſas morborum medicis ſaepe eliciendas admoneat GALENVS *) *de doloribus*, qui *in hoc morbo* concomitari ſolent, non abs re fuerit pauca attingere. Dolor, vt volunt HIPPOCRATES **) GALENVS, AVICENNA ***) et PLATO *in Timaeo*, fit, cum praeter naturam ſubito et confertim alteratur et corrumpitur ſenſibile corpus, vel

*) Therap. 12.

**) De Intern. I.

***) II. Fen. I.

vel eius ſoluitur continuitas. Alteratur autem a vehementi frigido vel calido ſimultanee et confeſtim adueniente, vt per exemplum declarat GALENVS, de viatoribus tempore frigido per gelu et niues ambulantibus, ſi derepente ad ignem manus propius admouerint, ſtatim vehementi dolore corripiuntur. Quod enim paullatim fit, ſenſum omnem fugiens indoloroſum exiſtit. Dolorum ac continuitatis ſolutionum modos GALENVS *de interioribus* tres adducit, quanquam alibi*) duorum ſolum meminerit, aut extenſione fiunt, aut eroſione, aut vtriſque ſimul. Sub his comprehenduntur contuſio, compreſſio et inciſio. Praeter autem iam dictas dolorum ſpecies indicibilem quendam in hoc morbo conſtitutis *de nocte* potiſſimum *dolorem* accidere intelligimus *in media oſſis planitie, nullo apparente tumore, neque cutis immutato colore*, cuius eam eſſe ideam et adflictionis modum dicunt aegrotantes, veluti ſi quis terebello ad medullam vsque adacto et carnem, et os ipſum perforaret, et malleo ſimul confringeret. Cuius hanc eſſe cauſſam puto. Humoris enim bilioſi, venenoſi et exuſti qualitas alicui trium aliorum humorum, et maxime pituitae et atrae bili, commiſcetur, quae ſua tenuitate aliis humoribus vias reſerans panniculos, ligamenta

*) L. De Plenitud. I. 2. partic. 2. aph. in comm. lib. de regim. ſanit. IV.

menta et muſculos quosque penetrat, et demum inter membranulas oſſa circumambientes incarcerata ob adiacentium carnium et craſſorum muſculorum denſitatem difficulter tranſpirabilis et a fonte caloris procul ſemota, ſua innata malitia lentos magis et manſiuos reddit humores, qui in flatus conuerſi diſtendendo dolores vehementiſſimos de nocte maxime commouent, quod natura tunc humores magis moueat, et, ob circumſtans frigus ad interiora reuocato calore, fortiores ſint omnes eius operationes, et ob dolorem iugiter ad doloroſam particulam proritatis humoribus, qui a praeexiſtentibus ſtatim vitiantur, in principio congeſtionis maiores adſunt dolores, ob multitudinem humorum extendentem et malam qualitatem mordicantem, qui ſolent poſtea remitti, ob aequalem iam factam intemperiem et in oſſeam ac gypſeam nonnunquam ſubſtantiam humorum collectionem commutatam. *Vidimus* enim *alios hemicranicos et cephalicos in hoc morbo dolores adeo vehementes et implacabiles*, *vt mori potius eligerent*, *quam viuere patientes*, *ex argenti viui et cinnabari cerotariis antea admotis hinc inde*, vt aiebant, *diſcurrentibus reliquiis*. Verumtamen *virulentiam humorum*, ſiue ex hydrargyri venenoſa qualitate derelicta, ſiue ab exuſtis humoribus ſuſcitata putredine, *horum dolorum potiſſimum cauſſam* fuiſſe puto. Poteſt enim argentum viuum, ſi male ſit extinctum, corpori admotum in

priſti-

priſtinam viuacitatem et partium diſperſarum vnionem redire per calorem natiuum reſtitutum, et multa mala ſymptomata in corporibus, quibus adhibitum ſit, excitare. Siquidem a veritate non eſt alienum, mercurium partim frigidum et humidum, AVICENNA *) teſte, cum exuperante tamen, vt vult PAVLLVS, caliditate ipſa oſſa corrumpere et putrefacere, quod plerisque ipſa experientia monſtrauit. Namque inciſione profunda in oſſe a chirurgis facta, plerumque *os* ipſum *caluariae corruptum* inuentum eſt, et in altam ſui partem *exeſum et putrefactum*, ita, quod vncinis et trepanis circulariter eximere cogerentur. Tam ingens enim malum eſt, quum rheumatiſmis diutinis et pernicioſis aliqua corporis particula vitiata fuerit, quae niſi ferramentis et cauteriis auferatur, morbum tollere foret impoſſibile, atteſtante HIPPOCRATE **). Vlcera quaecunque annua aut etiam diuturniora os abſcedere eſt neceſſum, et cauas cicatrices fieri. Et haec de doloribus ſufficiant.

De ſignis morbi Gallici.
Cap. V.

Signa iam *contracti morbi* haec ſunt. Si coiuerit aliquis cum ea ſcabie infecta vel menſtruis purgatio-

*) II. Canon.

**) Aph. partic. 6.

menſtruis laborante, primum *circa pudenda puſtulas cruſtoſas, ſiccas et lenta ſanie interdum ſtillante* aut *bubonem* vulgo vocatum in inguinibus habebit Qui ſi a bono et experto chirurgo canonice et debito modo eius ſuppuratio procuretur, et diu apertum foramen adſeruetur, plerumque a morbo iam incipiente ſolet praeſeruare. Nam emunctorium et veluti cloaca iocinoris inguina exiſtunt, quod in hoc morbo ante reliqua principalia membra primum laedi, inſici ac debilitari ſolet. Praeterea non mediocre ſignum fuerit, ſi *in fronte et circa capillorum radices in capite puſtulae, tumores diuerſicolores et exanthemata parua in facie* inceperint effloreſcere, modo citra vllum adhibitum medicamen exiccata et cadentia, modo hinc inde repullulantia, ex quo terreſtreitas et aduſtio materiae ſignificatur. Si *capitis* adeſt *grauedo* et *nocturni dolores cum colli et humerorum cruciatibus,* qui temporis proceſſu ad brachiorum et crurium iuncturas deſcendunt, atque de nocte magis, quam in die exacerbationes et inſultus infligunt. Adueniunt item *cum doloribus tumores* praeter naturam *in iuncturis,* reſolutionis difficilis et tardae ſuppurationis, qui ſaepius ex reluctante materia et frigiditate atque craſſitie *in nodos et ſephiroſas durities* vocatas tranſeunt. *In palato et circa oris intimos angulos puſtulae nigrae et foetidae* oriri ſolent, item *exulcerationes linguae et gutturis* (aphthas Graeci vocant) *a viru-*

lentis

ſentis catarrhis eueniunt. Quae omnia iuxta humorum peccantium qualitatem et multitudinem puſtularum colorem, ortum et ſuppurationis modum facile diſcernere ſciet rationalis medicus. De ſignis boni aut mali prognoſticis in praeſentiarum nihil ſcribimus, quum *in morbo chronico* ex proceſſu curatiuo de ſe ſatis fiant manifeſta, et quae pro parte in capitulo, vtrum hic morbus confirmatus curetur, nonnihil attingemus.

Quomodo hic morbus Gallicus per contagionem inuulgetur. *Cap. VI.*

Morbos, qui per συμπάθειαν ac contagionem fiunt, altius, quam medicum deceat, eorum cauſſas conſiderando in triplici inuenimus eſſe differentia. Quum enim tria ſint corpus noſtrum conſtituentia, vt voluit Hippocrates, ſpiritus, humores et membra, ita et tria contagionum genera iuxta eorundem actiones et alterationes in conformibus et determinatis corporibus excitatas ponimus. Spiritus enim, Galeno teſte, purioris et calidioris ſanguinis, qui in ſiniſtro ſpecu cordis atque arteriis continetur, eſt ἀναθυμίασις, hoc eſt, exhalatio, eaque, dicente Aristotele *), duplex eſt, ſicca et vaporoſa. Hanc ſpiritualem, illam anima-

*) Meteor. I.

animalem melioris demonſtrationis gratia appellare poſſumus. Nam ſpiritus, qui in arteriis retis mirabilis appellati continentur, ſicciores et magis elaborati atque viuidiores exiſtunt, quam qui in dextra cordis cauernula et circa hepar atque in venis adſeruantur. Quare fit, vt hos naturales, illos animales medici dixerint. Quum enim affectiones et ingenita quaedam πάθη habeat animus, quibus corpus in varios affectus et habitus commutat ac diſponit, prout ſeſe obiectorum exteriorum ſenſui communi obtulerit varietas, ideo in oculis potiſſimum, qui ſunt veluti totius molis corporeae rex et gubernaculum, prudentiſſimus Peripateticae ſcholae princeps, animi motus et affectiones per quasdam notas, ceu eius indices, cognoſcere docuit. Subtiliſſimus enim et ſenſu inapprehenſibilis viſiuus ſpiritus in ſubiectum ſibi aequaliter conforme et diſpoſitum corpus ſcintillis ſuis non ſecus, ac radiis quibusdam ſenſim tam potenter agit, vt ſtatim in ſibi conformem affectum vel inuitum nonnunquam pertrahat. Quod per plura *problemata ſeptimae particulae* oſtendit ARISTOTELES. Iſti oculi tui, inquit APVLEIVS, per meos oculos ad intima delapſi praecordia acerrimum meis medullis commouent incendium. Et mulieres veneficas in Scythia refert PLINIVS *), quae Thybiae vocantur, ſolo

*) Hiſt. Nat. VII. 2. *Pompon. Mela* Geograph. III.

ſolo viſu, quemadmodum Regulus et Catoblepa, reſpicientes occidere. In *Sympoſiacis* narrat PLVTARCHVS de chardalio, aue citrini coloris, aſpectu diutiſno et penitiore ἴκτερον, hoc eſt, morbum arquatum dictum ſanare paullatim in ſe omnem tenuiorem bilem attrahendo. Ob id et oculos ophthalmia laborantes vicinis oculis et inſpicientibus ſuum malum communicare videmus, quandoquidem ob oculi citam mobilitatem et iugem conniuentiam, quodque obiectis cito aſſimiletur, ſpiritus ſubtilis et corruptus, per continuum excluſus, ad proximorum oculos propellitur, vnde iidem ſimili diſpoſitione afficiuntur. Menſtruatae enim mulieris in pellucidum ſpeculum oculis longo tempore intentis ipſum commaculari et conſpurcari auctor eſt ARISTOTELES *).

Secundum, quod *per inſpirationem et exſpirationem* eius contrahatur *contagio*, ſpiritualem vocauimus. Quum enim aere indigeant animalia cuncta, ad cordis vitales ſpiritus iugiter innouandos et temperata aura conſeruandos ſit, vt ſubinde vitiatus aer vel caeli iniuria et maleficarum ſtellarum configurationibus, vel Dei opt. max. voluntate peccata hominum caſtigare et punire volentis, quaeque approximantia inficiat atque corrumpat, quod manifeſtum

*) L. De Inſomniis.

nifeſtum fit in morbis peſtilentialibus et epidemicis. Particulares item morbi, veluti phthiſis, haemoptoica paſſio, elephantia et polypus narium, ad tantam aliquando humorum corruptionem et membrorum purulentam ſaniationem deueniunt, vt per foetidam eorum exſpirationem atque corruptorum humorum prauam fuliginem circumſtans aer vitietur. Quo fit, vt approximantes facile contagione adficiant, ſiquidem ab vnaquaque aegritudine materiali malus et vitioſus exhalat vapor, qui approximans et aequaliter diſpoſitum corpus facile inficere ſolet. Idem per exempla demonſtrare videtur Plinius *), dum luporum quoddam genus in Italia eſſe ſcribat, quorum aſpectu vox hominibus intercipiatur, et de Pſyllis in Aphrica et Marſis in Italia, quorum odore et halitu fugiebant ſerpentes.

Verum haec magis ad ſpecificam et occultam quandam naturae proprietatem, quam elementarem et manifeſtam qualitatem ſpectare cenſeo. Quamobrem *pueros et plerasque mulieres tenellae carnis et poroſae ex ſola conuerſatione et oſculis ac complexibus eorum, qui morbo Gallico infecti ſunt, etiam poſſe infici non negauerim, et maxime, ſi vlcera ſanioſa et ſordida habuerint*, a quibus venenoſus et foetidus reſudans vapor per arteriarum ad cutem termina-

*) Hiſt. Nat. VII. 2.

minatarum ſyſtoles et pororum laxitatem facile in corpus attrahitur, et paullatim corruptioni obnoxios humores corrumpit atque inficit.

Tertium *corporale* et *humorale* vocare licet, quandoquidem *ſolo contactu* contrahitur, at iuxta materiae corruptae venenoſam qualitatem vel proprietatem citius vel tardius, potiſſimum ſi approximans corpus putredini et corruptioni ſit facile obnoxium, vt vult GALENVS *de differentiis febrium primo* et ARISTOTELES, dum dicit: *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.* Quare *per coitum cum infecta muliere vtplurimum hunc morbum contrahi* diximus, et *in genitalibus locis primum eius apparent notae*, et per colligantiam atque communionem principaliorum membrorum tacito quodam venenato materiae raptu *ſtatim per totum corpus diſſeminatur, et circa caput ac faciem ſui ortus prima oſtentat indicia.* Quod ideo euenire exiſtimo, ſiquidem ex actu venereo mutuoque obſcoenarum partium confrictu calor natiuus vehementior factus per arteriarum ſyſtolen, quae ad genitalia membra non poruae protenduntur, et membri poroſitatem ac laxitatem venenoſum vaporem a ſaniato membro reſudantem attrahit. Qui etſi ſui mole modicus exiſtat, nihilominus tamen connata ſua maligna vi totam humoralem maſſam lento motu corrumpit, non diſſimili exemplo atque torpedinis apud GA-

LENVM et ſaliuae rabidi canis, quod indies euenire in iis, qui a cane rabido demorſi ſunt, videmus. Occulto enim greſſu venenum augetur, et in quadraginta dies, alias in ſex menſes, teſte GALENO *), et annum, vt vult AVICENNA, ſolet protrahi, anteaquam ſuam malitiam palam oſtendat, tandem vero in hydrophobiam miſeros aegrotantes perducit, qui lectis incluſi ſuffocantur.

Poteſt item *ſolo contactu et mutuo conuictu*, vt diximus, *contrahi, maxime ſi cum infectis ſaepius quis dormiuerit, vel interulam, veſtes aut linteola, quae vlceratis locis adhaeſerint, attigerit*, quandoquidem humores corrupti, intra poroſitates carnium contenti, ab expulſiua virtute ad cutis ſuperficiem pelluntur. Qui ſi ob tenacitatem et craſſitiem inſenſibiliter exhalare non poſſint, tum diutina mora poros obſtruentes ſua acri et mordaci qualitate cutem corrumpunt atque exulcerant, vnde ſanies virulenta promanat, quae ſua tenacitate appropinquantibus facile adhaerens cuncta ad putrefactionem procliuia corrumpit et inficit, dicente AVICENNA *de diſpoſitionibus aegritudinum. Quaedam ſunt, quae de vno ad aliud tranſeunt, veluti lepra, ſcabies, variolae, febres peſtilentiales et apoſtemata putrida.*

Vtrum

*) De Loc. Affect. VI.

Vtrum morbus Gallicus confirmatus curetur, et poſt curationem cur interdum recidiuas faciat. *Cap. VII.*

Inprimis ſciendum eſt, varias eſſe et infinitas paene corporum temperaturas, et ſimplicium corporis particularum atque inſtrumentalium componens ſecundum plus et minus ab illo temperatiſſimo habitu, quem εὔκρατον proprio ad id edito libello GALENVS appellat, mille modis euariare. Etenim vix fieri poſſe nonnulli affirmant, vt tam ad amuſſim, quod aiunt, et adfabre compoſitum, et temperatum aliquod corpus inueniatur, quod veluti neutrum, in medio vtrinque omnis exuperantiae vel defectus conſtitutum, extremum quoddam ſanitatis ſupremae teneat faſtigium. Quanquam demonſtrationis gratia GALENVM hoc modo, vt ſaepius alias, optimum habitum a diſtemperato nos inuenire poſſe, voluiſſe, facile crediderim, et tanquam POLYCLETI canonem quendam et regulam, quam ponit ARISTOTELES 2. *poſteriorum* hanc optimam temperiem nobis ob oculos poſuerit, vt ad eam hinc inde collatis quibusuis corporibus ſub eodem genere comprehenſis, quae plus vel minus ab extrema illa εὐκρασίας bonitate declinarent, in procliui nobis foret cognoſcere. Verum enim vero cum membrorum lapſus, tam ſimplicium, quam organi-

organicorum, in prima elementari commixtione, compoſitione, numero et magnitudine, vt docet Galenvs *), prope infiniti exiſtant, euenit, vt tam vitioſa et reprehendenda interdum inueniantur corpora, ſiue ex corporis conſtitutione atque innata intemperie, ſiue proceſſu aetatis et incremento per errorem in diaeta commiſſum, et accidentaliter id fiat, vt, ſi aegrotare contingat, et per incuriam vel medici negligentiam morbus a maligno pendens humore in longum tempus protrahatur, iam mala qualitate in aliquo membro radicata omnem medicam manum, quantumuis vel ipſius Apollinis et Aeſculapii, prorſus reſpuant. Qualia exiſtunt ex aduſta bile et atra, eaque immodica intemperata corpora. Videmus enim quotidiana experientia ob vitioſam diaetae, hoc eſt, ſex rerum nonnaturalium, quas medici vocant, adminiſtrationem eiusmodi corpora diſtemperata prauis et ſaepe incurabilibus corripi morbis, quales ſunt elephantia, phagaedena, cancri, cauſones peſtilentes et anthraces, phrenitides, maniae et ſimiles.

Sunt et, qui internum aliquod membrum vel plura non naturaliter diſpoſita a prima plaſmatione,

Ga-

*) De Accident. et Morb. I. et De Regim. ſanitat. VI.

Galeno *) atteſtante, habent. Ad quae corrupti et mali humores ob membri debilitatem *in hoc morbo Gallico decumbentes temporis diuturnitate firmantur, et tandem membrum corrumpunt et vitiant*, eoque modo morbum, vt putabatur, *ſanatum iam de nouo rurſus ſuſcitant, vomica internis membris abdita perniciosſum virus fouente.* Quod confirmat Aetivs medicus in practica ſua *de elephantiaſi* dicens: *Veriſimile eſt, internis viſceribus eiusmodi grandines et puſtulas ſuboriri, quales exterius in porcis et elephantioſis ſub lingua et in cute adparent, internorum membrorum ſubſtantia molliore et non adamantina exiſtente.* Memini enim *in quadam adoleſcente annorum plus, quam triginta, praeter ſordida vlcera, tubera calloſa, quibus totum eius corpus aliquot annis ſcatens et vermiculans ferme computruerat, in tantum humorum fuiſſe auctam putredinem, vt et ipſa viſcera intacta non reliquerit, ſiquidem hepatis, vt ab exeuntibus coniectare poteram, gibbas partes et renum carnoſam ſubſtantiam ita vitiauerat, vt vlcus fiſtuloſum in eis ineſſe crediderim. Citra* enim *vllum dolorem purulentam reddebat vrinam, interim grumoſo ſanguine commixtam, modo concreta bilioſa ſanie, ſubfuluis et interdum nigris arenulis ad modum cicerum repletam. Quae mala tandem in hydropiſim aſcitem languentem deduxerunt.*

 Alium

*) De Regim. Sanit. VI.

Alium non ignobilem aulicum, eodem morbo contabefactum, ante paucos annos chirurgi apud nos diſſecuerunt, et pulmonis velamenta ac dextram eius partem, ad quam a capite longo tempore virulentus diſtillauerat catarrhus, ita putrefactam inuenerunt, vt malum et tetrum odorem vix adſtantes ferre poſſent.

Praeterea *ex agyrtarum et* iſtorum *aliptarum empiricorum* ſupina *ignorantia,* qui huius morbi Gallici curandi olim primas partes ſibi vendicabant, *plurima corpora ab hac ſcabie inſanabilia euaſerunt,* dum ſuis *ex mercurio male extincto linimentis* exterius in iuncturis et vlceribus admotis membra principalia praua eius qualitate imbuerunt, neruos et muſculoſum omne genus debilitauerunt, et *oſſa ad medullam vsque corruperunt.* Quantum enim nocumentum vniuerſo neruorum generi ex argento viuo eueniat, ab ipſis laborantibus, qui ſaepius inuncti ſunt, facile eſt intelligere, dum immedicabili et nodoſa hic perpetuo torquetur *arthritide*, iſte clamoſa et per interualla incrudeſcente vexatur *cephalaea*, alius continuis in ſubiectas corporis partes marceſcit *catarrhis. Poteſt* item *recidiuas facere humorum corruptorum non facta perfecta et totalis eradicatio atque mala in aliquo membro relicta qualitas*, quae adfluentes humores rurſus inficit et corrumpit, accidente ad id in rebus non naturalibus malo regimine, iuxta illud Hippocratis *).

Quae

*) Aph. II. Part.

Quae relinquuntur in morbis, recidiuas facere conſueuerunt, et ſi a morbo cibum aſſumens quis *non corroboratur* etc. Et *in commento* GALENVS, *vt in oſſe corrupto et vitiato ſaepius euenire ſolet. Vidimus* enim *in hoc morbo Gallico non ſemel in focilibus brachiorum et crurium quasdam calloſas et oſſeas tuberoſitates adnaſci, quae principio ſui ortus intenſiſſimis doloribus aegrotantes de nocte potiſſimum afficiebant.* Quibus diſcutiendis ſuis embrochis et cataplaſmatibus ſatagentes chirurgi, tantum abeſt, vt dolorem placarent, vt multo adhuc vehementiorem redderent. Tam contumax enim et rebelle ad cuncta adhibita remedia virus pernicioſiſſimum efficiebatur, quin imo demum ad cauteria et per longas inciſiones paululum ſeſe remittebat dolor, et ſi ad viuum vsque eraſum et ab oſſe corrupto exemptum non fuiſſet, tanquam vipereum venenum, ſui corpulentia valde exiguum, reliquos affluentes humores corrumpebat, et deterioribus, quam prius paroxyſmis laborantes affligebat.

In his itaque et ſimilibus longo temporis curriculo radicatus morbus vtplurimum ſolet confirmari, et blanditiuam ſolum vulgo dictam curationem recipit. Quis enim naturam iam longo tempore errantem reducere poterit, dum *κατ' ἕξιν*, non *κατὰ σχέσιν* amplius morbus eſſe dicitur? Tam ardua enim res eſt,

Cum mala per longas conualuere moras.

Quae

Quae medico conſideranda occurrunt, ſi rectam morbi Gallici curationem cupit aſſequi. *Cap. VIII.*

Antequam huius morbi indicationes curatiuas tradamus, non abs re meo iudicio fuerit de curandorum corporum temperaturis et aliis ad id ſpectantibus circumſtantiis nonnulla praelibare. Galenvs in ſua *methodo curatiua* *) duos ſcopos ſeu intentiones, vt vocant, morborum curandorum veluti generaliores et vniuerſaliores ponit. Vnum ab ipſius morbi natura et qualitate, alterum vero a corporis affecti et membri laeſi temperatura eſſe deſumendum docet, et ita per contraria, vt idem alibi **) et Avicenna ***) teſtantur, curatiuas intentiones fore eliciendas, menſuram vero contrarietatis et qualitatem corporis male affecti conſtitutio et morbi intemperiei magnitudo oſtendunt. Quum itaque, vt ſuperius oſtendimus, in infinitum excreſcant corporum diuerſae intemperies, neque eas certo numero quis comprehendere poſſet, ob id Galenvs in ſuis *de bona valetudine tuenda commentariis* praecepta ſanitatis conſeruandae traditurus, quibus in vltimam ſenectam citra vllam aduerſam vali-

*) Lib. II. 1.

**) Techn. I.

***) Quarta primi.

valitudinem vitam quis producere poſſit, ab ea, quae εὐκρατοτάτη, hoc eſt, temperatiſſima exiſtit; dilucidioris doctrinae cauſſa praeſeruatiuas indicationes ſumſit, et eam ſolam corporis optimam temperiem in medio ſuae Aſiae, quae ſatis amplam latitudinem habet, maxime, vbi Hippocratis patria eſt, reperiri poſſe demonſtrat. Namque apud Aegyptios, Arabas, Scythas, Celtas, Germanos et reliqua regionum diſtemperata climata εὔκρατα illa et temperatiſſima corpora inuenire eſt impoſſibile.

Quamobrem non parui negotii aeſtimandum, corporum ab hoc morbo liberandorum intemperies medicis diligenter perpendendas et excutiendas oportere, quod ne per tranſennam quidem, quod aiunt, hoſce leues empiricos perſpectare videmus, dum vno calipodio omnes ex aequo calceare contendunt, et ophthalmici cuiusdam exemplo vno eodemque collyrio omnium oculos illiniunt, ſiquidem *ſolo ligni Guayaci decocto*, veluti ad omne morbos communi quodam alexipharmaco, omne morborum genus propulſare promittunt, neque ligni naturam et proprietatem neque, exhibendi menſuram et tempus conueniens, neque corporis, cui exhibent, temperiem et conſtitutionem tenentes, ſed veluti Theſſalii ὄνοι, vt ait Galenvs *), a tem-

*) Therap. IV.

a tempore ſolum indicationes curatiuas prae oculis habent.

Verum ne prolixior, quam ipſe velim, videar, proprio loco de eorum craſſa inſcitia fuſius agam. Galeni itaque mordicus veſtigiis inſiſtendo, corporum complexiones, quam fieri poteſt penitiſſime perſpectas et exploratas habentes remediorum materiam cum quali et quanto, in procliui nobis ſtatim fuerit inuenire. Quod pulchre declarat idem Galenvs in ſua *curandi methodo* dicens: *Hic enim optimus cenſebitur medicus, et qui omnes ex parte ſanabit, ſi methodum quandam et compendiariam viam ſibi ob oculos ponat, ex qua naturarum temperies cognitas habeat, et propria cuiusque aegritudinis remedia adinueniat, communem vero omnium hominum, ſi aegrotauerint, putare curationem prorſus abſurdum et a ratione eſt alienum, quod Theſſalii methodici faciunt.* Haec ille. Ex quo plerosque medicos vehementer errare puto, qui ſolius vrinae iudiciis, (quae ſaepe fallax eſt) ſtare audent, nulla de morbi natura, aegrotantis complexione, ſymptomatum qualitate praehabita cognitione. Fit enim ita, vt pluries fallantur in ſuis prognoſticis et certa curandi methodo, quantumuis experti et eruditi medici. Praeter autem iam dictas corporum temperies cognoſcendas, de quibus plenius propriis locis diſſerunt Galenvs et Avicenna, aliae item circum-

cumſtantiae dictae ſedulo penſitandae occurrunt, quae tantum momenti habere videntur, vt curatiuam methodum aliquando immutent, nonnunquam prohibeant, veluti conſuetudo, corporis indiuidua proprietas, aetas, anni hora, regio, aeris circumſtantis conſtitutio et ſymptomata. Quandoquidem eiusmodi a natura complexiones inuenias, quae abundantem et copioſam qualemcunque inanitionem minime ferre queant, quales tunc calidae et ſiccae corporum temperaturae, et quibus ventriculi oſtiolum vel debile, vel nimis exquiſito ſenſu praeditum eſt, vel ſtatim ex inedia, vt ait Avicenna *), ſeroſa bile et malis humoribus oppletur atque imbuitur. Cum enim *in hoc morbo Gallico curando*, veluti ad perpendiculum certam et ponderatam, victus curationem praeſcribant nonnulli empirici, *videndum, ne plus officiat, quam iuuet ſubinde tam exquiſitus in morbo chronico victus.* Conſuetudo quoque non negligenda venit, quae tantas vires habet, vt, ſi eius ſubita et conferta ad non conſueta fiat commutatio, non ſolum aegrotos, ſed etiam ſanos magna noxa afficere ſolet, vt videre eſt apud Hippocratem **) pluribus locis et Gale-

NVM

*) Can. I. Fen III.

**) Regim. acut. L. II. Aph. Partic. I.

NVM ac AVICENNAM *). Praeterea aegroti natura corporisque conſtitutio curatiuas indicationes ſubinde euariare monent, vt ſi aeger ἐυδιαφόρητος ſit, hoc eſt, carne laxa atque facile tranſpirabili, quales ſunt temperaturae calidae et humidae, veluti mulieres et pueri, et quorum habitus rarus ac poroſus exiſtit. Hi enim in fortibus inediis atque exuperantibus euacuationibus leui de cauſſa exoluuntur. Item aetates curationem diſcriminant, vt eſt puerilis et ſenilis, et anni tempora, et regiones. Quis enim non videt, in frigida aeris conſtitutione, regione et hieme magis irritam et difficilem fore huius morbi curationem, quam in vere aeſtatisque principio? Idem ſentiendum particulariter et *de aere cubiculorum* circumſtante, *in quibus concluſos adſeruare ſolemus hac ſcabie Gallica multum infectos laborantes*. Symptomata item diuerſa, quae interdum ex improuiſo via criſis vel accidentaliter ſuperueniunt, virtutem proſternentia, diligenter perpendenda ſunt. Etenim debilior facta natura *inediam longam et vehementem ac fortes per guayaci ligni hepſema* tam ſenſu perceptas, quam obtutum fugientes tranſpirationes minime ferre poteſt, quinimo extemplo marcore et tabida diſpoſitione exolueretur, vt late patet apud GALE-

NVM

*) Canon. I.

NVM *ad* GLAVCONEM *primo, in methodo curatiua* *) et *prognoſticorum primo.*

In quos errores ſaepe incidunt, qui citra veram methodum hunc morbum Gallicum curandum ſuſcipiunt.

Cap. IX.

Poſt conſtitutionum corporum in temperie, compoſitione et ſimilibus atque aliarum circumſtantiarum ſuperius enumeratarum diligentem conſiderationem, quae omnia vigilantiſſima cura rationalem medicum exquirere monet GALENVS, ita, vt ipſemet ſaepius ad firmiorem corporum curandorum temperaturae cognitionem habendam ſudores aegrotis deguſtare iuſſerit, et ſtrigili expreſſis eorundem colorem ſedulo inſpexerit, vt, quae intra carnium poroſitates et cauitates humorum exuperaret qualitas, indubitato cognoſceret.

Vnus tamen adhuc negligendus reſtat ſcopus, *ad firmiores huius morbi Gallici curandi ſumendas indicationes* non parum faciens, *anteactae vitae* ſcilicet in cibo et potu, exercitiis, miniſterio, euacuationibus conſuetis et id genus diligens *contemplatio.* Sunt enim nonnulla corpora, quae vel ex vitioſa membro-

*) L. IX. 5.

membrorum nutritiuorum compoſitione aut intemperie, vel longa crapula aut inordinato aſſumtorum vſu et cacochyma qualitate circa primas venas crudos, lentos et ſemicoctos humores in multa copia coaceruant. Sunt et alia, quae primam in ventriculo concoctionem irreprehenſibilem obeunt, verum ob hepatis frigidam intemperiem et debilem ſanguificationem vel ſtatim a cibo importuna exercitia venoſum omne genus multis crudis humoribus *) replent. Sunt tertio et alia, quae ob vitioſorum alimentorum frequentem vſum et pororum cutis ex ſuccorum tenacitate obſtructionem non ſolum circa prima vaſa, ſed per totum corpus diffuſam et ſparſam multam cacochymiam habent. Quod ſi aliquod iſtiusmodi corpus praefata ſcabie Gallica corripi eueniat, nemini credo vel mediocriter in re medica exercitato non notum eſt diuerſis et differentibus curationum ingeniis opus eſſe. Quam temerarium enim et periculoſum, cruditate multa humorum circa primas venas meſenterii et ſimarum partium hepatis manente, vt abunde teſtatur Galenvs **), ſtatim largis *euacuationibus* per ſanguinis miſſionem, *inunctio-*

*) Pro hoc capite fundando lege Aetii cap. 47. lib. 12. vbi de eſu viperarum agit in podagricis et arthriticis. F.

**) De Sanit. tuenda L. IV.

inunctionibus reſolutiuis, *vaporationibus ſudoriferis*, *balneis*, fortibus exercitiis, longis *inediis*, corpus aegrotum diuexare, ſymptomata incidentia vtplurimum ſolent declarare. Eo namque modo bonus ſanguis et benignus humor euacuatur, et in eius locum crudus et putredini facile obnoxius ſolet attrahi.

Eodem errore caligant et alii, qui *primis diebus*, manente eadem circa primas venas humorum cruditate, fortia *diuretica* ac *ſudores* copioſos proritantia medicamenta propinant. Semidigeſtos enim humores in totum corpus deriuant, nephreticis dolores augent, calculoſis materiam in calculi generationem ſubminiſtrant, *iuncturarum dolores* humorum defluxibus *exaſperant*, tantum abeſt, vt mitigare valeant, poroſas cutis et carnium cauitates craſſa tenacitate obſtruunt. Quod videre licet *in importuno et non conueniente ligni Guayaci vſu. In plerisque corporibus curatu difficilior et diuturnior redditur morbus.* Alii ex aduerſo, tanquam φυσιομάχοι, naturae motus diſturbare conantes, corruptis et lentis humoribus circa carnem et cutaneas partes impactis, *vomitiuis* et *expurgantibus pharmacis* euacuationes moliuntur, et praeter id, quod aliquid ratione dignum eſt, vitioſis humoribus euacuent, dulcem chylum ſanguineae maſſae conuenientem e primis vaſis educunt, et multa inquie-

 tudine,

tudine, anxietate et torminibus languentem afficiunt, atteſtante HIPPOCRATE *prima partic. Aphor. In perturbationibus ventris et vomitibus ſpontaneis* etc. Et vt per exemplum commonſtrat idem HIPPOCRATES *) in quodam SIMONE, qui ad ignem dum ſe hibernis menſibus vnctionibus diaphoreticis et calidis lauacris ad proliciendos foras per ſudorem corruptos et peccantes humores excitaret tubercula multa, lata, non admodum pruritum incitantia, ex materia tenaci ſcilicet et frigida, per totum corpus ei coeperunt efflorеſcere, ad quae poſtea amolienda, dum vomitiuis et purgantibus medicamentis vteretur, nihil proficiebat, vtpote craſſa et tenaci materia, nimio tractu et procul a communibus viis et ductibus vacuationum per vomitum vel ſeceſſum diſtante. Quamobrem his omnibus diligenter perſpectis et examinatis, bonus et rationalis medicus ſtabilem et compendiariam curationis morborum viam facile aſſequetur, ſi naturae diligens imitator HIPPOCRATI **) auſcultet monenti: *Quae ducere oportet, per conuenientia loca, maxime quo natura vergit, ducere conuenit.* De quibus omnibus in ſequentibus proprio loco enucleatius diſſertabimus.

Num-

*) Epid. VI. Com. 2.

**) Aph. Partic. 1.

Numquid in morbo Gallico conueniens et vtilis ſit phlebotomia? *Cap. X.*

Diximus prius, ante omnia diligentem eſſe oportere temperaturae corporis medicandi colligendam rationem, vt, ſi plethoricum videatur corpus, ex antecedente victus ratione ſanguinem multum in vaſis aggregatum habens, quod partim ex aetate, anni hora, aeris conſtitutione, corporis colore, partim ex magnis ac diſtentis venis exterius facile eſt cognoſcere, conſtante praemiſſo ventris lenitiuo, ante reliquam curationem omnem ſanguinis miſſionem tum acceptandam conſulo. Quum enim *hic morbus Gallicus ex contagio* ab exuſtis humoribus, ſecundum plus et minus iuxta corporum temperies per vaſa diffuſis *procreatus* ſit, qui ingenita ſibi maligna vi indies adaucti, humoralem maſſam (κατ' ἔγχυμα Graeci vocant) corrumpere et inficere non deſinunt, modo ex maioribus vaſis in minora rurſusque in minimas venas, quas capillares vocant, detruſi ad cutis extimas partes propulſantur, et varias puſtularum, vlcerum, abſceſſuum formas et ſpecies exſuſcitant. Alias lacertorum et cartilaginum corpora ſua tenuitate et λεπτομερεία permeantes, ad iuncturas, tanquam debiliores particulas, et humiditatum pituitoſarum veluti lacunas, interdum et ad oſſa ipſa adiguntur, dolores vehementiſſimos commouendo. Praeterea,

Avicenna *) teſte, phlebotomia quum ſit vniuerſalis euacuatio, quae multitudinem euacuat humorum, et multitudo eſt augmentum ſuper aequalitatem ipſorum in venis, ſitque primum et principalius membrum laeſum in hoc morbo hepar, quis non videt, ſanguinis miſſionem, ceu principaliſſimum indicationum curatiuarum ſcopum, ceteris paribus, merito poſſe acceptari, dum ſanguinem bonum ſtatim in noſtra manu ſit ſupprimere, et infectum tam diu ſinere, dum malum et innaturalem retinuerit colorem, modo virtus, vel aetas, vel quod aliud ſymptoma non prohibeant? Quandoquidem humorum influxus ad iuncturas et abſceſſus qualeſcunque inflammatione participantes, qui in hoc morbo potiſſimum percipiuntur, a phlebotomia curare nos docent Galenvs, Pavllvs, Aetivs et Avicenna, et in morbis, qui ab atra bile vel aduſta fiunt, ſemper ſanguinis miſſionem conſulit Galenvs, et ſedulo eius colorem inſpiciendum monet, vt ſi niger vel ruffus valde et craſſus fluat, copioſius et per interualla extrahatur. Quod fecit Stratonicvs, vt ipſe refert **), medicus in Pergamo, qui vlcus diuturnum et cacoethes in crure ex varicoſa vena abſciſſa, plurimis, vt videbatur, incurabile, per ſanguinis miſſionem et con-

*) Fen IV. *primi.*

*) L. De atra bile. 6. partic. com. 47.

congruam victus rationem perſanauit. Eodem exemplo et GALENVS elephantiae incipientis per phlebotomiam auſpicatur curationem, et *in ſexto Epidemiorum Com. 3.* quandam mulierem ex retentione menſtruorum extrema macie ac veluti tabe affectam, reclamantibus aliis medicis, per largas ſanguinis miſſiones liberauit. Verumtamen pituitoſiores et frigidas corporum temperaturas, quas ex colore totius pallido et ſubalbido atque carne molli et tumente venarumque exilitate dinoſcimus, et qui iam ex morbo diuturno debiles et macilenti valde facti ſunt, a phlebotomia prorſus arcendos conſulo, ſiquidem ob crudorum et pituitoſorum humorum cum ſanguine commixtionem, ſi eis ſanguis mittatur, in magnum deducuntur periculum. Nam bonus et ſubtilior atque calidior ſanguis e venis vacuatur, viſcidus vero, frigidus et lentus adſeruatur, tamen *per cucurbitulas* hinc inde admotas et *ſcarificationes* in ſuperficie cutis cum cautela ſemper attentare non fuerit inutile.

Quomodo expurgare conueniat morbo Gallico laborantes. *Cap. XI.*

Corpora cum quiſpiam purgare voluerit, fluida facere iubet HIPPOCRATES *). Quum enim vix

*) Aph. partic. 2.

fieri poſſe veriſimilius ſit, vt tam purum et euchymum corpus hodiernis temporibus inueniatur, quod non habeat multam cruditatem humorum circa primas venas, et nonnunquam per totum coaceruatam, ob crapulam et ingluuiem, otium profundum atque praeceptorum ſanitatis tuendae neglectum, atteſtante GALENO in *commento Aphoriſm.* et *de regimine Sanitat. lib. VI. partic. 6.* In primis itaque diebus, dum morbum Gallicum curare intendimus, non inutile foret inciſiuis leuibus et partim aluum deiicientibus meatus obſtructos vel obſtructioni paratos reſerare, vt iam ligni aſſumendi decoctum, ventriculum ab omnibus excrementoſis materiis expurgatum et meatuum reſerationem offendens, facilius et ſine noxa a venis meſaraicis attractum et per omnia corporis vaſa paullatim deriuatum, ſuis actionibus et facultatibus commodius perfungi queat. Quod pulchre efficiemus per diatrionpiper. et dioſpoliticon duplex GALENI *). Nam *ligni Indici*, vt vulgo apparatur, *decoctum*, primis diebus in multa quantitate exhibitum, *noxium* meo iudicio *in hoc caſu* eſſet. Quantum enim noceant, qui eiusmodi fortia diuretica et ſudores prolicientia citra iudicium primis diebus exhibent, ſuperius ſatis a nobis demonſtratum eſt.

Prae-

*) De Regim. Sanit. IV.

Praeterea quum *neque ex acutorum genere, ſed chronicus hic morbus magis exiſtat*, in quibus concoctiones nos expectare vult HIPPOCRATES *), dum ait: *Concocta medicare, et non mouere cruda*, aliquot diebus poſt reſerationem et meatuum apertionem et ſanguinis miſſionem factam conuenientibus ſyrupis materiae peccantis digeſtionem procurare, et poſtea appropriato purgatorio pharmaco euacuare maximae vtilitatis eſſet. Tum enim minorata materia, circa hepatis magna vaſa mineram morbi fouente, per ligni Indici decoctum, quae circa capillares venas et intra carnium cauitates impacta eſt vitioſorum humorum copia pedetentim incidendo et attenuando per poros cutis inſenſibiliter et ſenſibiliter per ſudores euacuabitur. Quodſi *inueteratus* ſit *morbus*, ac *vlcera maligna et apoſtemata dura* habeat, ſaepius reiterare digeſtiuos ſyrupos et purgationes conueniet, dum in morbis chronicis et melancholicis vnica expurgatione non contentos eſſe deceat. Non laudo tamen, quod quidam temerarii faciunt medici, *primis ſtatim diebus fortia et acria pharmaca* propinantes, quae a remotis et diſtantibus, a communibus per ſeceſſum et vomitum viis vehementer attrahunt. Praeter enim quod ex prauis humoribus aliquid educant, miſeros aegrotantes grauiter laedunt, modo vertigines,

*) Aph. Partic. I.

gines, inquietudines, torſiones, nonnunquam et animi deliquia inferendo, et contra Hippocratis *) praeceptum facientes, qui dicit: *Eryſipelas ab exterioribus verti ad interiora non bonum, ab interioribus autem ad exteriora bonum*, dum ad nobilia membra, ad extimas cutis partes, humorum peccantium a natura propulſatam ſentinam reuocant. Quare medicum rationalem et prudentem eſſe oportet, vt non temere, neque negligenter morborum curationem aggrediatur. Poſt purgationes intermedias, quas in morbo diuturno reiterandas duximus, prodeſſet ſatis *in ſcapulis, brachiis, natibus et coxis cucurbitularum cum leui et ſuperficiali ſcarificatione appoſitio*, et poſt triginta aut quadraginta dies iuxta morbi vehementiam et remiſſionem *ſub morbi declinationem balneas ſiccas*, quas Graeci ξηρολουσίας appellant, cum magna vtilitate poſſumus adhibere, vt reliquiae vitioſorum humorum intra cutis poros incarceratae, iam per lauacra attenuatae, reſeratis poris tranſpirarent et euacuarentur. Quae omnia prouidi et ſapientis medici ſubiicimus iudicio.

De

*) Aph. Partic. VI.

De ligni Indici nomine, natali loco, virtute et eius decocti apparatu.

Cap. XII.

Lignum, quod ea gens barbara, quae nobis ·anſmittit, vernacula lingua *Guayacum* appellat,) Hiſpanis et Italis *ſanctum*, ratione ſuarum nobi- um et diuinarum virtutum vocari audio. Latini *ıdicum* dicunt, ego vero cum aliquot doctis medi- s *ebenum* eſſe puto vel aliquam eius ſpeciem. Nam- ue per omnia deſcriptioni, quam de ea Diosco- ·ides in ſuo *de medica materia* libro ponit, conue- ire videtur. Praeter enim ſoliditatem et reniten- em duritiem aquae non ſuperſidet, ſed innata plu- ima terreſtri ſubſtantia fundum petit, quod ebeno antum prae ceteris arboribus attribuit Aristote- es. Triplex eius genus eſſe dicunt, et quod ex Aethiopia venit, probatiſſimum eſſe, et in Pom- peii Mithridatico triumpho primum Romanae vrbi polium gratiſſimum et admirandum fuiſſe narrant. Radicem magis terra opertam nigro colore, quam arborem ſcribit Dioscorides, nihilominus tamen plerique neotericorum a Theophrasto non diſſi- dentes, apud Indos in altitudinem mediocrem ar- boreſcere, eorum, qui ab India veniunt, relatu adfirmant, craſſitie corporis hominis, foliis planta- ginis, ſed minoribus paullo et rigidioribus, glan- dibus ad modum quercuum et veluti oliuis, ramo-

rum

rum extremitatibus inhaerentibus. Et ex eo op[-]mum cenſetur, quod recens ſatis, neque adm[o-]dum vetus et carioſum exiſtit. Tale etenim ig[ni] ſuperimpoſitum ob reſinaceos fauos, quibus in[te-]rius nigrum meditullium diſcriminatur, citius [ac-]cenditur et flammas agit. Quo ſolo ligni boni[ta-]tem ab adulterato probare ſolent. Laudatur ite[m] quod ſubcitrino et buxeo eſt colore, quale eſt n[o-]ſtrum, quod paſſim in officinis apothecariorum [ex-]uenditur, et poſt detractum corticem colore [ad] liuidum vergente, item quod in guſtu praeter a[d-]ſtringentem ſaporem etiam leniter linguam eroſi[o-]ne mordicet.

Lignum eſt ſatis calidum, admixta tamen aliqu[a] temperata, aerea et rorida caliditate, quod p[er] reſinoſum et lentum gluten, pectinibus intra lig[ni] meditullium diſcurrentibus infarctum, intellige[re] datur. Ex quo nonnulli praeter quod prauos [et] peccantes humores comprimendo et ſegregando [a] ſanguine per ſudores et vrinas euacuet, etiam nu[-]trimenti nonnihil corporibus adferre dicunt. Nam *per eius decoctum a morbo Gallico liberati, qui olim cacochetico habitu et macilenti ac colore pallido et plumbeo viſebantur, habitiores poſtea, coloratiores et nitidiore cute,* ipſa experientia monſtrante, *euaſe-runt,* quod ex vitioſorum humorum per lignum epotum exinanitione et membrorum nutritiuorum

corro-

orroboratione non minus euenire credo. Namue prauis expulſis humoribus, qui poſtea in eorum ocum ſuccedunt, a virtute melius et citius diſtriuuntur, adponuntur, et in nutriti aſſimilationem ıxta naturae regulantis motus et ornatum pulırius transmutantur. Praeterea abſterſoriam vim gregiam ei attribuunt autores, ita, vt iis, quae aritati oculorum officiunt, nobiliſſimum auxilium ſſe pronuncient. Eſt item valde exiccatiuum ıalarum humiditatum ventriculi et earum, quas ı iuncturis et neruoſarum partium cauitatibus ıuenit, quod poſt eius potum ſtatim prinipio facile eſt apprehendere, ſiquidem multa ſiti t oris ſiccitate potantes diſcruciat, et villos tuniarum ſtomachi et ventriculi vniendo et conſtrinendo magnum appetitum ſolet incitare. Quare iuerſas et paene contrarias huic ligno aliquis ineſſe virtutes dixerit. Nam praeter id, quod ber vrinas et ſudores ſua diuretica vi euacuet, etiam ventriculum, vt puto, comprimendo inteſtina ad expulſionem fecum proritat, et nutrimentum corpori addit. Verum *in ſiccis valde et attenuatis multa macie corporibus et valde bilioſis cum cautela exhibendum conſulo.* Quod autem eas virtutes iam dictum lignum habeat, experientia quotidiana comprobatur, et pharmaca eiusmodi, contrariis diſtantia inter ſe ſubſtantiis, quae diuerſos producant effectus, plura ponit Galenvs *de ſimplici medicina libro IV.*

De-

Decoctum eius *ligni vario modo apud omnes apparatur.* Alii enim lima vel torno in ſcobem redactum in aqua fontis ſelectiſſima et pura decoquunt, ſingulis libris decuplum aquae adiicientes, et ad tertias vel paullo plus iuxta morbi indigentiam lento igne bullire permittunt. Alii plus vel minus aquae addunt, ſemper glutinoſam et lentam ſpumam ſedulo auferendo, quam vlceribus linamentis exceptam et puſtulis ac tumoribus doloroſis circumlinitam imponunt. Sunt alii, qui ſimplici decocto ex ligno tantum non contenti, varia ſimplicia pharmaca, partim aluum mouentia, partim huberius ſudores euocantia admiſcent. Quod vt in ruſticorum et robuſtis corporibus non prorſus damno, ita neque in omnibus eodem modo exhibitum laudo. Quum enim ſua virtute et ſpecifica proprietate partim aluum ſubducere et fortiter ſudores prouocare per ſe ſolum ligni decoctum ſufficiens ſit, quid opus acria et venenata admiſcere medicamenta? Quam enim principalioribus membris noceant turbith, hermodactylus, coloquintida et eiusmodi alia, ſi per aluum non deiiciantur, et in corpus aſſumantur, in arte medica exercitatis ſatis notum eſt. Quod ex prima ligni bullitione, poſt colo expreſſum decoctum relinquitur, cum ſeſquialtera portione clarae aquae rurſus lento igne bullitur, ita, vt pro ligni recrementorum libra vna quindecim aquae adiiciantur, et poſt tertiae partis abſumptionem in

in mundo et ſtanneo vaſe reconditur, quod loco potus et vini in prandio et coena exhibetur. Vnum tamen meminiſſe iuuabit, quod non omni complexioni ex aequo apparatum, neque eadem menſura ſemper datum *iſtud decoctum* conuenit. Nam *melancholicis et valde cholericis ac veluti maraſmo ex diutino morbo contabefactis valde noxium foret, pituitoſos vero et ſanguineos maxime iuuabit.*

De modo exhibendi decoctum ligni Indici morbo Gallico laborantibus.

Cap. XIII.

Tripliciter hoc morbo Gallico affecti poſſunt *diſtingui ſecundum tempus, materiam* et *inhaerendi*, vt dicunt, *modum.* Aut enim *recens eſt morbus cum puſtulis circa pudenda, caput et frontem cum doloribus iuncturarum inflammatione participantibus, noctu et nonnunquam interdiu affligentibus*, aut *diuturnus et longi temporis cum vlceribus virulentis et ſordidis atque calloſis et ſcirrhoticis tumoribus et nodis*, aut *materia peccans* eſt *ſanguinea*, aut *cholerica*, aut *plegmatica*, aut *melancholica*, et *hoc vtplurimum, multa vel modica*, aut *exterius ad cutis ſuperficiem et carnium poroſitates expulſa* eſt, et *puſtulas, apoſtemata, vlcera et alias cutis defoedationes excitauit*, aut *intra corpus et vaſa retenta lentam febriculam tertianae nothae*

thae typos ſeruantem, et circa veſperam potiſſimum exacerbantem cum aſſidua corporis macredine et coloris plumbeitate inducit. Quae omnia curatiuos ſcopos tam in pharmacia, quam diaeta euariare docent, non poſthabendo aetatem, ſexum, regionem, anni horam, aeris conſtitutionem, conſuetudinem et corporum *ἰδιοσυγκρασίαν*, indiuiduam quam vocant proprietatem etc. Quae bonus medicus ſemper prae oculis habere debet. Nam aliter curatur puer, mulier aut ſenex, aliter iuuenis et in aetate prouecta conſtitutus, et ſic de ſimilibus.

Iam ad *modum exhibendi decoctum* venio, et primum *de valde et longo tempore infectis*, iisque robuſtis et valida adhuc virtute ſermonem aggrediar. Extremis enim morbis iuxta HIPPOCRATEM *) extreme exquiſita remedia conueniunt, ii victu tenui et exquiſito, omnibus iam dictis bene conſideratis, ſunt continendi. Si enim aliquis error per aegroti inobedientiam vel petulantiam committatur, quod plerumque accidit, facilior eſt reparatu in hoc, quam in pleniori victu. Sumat itaque mane, vt adſtanti medico videbitur, in quantitate conuenienti ex ligni Indici decocto ſtatim poſt ſomnum ſpatio inter coenam praecedentem ſeptem aut octo horarum, quum cibum e ventriculo deſcendiſſe ſenſerit patiens, et bibat calidum, tum ſtragulis

et

*) Aph. partic. I.

et veſtibus bene coopertus in lecto ſe per tres horas contineat et ſudet, ſi fieri poteſt. Poſtea ſurgens et excrementis vndique bene expurgatis, leuiter et pedetentim in cubili obambulet, feneſtris et rimulis vndiquaque bene obturatis et occluſis, ne a vento vel frigore obſtruantur pori, et tranſpirationem tam diffugientem obtutum, quam ſenſu perceptam prohibeant. A potu igitur aſſumto per ſex horas prandium tenue apparatur, in quo praeter panis vncias quatuor aut quinque et pruna damaſcena, paſſas vuas, amygdala, piſtacia ſaccharo operta, praeterea conceditur nihil, et *potum* exhibent, *ex aqua ſecundae decoctionis praedicti ligni.* A prandio leuiter in cubili obambulet, vel in ſella ſedens ſe contineat, cum amicis et familiaribus iucundos et hilares miſcendo ſermones, inſtrumentis muſicis et dulcibus ſonis ſeſe oblectet, fabulas et iocularia ſcommata legat, caueat a ſomno diurno, ſi non ſit adſuetus. Quod ſi inſomnes forſan ob dolores nocturnos accedant noctes, in die parum dormiat, ſed non ſtatim ab aſſumto cibo. Nam caput replet fumoſis exhalationibus, dolores et grauitates inducit, catarrhoſas materias adauget. Rurſus per duas horas poſt frugalem coenulam modo et ordine, quo ſupra habitum eſt prandium, ita, vt multo leuior et minor ſit coena, quam prandium, eandem decocti menſuram aſſumat aegrotus calidam, et poſt aliquantulam in ſuo

 cubili

cubili obambulationem lecto ſe ad dormiendum componat, veſtibus bene ſe cooperiendo, et per reliquos ſequentes vsque ad triginta vel quadraginta dies iuxta medici adſtantis conſilium eadem et ſimilis ſemper continuetur diaeta. Quae omnia poterunt vel augeri, vel diminui, prout neceſſitas, vires aegroti et morbi diſpoſitio poſtulabunt.

Recens autem *infectos* boni ſucci alimentis in quantitate conuenienti et bono ordine aſſumptis nutrire poterimus, adhibitis ſemper competentibus euacuationibus per phlebotomiam, purgationes et id genus aliis, et domum exire, modo grata ſit aura et temperata, non nebuloſa, ventoſa, neque frigida, qualis eſt in fine veris apud nos et aeſtatis initio, et publica ac conſueta negotia pertractare non prohibemus. Nam ſi iuuenes fuerint et robuſti, conuenientibus *exercitiis, quae in hoc morbo non paruam praerogatiuam mihi habere videntur, interdum morbum breui tempore euincere ſolent,* modo per medicum exercitia iuxta Galeni doctrinam rite et debito modo adhibeantur. Sunt enim, qui citra vllum auxilium medicinae *ſolis exercitiis et abſtinentia forti primitus apparentem morbum propulſauerunt.* Vidimus aliquot, qui, praeaſſumptis conuenientibus per periodos digeſtiuis et purgatiuis medicamentis et copioſa ex baſilica facta ſanguinis miſſione *), ſolo

*) *Gal.* De Sanit. tuenda V.

ſolo exercitii debito modo et tempore praeſtiti auxilio, citra ligni Indici decoctum et alia ex mercurio linimenta, a morbo iam incipiente praeſeruati fuerunt, quamquam praeclara iam per puſtulas et articulorum dolores prae ſe ferrent morbi indicia.

Ratio victus in morbo Gallico admodum exquiſita omnibus aegrotantibus non aequaliter conuenire. *Cap. XIV.*

Cum enim his duobus ſolum medicinae ingeniis ſeu partibus in hoc morbo Gallico per ligni Indici decoctum curando magna ex parte vtantur medici, diaeta ſcilicet et pharmacia, (et hoc in non valde infectis intelligo, alioquin et chirurgia ſaepe opus eſt) ita, vt iniuſte medicum facere cenſuerit DAMASCENVS *), ſi morbum conuenienti diaeta curatu facilem pharmacia ſanare aggrediatur, viſum eſt nobis *de diaeta* nonnihil attingere. Quemadmodum in praecedentibus diximus, idem ligni decoctum omnibus ex aequo propinatum minime conuenire, (namque bilioſiores temperaturas et melancholicas ob maiorem additam ſiccitatem et humorum aduſtionem maxime laedere, ſanguineos vero et phlegmaticos egregie iuuare) ita

*) Aph. 102.

et nunc eam exquiſitam et ad perpendiculum, quod aiunt, praeſcriptam victus rationem indifferenter omnibus aegrotantibus citra iudicium imperare, ab omni ratione alienum eſſe duximus, monente HIPPOCRATE *), qui dicit: *Victus tenuis et exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis vero, in quibus non conuenit, periculoſus.* Quandoquidem non ex acutorum genere, ſed *chronicus et diuturnus hic morbus exiſtit*, ſapienter iuxta eiusdem diuini HIPPOCRATIS et GALENI *in commento* placita faciet medicus, ſi ſecundum conſuetudinem, quae non ſolum in aegrotis, ſed etiam ſanis, ſi ſubito mutetur, multa incommoda inferre ſolet, victus ratio laborantibus praeſcribatur, non neglecta tamen aliorum conſiderandorum ſyndrome. Quae enim mala tam repentina ἀσιτία et longa inedia ſecum adferre ſolet, alias a nobis monſtratum eſt, quanquam tamen nonnullis per hanc tam exquiſitam et tenuem victus rationem citra vllum aliud curatiuum ingenium per medicinam ipſum morbum tolli poſſe videatur, dicentes cum HIPPOCRATE **): *Corporibus carnes humidas habentibus famem adhibere oportet: Fames enim corpora ſiccat.* Nam vt *in commento* aſſerit GALENVS quotidie et indeſinenter, quod ex humoribus in nobis ſubtilius

*) Aph. partic. I.

**) Aph. Partic. VII.

lius exiſtit, inſenſibiliter per poros cutis exhalat, et quod craſſius et viſcoſius eſt, a calore innato ſubtiliatum, adapertis ab exteriore calore poris, per ſudores et ſordes, quae cuti exterius adhaerent, euaporatur, ergo fames adhibita per accidens euacuare corpora dicitur, quum in locum eius, quod indeſinenter euacuatur, per multam et longam abſtinentiam nihil additur. Quod totum magis intelligendum puto in frigidae temperaturae corporibus et multa humiditate repletis, qualia ſunt hydropiſi, aſcite et anaſarca vocata laborantia. Non tamen negauerim, tolerandam quoque fore in iis, qui dulcem pituitam multam in ventriculo ac venis aggregatam habent, vt ſunt ſanguineae et pituitoſae temperaturae, quae media inter chylum et ſanguinem per famem in bonum ſanguinem poſſet transmutari, et inde corporis particulas alimento frui, verumtamen vt hos iuuare, ita bilioſiores temperaturas et melancholicas maxime laedere conſueuit, vt volunt GALENVS *) et AVICENNA **) et HIPPOCRATES II. *regim. acutorum.*

Quare medicum in ordinanda hoc morbo Gallico infectis diaeta prudentem et rationalem eſſe

 opor-

*) De ſanit. tuenda IV. De dieb. crit. II. et in comm. I. part. Aph.

**) Canon. I. primi.

oportere iudico, vt iuxta morbi naturam, aegrotantis complexionem, conſuetudinem, aetatem, anni horam, aeris ambientis qualitatem, regionem, accidentium malitiam etc. victus rationem vel augere, vel minuere ſciat. Et quibus ſemel aut bis in die, et quibus plurane aut pauciora particulatim oporteat offerre, conſideret. Quum enim in noſtra hac regione et aliis ad ſeptentrionem magis declinantibus homines ob circumſtans frigus, ad interna naturali refugiente calore, et ventriculo magis conſtricto et corrugato oſtiolo, vehementius appetant et melius concoquant, quam alii regiones in caliditate diſtemperatas incolentes, fit, vt pluri et copioſiore alimento indigeamus, iuxta Hippocratis *) ſententiam: *Ventres hieme et vere natura calidiſſimi* etc. et *aeſtate ac autumno cibos difficillime ferunt* etc. Itaque ſi ſubito et multum ad contrarium mutetur conſuetudo, et cibus ſtatim ſubſtrahatur, quis non videt nonnulla corpora extemplo noxam contrahere, et prauis ſymptomatibus affici, quum idem dicat Hippocrates **): *Quae conſueta ſunt, etſi deteriora ſint non conſuetis, minus moleſtare ſolent.* Et rurſus: *Plurimum atque repente vel replere, vel euacuare, vel refrigerare ſiue excalfacere, aut alio quouis modo corpus mouere, periculoſum* etc.

Nihilomi-

*) Aph. Partic. I.

**) Aph. Partic. II.

Nihilominus tamen dicet forſan aliquis, triplicem ab HIPPOCRATE *) in acutis morbis ſignificari diaetam, ſtrictam et exquiſitam, in qua ptiſſanam totam et far ac vinum dilutum et pauciſerum concedebat, ſtrictiorem et valde exquiſitam, in qua vsque ad morbi ſtatum praeter ptiſſanae ſuccum aliud concedebat nihil, ſtrictiſſimam vero et extreme exquiſitam, vbi nihil praeter melicratum, oxymel vel oenomel aegrotis deguſtandum dabat. Verum ea, quae *in hoc morbo Gallico* praeſcribitur *diaeta*, iſtarum trium reſpectu *non tenuis admodum, neque extreme exquiſita* cenſeri poteſt, atque in noſtro hoc ſexto climate, vbi corpora denſa et ex licentiore crapulandi modo multis ſuperfluitatibus plena videntur, hanc victus rationem poſſe citra noxam obſeruari. Fateor multa inueniri corpora, quibus tuto poſſit imperari, niſi refragaretur conſuetudo, cuius non in aegrotis tantum, ſed et in ſanis vires ſuperius monſtrauimus. Et quum videamus veteres tam exquiſito modo diaetandi aegros olim vſos fuiſſe, quum eſſent natura frugaliſſimi et cibi parciſſimi, ideo minore periculo eiusmodi inedias ſuſtinebant, dicente HIPPOCRATE **): *In*

*) De ratione vict. in morb. acut. I. et in comm. I. part. Aph.

**) Aph. Partic. 2.

morbis minus periclitantur etc. et Galeno *) *in commento* ac *therapeutica* ſua. Conſuetudini tamen aliquid condonandum et regioni, idem admonente Hippocrate.

Ex quo prudentis ſemper in eo requiritur medici iudicium, qui non, vt ſolent indocti *empirici*, aequaliter eandem et ſui ſimilem in omnibus corporibus ſemper inculcent victus rationem. Euenit enim plerumque, vt veluti diatritarii Theſſalii, *diu in cameris incarceratos, longa et inſueta inedia extreme exinanitos*, miſeros laborantes ferme *enecent*, et morbum, qui cum maiore aegroti tolerantia et faciliore methodo curari poterat, *in multos menſes, nonnunquam annos protrahant*, et periculoſioribus tandem, quam prius patientes morbis grauatos relinquunt, qui cum multa in poſterum difficultate reſtituuntur. Alii enim ex praeſcripta hac tenui et exquiſita diaeta et fortibus per ligni Indici decoctum tranſpirationibus et euacuationibus, accedentibus praeterea vigiliis et intenſis doloribus, quae omnia virtutem maxime proſternunt, in febres hecticas et maraſmum deducti ſunt. Nonnulli ventriculum ob aſſiduum bilioſorum excrementorum rheumatiſmum ita debilem, ſubuerſum et doloribus poſtea affectum habuerunt, vt vitio naturae

*) Com. 3. Prognoſt. l. II. c. 9.

naturae per longum tempus errantis in priſtinum habitum vllis medicinis vix tandem reſtituere potuerint medici. Alii in febres a bile per inediam adaucta ſatis periculoſas inciderunt, et vlcera indies maligniora et curatu difficiliora reddiderunt, adeo, vt occultam quandam venenoſitatem et praui ac chironii vlceris proprietatem ſubeſſe imaginarentur chirurgi, quae omnia pro parte vitio diaetae tam exquiſitae, in quibus non conueniebat, accidiſſe, quiuis vel parum exercitatus facile coniectabit. Quum enim ex diuturnitate temporis morbi ſemper ad maiorem ſiccitatem, aduſtionem et malignitatem, aliis concurrentibus, accedant in hoc morbo humores, humectanda commodis alimentis et temperate refrigeranda corpora, quis negauerit medicus? Neque audiendi ſunt, qui clamant, *non pura corpora, quanto plus nutris, tanto magis laedis* *), et *ſi quis cibum febricitanti dederit, vt ſano robur, ſic laboranti morbus.* Quae in plethoricis et acute febrientibus, non chronicis morbis intelligenda ſunt. Quum interim bilioſas et melancholicas temperaturas per conuenientia alimenta in qualitate et quantitate maxime adiuuari cernamus, dum intemperati, bilioſi et atri ſanguinis ad ſuum reducimus temperamentum. Quod per plura exempla

*) *Hipp.* Aph. Partic. 2. et 7. et in Comm. *Gal.*

alias demonſtrat GALENVS *), dum multos aegrotos, a methodicis Theſſaliis inedia triduana ferme ſalitos et exiccatos, praeter eorum ſententiam ſaepius in principiis paroxyſmorum et in ipſo acceſſionis vigore aluerit. Et haec de modo cibandi aegrotos hoc morbo Gallico laborantes dixiſſe ſufficiant.

Quae obſeruare oporteat circa reliquam victus rationem. *Cap. XV.*

Ante omnia in ſex rerum nonnaturalium, quas vocant medici, adminiſtratione aer eligatur temperatus, ad calidum parum declinans et auerſus ab auſtrinis ventis et borealibus, procul a ſtagnis et paludibus, qui iuxta loci ſitum et horae anni qualitatem poterit per medicum igne, herbis per pauimentum ſubſtratis, odoramentis et ſuffumigiis conuenientibus rectificari. Cibaria omnia ſint boni ſucci facilisque concoctionis, et euitentur omnia ſalſa, durae carnis et quae viſcoſum, frigidum ac craſſum chylum generant, quaeque ventoſa et flatulenta exiſtunt, praeterea acria ad caput euaporantia et aromata quaeque ſanguinem inflammantia et adurentia. Ex carnibus, quum opus eſt, in pauca quantitate ſaltem, non denegauerim carnes

*) Therap. VIII. et X. et VI. Epid. Comm. 4.

nes arietis mediocris aetatis et ex paſcuis ſiccis abducti, quales Arduennae ſiluae et montes educant, vituli, capreoli lepuſculorum, cuniculorum, auium ſilueſtrium et montanarum, non in aquis et circa paludes degentium, vtpote perdicum, phaſianorum, ficedularum, alaudarum, paſſerculorum, merularum et id genus auicularum in dumetis ac vepribus nidulantium. Coturnices, quod neruos laedant, ſunt, qui menſis morbo hoc Gallico correptorum exterminent, quanquam apud nos ſalutares crediderim, quum helleborum album, quo veluti alimento fruuntur, in iſtis partibus non habeamus. Eodem enim exemplo et ſturnos, quorum magna eſt apud nos copia, noſtris menſis damnaremus, quod κωνείῳ i. e. cicuta veſcuntur. Pullos columbarum, quod dolores augeant in hoc morbo, ob ebullitionem et ſubtiliationem, quam in humoribus concitant, aliqui vituperant. Piſces fluuiales, ſquammoſi et libero aquarum tractu ac petroſo vtentes conceduntur et elixi, et aſſati, cum embammate ex ſucco arantiorum. Oua recentia, tremula in aqua vel ſorbilia ad prunas in cinere cocta, cum pauca agreſta commode aſſumuntur. Prandium ſit ſemper vberius et maius, quam coena, ita, vt ligni decoctum, quod mane et veſperi aſſumitur, ventriculum ab omni excremento ſemper emundatum et a cibo vacuum inueniat. Praeterea non laudarim vario ferculorum apparatu

eos

eos vti, GALENO *) et AVICENNA **) teſtibus, quum inconcoctiones et cibariorum corruptiones in debilibus ventriculis per varietatem aſſumtorum *ſaepius ſimus experti.* Nam *ligni ſecundum decoctum, quod vice potus in valde infectis adhiberi ſolet*, ſua diuturna vi chylum ſemiconcoctum et ſaepe correctum per venas in totum corpus deriuat, et *plerumque diuturnitatis morbi ſolet eſſe cauſſa.* Idem et de vino ſubtili et vrina mouente ſentiendum, ſi inter epulas vel ſtatim poſt in magna ſumatur quantitate. Exercitium, ſomnus et quies, qualia eſſe debeant, ſuperius paucis monſtrauimus. *Coitum* tamen, ceu peſtilentiſſimum quiddam, durante curatione, fugiant aegrotantes. Nam praeter alia multa, quae intempeſtiue factus ſecum affert, et *in hoc morbo iuncturarum et podagricos dolores vehementer adauget.* Affectus animae, vt ſunt ira, furor, odium, triſtitia, ſollicitudo etc. maxime deuitandos cenſeo. Nam virtutem naturalem impediendo cruditates in corpore augent, et vitioſorum humorum per tam ſenſilem, quam inſenſilem tranſpirationem, vt vult GALENVS ***), intra corpus reuocando prohibent. Vinum in valde infectis, ſunt, qui prorſus interdictum volunt, nihilominus tamen

*) De Ratione Vict. in morb. acut. lib. I. Comm.

**) Primi Canon. Fen 3. c. 7.

***) De tuenda valit. IV.

tamen ob aſſuetudinem pauciferum et clarum rubeum, quod *vermillum* apud nos vocatur, concedi poſſet, quum HIPPOCRATES in acutis morbis interim album aquoſum non denegauerit, antea ſemper aegroti complexione, morbi diſpoſitione, conſuetudine, bene conſideratis. Quibus finem imponimus, id vnum monentes, quae iam praedictis contraria videntur, prorſus vitanda et fugienda vniuerſim aſſeueramus.

De apoſtematibus, puſtulis, exituris et vlceribus in morbo gallico euenientibus, vbi, quid rationalis medicina ab empirica differat, demonſtratur.

Cap. XVI.

In hoc difficili et chronico morbo omne genus abſceſſuum, tumorum praeternaturalium et vlcerum progenerari videmus, ita, vt particulatim de quolibet dicere nimis prolixum et multis ſuperfluum videretur, quum a veteribus et modernis in medicorum chirurgicis libris paſſim abunde omnia exclarata ſunt. Vnum tamen proprium et veluti genuinum *hic morbus* habet, quod *abſceſſus frigidos in iunćturis et diuturnos cum intenſis doloribus* excitat, qui adhibitis remediis diſſoluentibus et emollientibus parum aut nihil acquieſcunt, ſed cum doloribus

loribus indies augentur, et in *nodoſas* quasdam *durities* temporis proceſſu tranſeunt, imo et *in oſſibus calloſa et lapidoſa tubera* eminere ſolent a tenaci et gypſea pituita procreata. Item propter lentam et viſcidam ac diuerſicolorem ſaniem, quam ſubinde *apoſtemata* et *exiturae* habent, et *lapillos, oſſicula et veluti teſſeras gypſeas* ex indurata pituita, poſtquam phlebotomo inciduntur, *reconditas habent.* Alias in ſuppurabilia et *ſclyrotica euadunt*, veluti arborum *nodi*, quos γόγγρους Graeci vocant, hinc inde *ſub alis*, *in inguine* et *collo* dependentes, vt (autem) taceam *vlcera*, quae in tantam virulentiam deueniunt, vt et *in oſſa* ipſa adigantur, et *vicinas quasque particulas* corrumpant, quas *ſolo igne et ferro curare* eſt poſſibile.

Qui vero *per* huius *ligni Indici decoctum morbi Gallici curationem* acceptant, *praeter linamenta cruda et munda abſterſis et expurgatis prius locis vlceratis nihil apponunt*, quanquam ſi vehemens ſit affectae particulae corruptio, aliis ingeniis curatiuis opus eſſe, nemo eſt, qui neſciat, vt ſi corruptus ſit neruus aut ligamentum, aut corpus aliquod cartilaginoſum, vncinis et ferramentis excidendum et euellendum eſt. Ita et de oſſe corrupto, ſi in ſuperficie ſolum ſit, cauterio eius amolitionem percurare decet et ad viuum vsque eradere. Quod ſi ad medullam vsque adeſum ſit, ſerra et enſe recidendum eſt, ne

pars

pars ſincera trahatur. Quibus autem medicinae ingeniis haec omnia actu practico perſequi conueniat, late oſtendunt et docent chirurgica multa volumina. Vnum tamen admonendum occurrit, iſta omnia tam *apoſtemata*, quam *vlcera plerumque* ſola nonnullorum *chirurgorum* et craſſorum *empiricorum ignorantia* tam *curatu difficilia* et tantum *virus* ſolere indies *acquirere*, dum, poſthabita omni rationali medicina, ſuae, vt iactant, experientiae tamen inſiſtentes, omnibus corporibus, omni vlceri indifferenter et apoſtemati idem emplaſtrum vel vnguentum adhibent, et quod iam longa experientia, tanquam infallibile quiddam, in vnguento comprobauerunt, nunc ſua intentione fruſtrati, vt pulchre eos ridet GALENVS *), incontinentiam et inobedientiam aegrotorum incuſant, neſcientes miſeri, ſemper corporis medicandi et particulae affectae habendam ante omnia eſſe oportere cognitam temperaturam et conſtitutionem, quum aliud medicamentum conueniat vlceri alicuius agricolae, ruſtici vel nautae, aliud pueri delicati et mulieris ac ſenis, aliud corpori cacochymo et intemperato valde, aliud euchymo et bonae habitudinis, aliud neruoſis particulis, aliud carnoſis et ita de ſimilibus. Quamobrem *ἰδιοσυγκρασίαν* corporum, hoc eſt, cuiuslibet corporis indiuiduam proprietatem et

*) Comm. I. Regim. Acut.

et complexionem, cognitam medicis voluit GALENVS *). Quae omnia quum ne per ſomnium quidem, quod aiunt, agnoſcant plerique chirurgi et barbitonſores, fit, vt ſaepe a ſcopis apoſtematum et vlcerum curatiuis procul aberrent, et non ſine dedecore chirurgiam ſuam, olim medicinae partem antiquiſſimam et praeclariſſimam, exercent, vnguentorum, cataplaſmatum, emplaſtrorum compoſitionibus contenti, ſimplicium pharmacorum intrantium eas vires neſciunt, quibus fit, vt vlceratarum partium diſpoſitionem et temperaturam atque adhibendi medicamenti potentiam ignorantes vlcera nunc ſordeſcentia et purulenta efficiant, modo exeſa, caua et ampliora reddant, modo flacceſcente et ſuperflua carne repleant, modo illorum abſolutam et debitam curationem nullo modo aſſequantur. Quam enim eos ſimplicium medicinarum vires et corporum, quibus admouentur, temperiem cognoſcere, vel a rationalibus et doctis medicis edoceri referat, ſatis dilucide longo verborum contextu in ſua *methodo* **) *curatiua* exponit GALENVS ***), et per exemplum comprobat in *commentariis de ſimplici medicina* de quodam empirico, qui emplaſtrum in ſedandis doloribus podagricis magnificum

*) Therap. L. III.

**) Lib. 3. et 4.

***) L. I.

ſicum, longa experientia comprobatum iactabundus circumferebat, quumque rogatu et monitu GALENI adoleſcenti cuidam podagrico admouiſſet, tantum adeſt, vt dolores ſedauerit, vt multo vehementiores exaſperauerit, et qui ante bene dormiebat, ei iam noctem prorſus inſomnem inuexerit, quique antea pedibus ſatis valebat et ambulabat, iam opera, qui eum in grabato deferrent, ad neceſſaria opera indigeret. Quod totum ſupina et graſſa empirici ignorantia euenit. Putabat enim omni corpori ex aequo ſuum emplaſtrum conuenire. Pari errore implicabatur et alius *), qui citra vllam rationem vlcus ſordidum viridi vocato vnguento curabat, cui mel admixtum eſt. Quum autem per plurimos dies nihil proficeret, et non ſolum plus ſordis in vlcere et craſſae ſaniei, ſed et ſubiectam carnem minui et colliquari videret validiore, quam natura patientis expoſcebat, medicamento exiſtente, ſecum dubitans, ad quod tranſiret ſaniei expurgatiuum, ſemper plus mellis, vt validius emundaret, adiiciebat, vtputa priore debilius id efficiente. Eueniebat autem prorſus contrarium. Quanto enim intenſius expurgabat, tanto magis ſubiecta caro liquefiebat et abſumebatur. Et hoc totum efficit non ſolum ad curatiuas medicationes,

*) Therap. III.

cationes, ſed etiam ad veram cognitionem curandorum vlcerum hebetum medicorum craſſa et ſupina inſcitia. Et haec paucis dicta ſufficiunt. Alias enim proprio ad id edito libello *de triplici medicorum ſecta*, quae olim viguerunt, fuſius dicere deliberauimus. Finis.

XVI.

Aloyſius Mundella *).

Et quoniam res eſt a nobis in vſu medico non negligenda, quin noſtra plurimum intereſſe arbitror, ideo quid abs te tantopere commendentur *ex argento viuo perunctiones*, quae, admixtis aliis medicamentis nonnullis, *gallico morbo*, quem vocant, affectis praeparari conſueuere, plurimum nobis dubitandum venit. Multae enim rationes et quae has comitantur ſymptomata, vt contrarium potius ſentiamus, nos mouent. Quae quoniam ſatis ex ſe manifeſta ſunt, et ab aliis noſtrae profeſſionis viris et doctis alias explicata, illa ego nunc praeterire volui. Nam etſi quaedam ſunt, quae ſi intus ſumantur, perniciosa ſunt non hominibus tantum, ſed plerisque etiam beſtiis, foris vero illita

 prae-

*) *Aloyſii Mundellae Epiſtolae medicinales variarum quaeſtionum et locorum inſuper Galeni difficilium expoſitionem continentes, Baſil.* 1543. 4. *Annotat. in Ant. Muſae Braſauoli ſimplic. Medicam. Examen* p. 247. *ſeq.*

praeſidio ſunt, contrarium tamen ad argenti viui inunctiones ſequitur.

Argentum viuum potui datum vel quouis modo intra corpus ſumtum letalium virium eſſe, omnibus — adeo in confeſſo eſt, vt nulla demonſtratione opus ſit. — An vero id grauitate ſua fiat aut eroſione, — an alia qualitate, — nunc minime nobis curandum eſt. Satis enim fuerit *venefica vi argentum viuum praeditum eſſe*, ideoque nec vorari, nec bibi debere. Secus quidem ac nonnulli *circumforanei et carnifices* faciunt, qui *catapotia ex* eodem *argento confecta ad morbi gallici curationem,* graui ſumentium periculo, dare conſueuere, tanquam de ſalute ſua, eo ſumto, illos periclitari manifeſtum non ſit. Non enim nunc magni intereſſe puto, vt dixi, qua id qualitate agat, ſcire, modo *famoſum eſſe deleterium* conſtet. — Quare ex his alia praua qualitate, quam pondere ipſo euidens detrimentum inferre videtur. Praeterea a ſumto argento viuo eadem ſequuntur ſymptomata, quae ab argenti ſpuma, — ſed illa magni plena timoris exiſtunt et diſcriminis, et extreme noxia, et pernicialia. Quapropter argentum viuum homini haudquaquam dandum eſſe ſatis manifeſtum eſſe exiſtimo. — Quibus ſic explicatis, equidem neſcio, cur argentum viuum puerulis illis tuis interdum propinare auſus fuerit, etiamſi poſt eius ſumtionem bene

bene feliciterque ceſſerit: Quod caſui cuipiam profecto potius adſcribendum eſt, quam experimento cum ratione. —

Vidi ego XII. abhinc anno, cum in Burmiis eſſem, vbi ſalutares aquae non longe ab ortu Abduae fluminis ſcaturiunt, *plurima et grauiſſima ex hac argenti viui potione ſubſecuta fuiſſe incommoda.* Eo enim cum Gallus quidam forte fortuna ſe contuliſſet, medicinamque palam profiteretur, — pleroſque ex illis pagis ad eum, tanquam ad Aeſculapii nuncium, concurrere videres. Is namque compoſitione quadam ex arte quidem ſua confecta aegrotos omnes potiſſimum de ſalute ſua deſperantes perfecte curare absque dubio pollicebatur, quae maximam argenti huius portionem exciperet aurique tantillum, et quae praeterea circulatores iſti pro reconditis theſauris maxime obſeruant. Sed quid plura? Cum innumeri, qui pharmacum id ſumſerunt, quod *behezar* ille appellare ſolitus fuerat, vitam cum morte commutauerint, alii multo, quam antea peius ſe habuerint, perpauci vero, qui quidem robuſtioris naturae fuerant et mali tolerantiores, caſu quopiam euaſerint. — Quibus cum aliquando deinde accerſitus ſuperueniſſem, vt alterius errata, quantum in me eſſet, corrigerem, adeo praua animaduerti ab eiusmodi ſumto pernicioſo medicamento inuaſiſſe ſympto-

mata, nec non *extremas alui et ventriculi inanitiones*, *et ſyncopas* ſiue animi defectiones, vt non maiores, nec grauiores vnquam viderim. Quamobrem, mea quidem ſententia, *conſultius* fuerit *in ſingulis morbis ab argenti viui propinatione nos abſtinere*, *quam nulla ratione aegrotos periclitari velle.*

XVII.

XVII.

Antonius Fumanellus *).

Hos humores omni quoque *morbus, quem Gallicum, Neapolitanum Hiſpanumue appellant*, amplexabatur. Turpe quidem pudendorum poenitere, praeter dolorem panniculorum ſuper iuncturas, pilorum barbae et ſuperciliorum caſum, mitior iſtis effectus temporibus, ne quis ab eius terreatur conſortio. —

Cap. LXVI.
Ad morbum Gallicum.

Quum noua ſcripſerimus remedia, et *temporibus noſtris nouus inualuerit morbus*, *quem vulgo Gallicum appellamus*, abſurdum videtur, ſi quod *remedium pro morbi huius curatione* inter haec non

Dd 4 in-

*) *Antonii Fumanelli — Opera multa et varia, cum ad tuendam ſanitatem, tum ad profligandos morbos plurimum conducentia, Tiguri per Andream Geſnerum MD. LVII. f. De lepra atque Elephante morbo deque ipſa medendi ratione libellus, c.* 1. *p.* 480. et *De Compoſitione medicamentorum* c. 66. p. 380. Hos libellos ſcripſit Veronae a. 1548.

inſeruerim, quale eſt inferius deſcriptum, quod humorem ſimul digerit educitque, et membra roborat affecta.

Ramentorum Guaiaci ligniue ſancti cum ſuo cortice lib. I. aquae communis aut vini aut vtriusque ſimul iuxta ſumentis vires lib. X. Macerentur ſimul die vna cum nocte, coquanturque ad tertias, et linteo transfundantur, denturque quaque die vnc. viii. horis quatuor ante prandium pannis confecto, vt ſumens valeat *ſudore corripi*, *decenti ſeruato victu et purgatione praemiſſa.* Quod ſi mens eſt et ſimul vtentem purgare, praedictis adiiciantur hermodactylorum, turpeti, ſing. drac. ij. corticum myrobalanorum flauarum et coeruleaorum ſing. vnc. S. zingiberis, maſtiches, vtriusque ſcrup. ii. corticum radicis ſiccae ellebori nigri pomo cydonio correctorum drach. I. ſeminum pomi citrii contuſorum drach. iii. polypodii, ſenae, vtriusque vnc. j. epithymi vnc. S. Coquantur ſecundum artem, et linteo transfuſorum iure patiens vtatur, ab vnciis quatuor ad ſex. Nec deſunt, qui tantum *arido puluere corticis ligni* praedicti pondere drach. ii. ſingula die vtantur. Nec deſunt, qui *addant radicem de China* aut *ſarzam pariliam*, *quae et per ſe ad haec ſumme conferunt.*

XVIII.

XVIII.

Hieronymus Cardanus *).

Quod in morbi gallici dignotione, cauſis et cura peccant **).

Trigeſimus ſeptimus abuſus eſt circa morbi gallici naturam qualitatemque ac ſigna et medelam, de quibus quoniam libellum integrum ſcripſimus, ad illum remitto.

*) Hieronymi Cardani Opera omnia cura Caroli Sponii Lugd. 1663. f. Habet hic polygraphus clariſſimus ſub medio ſeculo XVI. etiam quaedam de morbo gallico. In *Coll. Luiſ.* p. 755. T. I. tantummodo *de radice Cinae ſeu de decoctis* commentatio (p. 266. T. VII. Opp.) legitur, ſed ſine additamento *de vſu ſarſaparillae* et omiſſis conſiliis. Ne qua ergo in poſterum lacuna ſuperſit, quicquid huc ſpectare videbitur, paucis ſubiiciam.

**) *De Methodo medendi* c. 37. p. 216. T. VII. Nuſpiam reperitur iſte liber, quem appellat.

De morbo Gallico, hectica, duplici tertiana et aliis *).

Virum quoque illuſtrem FRANCISCVM INARAM, Hiſpanum, praefectum ſtipendiis bellicarum machinarum, qui iam quinquennio perpetuo magno patientiae exemplo non ſolum *morbum Indum* pertulerat, ſed a diuerſis medicis excarnificatus et pecunia magna ſpoliatus (referunt enim ſupra mille aureos coronatos in medicos conſumſiſſe) nihil iam reliqui habebat. Erat enim *hecticus*, duplici tertiana laborabat, *vlcera in capite ſerpentia et inſanabilia*, nec *oſſa* detraxiſſe prouerat. Vigil, tabefactus totus, ac *cum gipſeis tuberibus in cruribus variis doloribus* conflictatus, nihilominus *unico praeſidio vini Indici ligni*, diebus in octuaginta, in quibus totidem accepi coronatos, plane pleneque liberaui, reſtituta carne, colore, viribus, vt poſtea plures ſuſceperit filios, et nunc beatus viuat. Porro *Indici vini deſcriptio* haec fuit. Vinaciola optima, cortex eius ligni in puluerem redactus, cinamomum noſtrum, garyophyli, lachrima abietis lota, rosmarinus, ſaluia, S. ſampſuci, thlaſpi, bugloſa, borago, meliſſa, radix enulae, ſtoechas, betonica, camepythys, ſanthalum, ſulphur non exper-

*) De Curationib. admirand. Curat. 12. p. 255. T. VII.

expertum ignem, ſena, cyclamen, colocynthis, caphura, mel, ſerapium e fumaria, modo e ſucco, modo ex infuſo cum rore, thus, elleborus, cardamomum maius, piper, eupatorium, xiloaloes. Prandebat paſſam vuam edens, coenabat comedens elixum pullum et panem in iure intinctum, ſumebat tum vuas paſſas. Verum haec multo poſt, ſcilicet poſt reditum e Scotia. —

De radice Cina.

Reſponſum petitioni M. ANTONII MAIORAGII *).

In caſu huius eruditiſſimi viri laborantis *eroſione gingiuarum et dentium*, concuſſione facta ex humore calido

*) Pag. 265. T. VII. Scripſit etiam ANDR. VESALIVS a. 1546. epiſtolam *de radice Chinae*, recuſa ſeorſim Venet. 1546. 8. et in *Coll. Luiſ.* p. 504. T. I. quam fere ad verbum transtulit RIVIVS. *Kurtzer auſszug vnd Summariſcher bericht der Natur, eigenſchafft vn̄ wunderbarlichen wirkung, ſampt rechten eygentlichen gebrauch, der frembden new erfundenen Medicin, der Wurtzel China genant, ein nützliche krefftige Artzney, für vilfältige ſchwere innerliche vnd euſſerliche leipliche gebrechen, ſo auch zum theil für unheylbar geachtet werden, innſonderheit aber für allerhandt flüſs, vnd mancherley ſchedliche Gebrechen daruon verurſacht, euſſerlicher vnd innerlicher glyder, als Podagram, Zipperle, Lemnuſs,*

calido et acuto, quaeſitum eſt, *an radicis cinae exhibitio conferre poſſit?* Reſpondeo, quod iuxta principem medicina experta melior eſt, quam non experta. Et manifeſtum eſt, quod in phthoe cum aliis auxiliis curaui fratrem, PETRVM MARTYREM et filiam BARTHOLOMAEI EPHIPPIARII — omnes ex phthoe exquiſita deploratos et aliis, vt breui morituros, medicis relictos, cum quibusdam eorum nec viuentis effigies ſupereſſet. Alios etiam innumeros curaui. —

Quare non video, cur mihi Cina ſit experimento in phthoe cura tentanda — Sed *nec in gallica lue ligno ſancto poteſt comparari.* Nos enim cum plus, quam centum nobiles ex ea curauerimus, nun-

nuſs, Lungenſucht, Leber vnd Miltzſucht, vñ dergleichen vil andere ſchwere zufel vnd Gebrechen. Solcher maſs vnd geſtalt geordnet vnd geſtellet, wie dieſe new erfundene Arzney nechſt verſchiedener Jar vom Römiſcher Kayſ. Mayeſt. ſelbſt eigner Perſon gebraucht, nützlich vnd heilſam befunden worden. Zu ſonderlicher hilff deren ſo mit mancherley langwirigen Krankheiten vnd leiblichen Gebrechen beladen ſeindt. Aus Lateiniſcher vnd Tuſcaniſcher ſprach tranſſferirt. Durch D. Gualtherum H. Rivium Medic. et Chirurgum etc. Würtzburg M. D. xlviii. 4. Hanc ſcriptionem LINDEN, ASTRVC, GIRTANNER aliique bibliographi non memorant.

nunquam cina indiguimus. Quare cum minus valeat, in quibus maxime probatur, quid in hoc ſperandum? Vt tamen aliquid de cinae natura ac viribus dicam, eſt illa quidem radix non parua, crocei ac ſubalbidi ferme coloris, pallida et guſtu ſubacida, odoris ferme nullius, vt quae ſit quaſi lignum, adeo efficax, vt nullum aliud medicamentum, ne venenum quidem, poſſit ei comparari. Nam primo vel ſepties cocta vel etiam plus, quam decies, vim praebet medicamenti egregii, et aquam, vt pulli ius, efficit, et vncia eius incoquitur aquae vnciis CC. ferme, donec ad LXX. redeant. Nihil autem eſt, quod tamdiu vim ſuam poſſet ac in tam magna aquae quantitate impartiri. Vehitur ex India, e regione Ciniana, vt exiſtimo, ſcinditur in ſubtiliſſima fruſta lataque, vt coronati aurei, atque, vt dixi, XX. aquae vnciis vncia vna in nouo lebete terreo lapideoue immergitur, feruetque, donec ad LXV. redeat, intecto ſemper vaſe, ne fumus poſſit exire. Inde ab igne detracta proxima igni conſtituitur, conuolutis pannis, ne vel quicquam exire poſſit fumi aut repente refrigerari. Purgans decoctum reddit dimidia Ganti drachma, quae Aypi eſt radix. In ſingulos autem dies renouatur decoctum; Amareſcit enim, vt pro XXIV. diebus XXIV. vnciae ſufficiant. Bibuntur ſummo mane, vt calidiſſimi decocti vnciae XIV. panniſque prolicitur ſudor. Inde licet poſt tres horas bene contectum,

tectum pannis, etiamſi non ſudauerit, e domo exire. Seruatur interim calida vsque ad veſperas, bibiturque cum cibo, nec aliud omnino quicquam, ſed et interdiu, non tamen adeo feruens, ſed quaſi tepida. Abſtinebit a venere meridianoque ſomno, cibis etiam omnibus acribus, ſalſis, amaris, acidis, lacte hisque, quae ex lacte fiunt, tum iuribus ac fructibus vtetur, pane ac pulli carne elixata in ſingulos dies bis, a cibo autem etiam melle: Hoc enim huic decocto maxime conuenit. Poſt XIV. autem diem pullis aſſis vti licebit absque condimentis.

Si *morbi gallici cauſſa* exhibeatur, *lauentur* hoc decocto ſingulis diebus optime *vlcera*, et panni ex illo madidi imponantur absque ligatura. Licet etiam poſt VIII. dies ſemel, ſi virtus admodum ſit debilis, vini aliquod decocto hoc lymphati bibere, atque ita interdictis duobus diebus repetere. Si aluus non demittat, decocto oleo roſato, melle et ſale enema fiat, nec aliud alterius generis. Subducit enim aluum egregie. Cogitur autem aluus plerumque *a ſeptimo die*, ac in poſterum ſuppreſſa manet. *Quo tempore etiam incipiunt in gallico morbo ſaeuiſſimi dolores*, ſcilicet *a ſeptimo die hi vtplurimum ad XIV. terminantur*, *alias* autem *durities manet vsque ad finem dierum*, *quibus decocto vtitur.* Peractis XXIV. diebus, colligitur lignum, quod relictum

lictum fuerat in ſingulos dies ac in vmbra ſiccatum exacte, denuo comminutum in exiliores partes tantundem aquae incoquitur, ſed vt duae vnciae ligni CC. aquae imponantur. Redeant autem ad LXV. vt prius, exhibeturque eadem ratione iisdemque praeceptis per duodenos dies. Interim autem licet ludere, ſpatiari, contectum pannis, negotiarique ſerenis tranquillisque diebus. Manifeſtum eſt autem, quod natura et proprietate hoc agit *Cina aduerſus gallicum morbum*, *non* autem *licet victus tenuitatem, vt in ligno ſancto, in cauſſam curationis adducere.* Neque ſiccitate id agit ſola; Impinguantur enim accipientes, vis igitur eius exſiccans, et putredini tum ob hoc, tum ob vim propriam reſiſtens. Habet et acrem partem, ob quam amarum conuertitur facillime, et vtentes ab acribus, amaris acidisque ac ſalſis arcet: Valde enim tenuium eſt partium. Habet et partem ſucculentam ac ducem et actuoſam, qua impinguat, et proprietate ſua iecur confirmat. Ob haec igitur, ad quae proſit, ſatis eſt manifeſtum, hydropi ſiquidem, vlceribus malignis, phthoe, ſed non ſola, leprae, elephantiaſi, gallico morbo et atrophiae, et ſcirrhis.

Verum *) etſi alibi *de Sarza Parilia* abunde actum ſit, breuiter tamen hic *modum exhibendi*, quod

*) Pag. 270. T. VII. Deeſt haec particula in *Coll. Luiſ.* legitur in T. II. Opp. ed. Baſil.

quod *media* ferme *ſit inter cynam et lignum ſanctum viribus* ac temperamento, ſubiicere decreui. Eſt autem quaſi dumi genus, tametſi in ea ſpinas non viderim. In libras XII. aquae fruticis huius leuiter tuſi vnciae quinque per duodecim horas infunduntur, ea ferme conditione, quae in Cyna dicta eſt, coquitur ad conſumtionem duarum e tribus partium. Quinae aut ſenae vnciae ea ratione, quae in Cyna explicata eſt, bis in die aſſumuntur. Ipſi trunci exempti rurſus in XII. libris aquae infunduntur, adduntur aniſi et liquiritiae vnciae L. Inde absque mora coquuntur, donec quinta pars ſolum abſumatur. Atque hic *pro potu* eſt. Cibus mane panis et pulli caro aut auicularum veſperi, amygdalae absque pane paſſaeque vuae. A ſyrupis aſſumtis *ſudor*, qui facile fluit, *prouocandus* eſt. Multo *lenior* eſt *haec* atque *commodior Cyna ac ligno ſancto*, frigidis ac calidis temporibus vſui eſt, et minus afficit corpora, adeo vero familiaris illius eſt vſus, vt nec feminae, nec pueri eam refugiant. Prodeſt omnibus ferme longis morbis, et in lentis etiam febribus vtiliter ac tuto exhiberi poteſt, quandoque coquendo ſyrupum tantum medietatem conſumi praecipio. *Optimus* autem *modus* et a me inuentus eſt, vt librae octo aquae et quatuor vini flaui admodum potentis ſumantur aliquando paribus ponderibus, maxime in ſyrupis. Addo etiam cinamomi vulgaris nonnunquam ſemunciam. Quin

etiam

etiam *ligni ſancti admiſſionem* admittit, et feliciter omnia haec moderari docet pro ratione morbi cauſſaeque et ſymptomatum, regione, anni tempore, natura patientis, aetate, vſu atque conſuetudine, vt iuuat, vt fert, vt dormit appetitque. —

De Sarza Parilia *).

Radix quaedam nuper tenuis ac ſubcrocei coloris ex India aduehitur, quam ego omnium Mediolani primus vidi. Erat autem non abſimilis liquiritiae tenuiſſimae, rugoſa ſcilicet, (nam ea talis, cum ſiccatur, euadit) et colore inter croceum et cinereum, ſed guſtus ſubamarus erat. Odor vix ſentitur. Vncia vna in lib. ii. aquae colorem addit vini rubri turbidioris, odorem quaſi grauem, amaritudinem non leuem, et ſumme prouocat ſudorem. Partium eſt tenuium craſſarumque. Amaritudo in terreo conſtat. Calida in fine primi ordinis, ſicca in ſecundo. *Epota cum tenui victu,* ſcilicet pane bis cocto atque paſſulis, *per dies XXXX., gallicam luem plus iuuat, quam Cina aut lignum,*

*) Pag. 271. T. VII. Primum eſt edita haec qualiscunque opella *Contradicent. medicor.* Lugd. 1548. 4. et ed. Marburg. 1607. 8. p. 1052. ſeq. et repetita ad verbum Conſil. 34. p. 177. *Pro lue gallica, arthritide, vlceribus prauis, oedematibus, elephantiaſi.*

lignum, quod ſanctum vocatur. Expedit autem, vt ſic etiam opituletur his, qui *arthritide* laborant, et *vlceribus prauis*, et his, qui ob pituitoſum humorem laborant oedematibus aut morbis trans hepar. In obſtructionibus autem concauae partis iecoris et ventriculi mala coctione non auderem hoc tentare, niſi forſan victus tenuitas nos a periculo tutos redderet. Quod etiam iecur confirmet, quodque lienem extenuet, quod incipientem elephantiaſim curare poſſit, et hoc veriſimile eſt. *Dantur decocti vnciae ſex in ſingulos dies ſummo mane*, id eſt, hora diei ſecunda, *tantundem horis ante coenam tribus, tum cum cibo, quantum volet.* Permittitur autem *ſudare* contectus pannis *ab aſſumpto potu*, verum *vt ſudauerit, liberior eſt, quam in aſſumptione Indici ligni.* Neque enim prohibetur, quin in ſolita prodeat exercitia, niſi frigoris metu. Vnde contectus pannis eſſe debet, et vitare infauſta tempora pluuiarum, ventorum et frigoris. Meminerit eius, quod ſcripſit Hippocrates: *Vbi fames, laborandum non eſt.* Atque ſimiliter cauendum, vt inquit Galenus, a ſectione venae, ſic et a venereis ac curis nimiis. Singulis tamen decem diebus purgare conueniet corpus cum catapotiis, quae lectos humores et craſſas feces expellere poſſint, quales ex aloes colocynthida et elleboro componuntur. Alii praebent ſiliquam Indam cum diacatholicone, quod vt minus vtile eſt, ita magis tutum.

Habet

Habet autem praecellentem inter ſui generis medicamenta vim haec radix in emendandis capitis ac cerebri vitiis, ſeu ob tenuitatem, ſeu ob proprietatem quandam. Et quanquam haec ita ſint, candide lector non tamen tantae victus tenuitati ſeorſum, praeſertim purgationibus frequenter adhibitis, parum ad curandos conſimiles morbos tribuerem. Quo fit, vt *Gallicam hanc peſtem inter frigidos affectus* collocauerim. Sic humana ſolertia in dies inuenit, quod iam inuentis merito praeponi poſſit. Vidimus in claro viro, MARTINO CHIAVES, Hiſpano, poſt modicae quantitatis hauſtum (nam in eo periculum primo fecimus) *craſſam atque ſanguineam materiam a naribus* deſcendentem, ita, vt propter os, quod intermedium eſt, miraremur, quanquam *vlcera aliunde vsque ad os penetrantia* a deſcenſu diuerterent. Conſtat autem Indicas res maiori praeditas eſſe virtute, etiam pro qualitatum ratione, ſed de hoc a nobis in libello *de ſubtilitate* *) dictum eſt, nunc autem, quoniam ita ſit, ſolum intellexiſſe ſufficiat, quodque generaliter peregrina medicamenta plus agant, aer autem atque cibi ac potus patrii ad vitae vſum magis conducunt. —

*) At vero plantas iisdem viribus participare ſcribit *De Subtilit.* L. VIII. p. 285. ed. Baſil. 1664.

De cura Indicae luis, elephantiaſis, ſcabiei, pediculorum, phtiſis atque ſimilium *).

De Indica autem lue, tum elephantiaſi, curam vt proponam ſpecialem, locus non eſt, cum ad eam vix ſufficiant octo libri a me inſtituti, verum ſolum generaliter horum capita attingam. Quae quod *ad victum* attinent, conſtant in exiccatione et moderata caliditate aeris, cibi et potus pauci et natura ſicci, exercitationis et ſudoris, et euacuationis aſſiduae cum elleboro nigro, et ſanguinis detractione cum ſomno longiore ob coctiones, et vt opponatur ſiccitati reliquorum, et *vnguentis* ex napello et hydrargyrio, et minio, et cinnabari, tum *ſuffitibus et ligni vtriusque Indi vſu*, tum *cyna* et *ſarzaparilia*, et aliis etiam efficacioribus. Quanquam *ligni ſancti decoctum*, cum ſit acre id lignum, valde amarum, pingue et odoratum, *paucis cedat;* Reliqua ſunt *temperatiora*, *cyna* et *ſarſa parilia*, et munditie. —

*) De Venenis III. 18. p. 343. T. VII.

Con-

Conſilium XXVIIII. *)

Pro laborante iam biennio doloribus ventriculi cum aliis diſpoſitionibus ob morbum gallicum male curatum, qui eo ſanatus eſt intra quadraginta dies, vt fratribus ſuis pollicitus eram. Et eſt Hippocraticum.

Oportet eum, qui ſanare vult morbum, illum cognoſcere atque eius cauſſam. Quoad morbum attinet, verſatur maxime circa ventriculum multiplici affectu, mala coctione, dolore, flatu, alui duritie atque huiusmodi, quae omnia pendent, vt recte inquit HIPPOCRATES in libro *de veteri medicina*, ex duobus, ex comparatione ciborum et eorum, quae aſſumuntur ad hominem, et exuperantia ac victoria rei, quae aſſumitur ſupra vires, vel e contra. Ideo et in hoc conſiderare iubet, vt, quae aſſumuntur, morbum haud augeant. — Praedictio. Morbus hic non eſt ſatis conueniens aetati, eſt tamen conueniens regioni et cauſſae *morbi*, vtpote *Indici*, vel etiam auxiliis. — Dolor praeterea ventriculi diuturnus, vt princeps dicit, ſolet abſceſſum durum generare. Quia tamen *huiusmodi diſpo-*

*) *Conſilia medica ad varios partium morbos ſpectantia. Conſil.* 29. p. 170. T. IX.

ſitiones ſoluuntur medicamentis morbi illius Indici, quamuis genere ſint inſanabiles, et ſi cura propria non ſoleat ſanari, cura hac ſanabitur perfecte, vt infra. — Quia ergo Belgica Gallia admodum frigida eſt, et hiems, et materia morbi frigida, ideo oportet, vt habitet inter duo ſolaria in cubiculo e larice toto, et in eo perpetuo accenſus ſit ignis ex lignis iuniperi veteris. — Et quando ſol illuceſcit, permittat per duas horas perflari cubiculum, quod parte, qua aperitur, reſpiciat orientem. — Et cum praeſeruatus fuerit hoc modo, videat, an tantum proficiat, vt curetur. Si curatur, bene eſt: Si non, bibet vinum hoc infra ſcriptum, etiam media hieme, concluſus in cubiculo calidiore ac medio inter vaporarium et domum omnino temperatam. Et comedat in mane vuas paſſas tantum cum pane, et veſperi vncias duas tantum panis leuiſſimi, et totam carnem alarum vnius pulli, et bibat etiam modicum illius, vel madefaciat in eo panem optime, et non comedat aliud per illos triginta dies, et in mane etiam comedat panem illum madefactum in iure pulli adeo diu, vt ſit quaſi panis coctus et ſit artopyrus. Et bibat de vino infra ſcripto. ℞ Corticis ligni Indi electi nigri intus recentis et cuius lignum ſit pinguiſſimum lib. iß. pulueratum optime infunde in lib. XXX. vini flaui, tenuis, odorati, clari, ſinceri et potentis, thuris ℥iß. ligni aloes, cinamomi, cardamomi minoris,

ris, piperis longi an̄. ℈ij. mentae rubrae, origani cretici an̄. g̃. ß. Infundantur per horas XXIV. cum ʒß. rhabarbari electi, maturi ac quaſi rubentis et ponderoſi minutimque inciſi, inde coquantur in vaſe vitreo concluſo orificio in balneo Mariae, donec decreſcat quarta pars. In fine, dum ab igne remouetur, addantur ſyrupi de pomis completi de corticibus citri et ſabor regis an̄. ℥iij. et miſceantur cum ligno ſpicae vulgaris, donec refrigeretur. Et de hoc bibat colato ℥vj. hora XX. et ℥v. hora ſecunda noctis tegendo ſe in lecto, et comedat poſt tres horas, ſcilicet prandendo hora XVIII. et coenando hora quinta noctis, et ſumat calidiſſimum, et colatum tantum. De eodem bibet colato, ſed frigidum cum cibo, et nihil aliud omnino. Et ſpero, quod perfecte ſanabitur, ſed oportet, vt habeat medicum prudentem et qui intra limites huius conſilii ſe contineat. —

Conſilium XLIX.

Pro Germano quodam iuuene laborante morbo gallico et ſtillicidio vrinae a ſuppreſſione.

Oblatus eſt mihi caſus iuuenis germani, et annos natus triginta tres. — Qui in aetatis ſuae

anno decimo nono paſſus eſt, vt ſcribitur, morbum gallicum cum immoderato membrorum exteriorum dolore, ſubinde poſt vana medicamenta adhibita diſſenteria laborauit cum ſaeuiſſimis torminibus et cruciatibus, quam ſequuta praeter modum eſt diarrhoea, in cuius cura ab initio medicinae admodum reſtringentes adhibitae fuerunt, vnde mox poſt reſtrictum veneris profluuium a febre continua cum acceſſionibus ordinatis correptus eſt, durauitque, vt ſcribitur, tres menſes perpetuos cum vomitu cholerico, linguae ariditate et aliis, quae huiusmodi febres comitari ſolent. In cuius curatione empiricus quidam medicinam potabilem exhibuit tantae quantitatis et tam violentam, vt maximam omnium virtutum proſtrationem reliquerit, et vt vix per duos menſes integros aliquid virium aeger reaſſumere potuerit. Poſt febrem remotam ardor vrinae ſubſecutus eſt vehementiſſimus, poſt ardorem ſtranguria ſeu diſſuria, id eſt, vrinae ſtillicidium cum intenſis doloribus, deinde iſchuria, id eſt, vrinae ſuppreſſio ſubſequuta eſt dolore multo intenſiore, quam antea ſenſerit vnquam, quae nullo modo remoueri potuit, niſi ſyringae beneficio, in cuius remiſſione dolor magnus ſubſequutus eſt. Et ſic poſtea per aliquot annos ſemel menſe cruciatus ex ſtillicidio et retentione vrinae ſenſit moleſtiſſimos. Per quatuor poſtea annos coepit mitius habere, et quamuis non tam ſaepe, vt conſueuit, affligatur, quando

quando tamen illa acceſſio aduenit, per decem et quandoque per plures horas vrina in totum ſupprimitur cum maximo et laborioſiſſimo mingendi deſiderio et conatu. Pro cuius ſaeuae diſpoſitionis cura nihil fuit hactenus et apud Germanos, et apud Italos non tentatum, quod conuenire creditum ſit. Inter omnia tamen auxilia ſyringa iniecta prae ceteris contulit, et quandoque, antequam vrina procedat, magna pars phlegmatis in ſubſtantia et colore ſpermati non diſſimilis exiuit. Quo expulſo, coepit melius habere, eaque opilatio non tantum vrinam retinet, ſed ſpermatis exitum etiam in ipſo actu venereo impedit. Quotiescunque paroxyſmi tempore, neceſſitate vrgente, ſyringa per virgam imponitur, magnum obſtaculum circa collum veſicae reperitur, adeo, vt raro liceat cum ſyringa ad veſicam penetrare. Ex ſyringae etiam iniectione ſtatim permanat vel libra media, vel integra ſanguinis, quo emiſſo, incipit vrina progredi. Patitur quoque aeger timorem et triſtitiam iamdiu perſeuerantem. Semper enim futuras acceſſiones, quibus tam miſere affligitur, timet, et exinde valde triſtatur. Haemorrhoides magis, quam antea, et prominent, et inflantur, atque etiam citrinum aliquid eis reſudare videtur.

Huius ſtillicidii ac retentionis vrinae varii varias dicunt eſſe cauſſas. — Putarunt alii hanc opilationem potiſſimum fieri vel a caruncula, vel a

verruca, vel re ſimili non longe ab eo locò ſita, vbi ſyringa in veſicam ingreditur, ex eo, quod nocumentum continue perſeuerans in egreſſione vrinae ſentitur. Semper enim etiam extra tempus paroxyſmi vrina non progreditur ſine doloroſa ſenſatione, et maiori ex parte diuiſum et bifide exire cernitur, atque carunculam ortam exiſtimant ex loci excoriatione, quae ab vrinae acuitate vel ex ſyringae iniectione fieri potuit. — Verum quod in exitu vrinae ſemper nocumentum percipitur, id ex alia cauſſa, quam ex caruncula contingere poſſet, ſicut ex vlcere vel ex mala loci diſpoſitione, vnde fit, vt in vrinae tranſitu dolor cauſetur, ſicut ſaepenumero ardor in exitu vrinae percipitur. Et ſi caruncula illa non adſit, quod etiam vrina diuiſa bifidaque procidat, arguerit potius obſtaculum in via prope ſummitatem penis, quam in ceruice veſicae. Solet enim illis, in quibus caruncula meatum ceruicis veſicae obſtruit, vrina ſaepe procidere ſubtilior admodum conſueto, quod forte poſſet in hoc aegrotante contingere. Quod ſi ita erit ſtatuendum, erit carunculam vel quid ſimile cauſſam eſſe illius nocumenti continuo in exitu vrinae percepti, non tamen eſſe cauſſam totalem ſuppreſſionis vrinae, quae interdum cum maximis doloribus et cruciatibus accidit. —

A morbo

A morbo autem *Indico* *) corrumpente ſangui-nem, vt ſaepius obſeruaui, item ab elephantiaſi, (fieri poteſt morbus regius.) —

De cura morbi regii ex acceſſione morbi Indici.

Manifeſtum eſt, quod in hoc neceſſe eſt *curare morbum Indicum*, tanquam cauſſam, et ſi niger ſit morbus regius, valde deterius eſt et ſignum malum, flauus autem minor eſt hoc. Etenim qui fit ex acceſſione elephantiaſis, niger eſt et prauus. — *Curatio* vero *morbi Indici* ſupra tractata eſt, et praecipua fuit *cum ligno Indo*, *cum ſarza parilla* et *cum radice chynae* atque *cum argento viuo*. Melior ex his eſt, quae fit cum radice chynae. Oportet autem in eiusmodi praeuacuare multum corpus, ac ante cauſſam ferme tollere effectum. — Chynae ergo radix temperatior eſt et admirabilis in hoc caſu, ſi copioſius fluat ſudor. Secus ad vina refugiendum, ſed temperata, velut cum lupulis et fumaria, quae medicamenta omnia ſunt, velut et lapathum. Et *ſulphur* in hoc caſu eſt medicina praecipua, conferens proprie et valde vtrique morbo, et

*) De Cura morbi regii L. IV. 9. p. 385. T. IX. et c. 39. p. 402.

et a principio, idque omnes laudant, praeſertim Timotheus lib. II. c. 14. ſed exterius nihil innoxium et potens adeo. *Oleum* eius ebibitum eſt proprium vtrique, quia vomitu educit, vt oportet, velut *inunctum ſarcomatis et haemorrhoidibus*, ſed et lapathi radices et lac tithymalorum, et ſal, et mel anacardi, et *lachryma ligni Indi cum axungia porcina.* Sulphur ſit ignis expers, nitidum et perſpicuum; Quod etſi rarum ſit, inuenitur tamen, et optimum eſt vnguentum ad illud pro pulſibus. ℞ ſulphuris viui ℥iij. nitri parietarii mundi ʒx. lactis tithymalorum ʒvi. olei de baccis lauri, olei de ſcorpionibus an̄a ℥iiß. viſci ℥iß. fiat vnguentum in cineribus, vngantur loca pulſuum manuum et pedum diu, inde ponatur in balneo, et maneat per dimidium horae. Antea per XX. dies et poſt per X. ſumat hunc potum. ℞ ligni ſancti raſi ℥xvi. thuris ℥ß. lupulorum, endiuiae, lapathi an̄. Mj. ſiue infundatur in lib. XX. aquae fontis horis XXIV. inde bulliant ad conſumptionem medietatis in lebete nouo, et ſuperfundatur hoc. ℞ Corticis ligni Indi ℥vii. ſiue vini albi odoriferi ℔ X. Cinamomi electi ʒiij. Caryophyllorum ʒij. Terantur ſubtiliſſime omnia, et infundantur horis XXIV, inde miſceantur, et omnibus addantur ſyrupi de ſucco fumiterrae ℔j. de pomis compoſiti ℔ii. Et hoc eſto pro potu colatum, et eſt ſuauiſſimum, referens Pramnium vinum, quod venditur in cauponis.

Cibus

Cibus vuae paſſae, caro pulli elixa vel aſſata, panis ℥ij. bis in die madefactae in iure pulli, ſyrupus ſupra aſcripti decocti ℥xvi. mellis puri ℥iij. agarici electi minutim triti ʒß. Infundatur per noctem, inde ferueant mane parum, et bibatur colatum in duabus vicibus per horas tres ante cibum, et hoc ſingulo die. Purgetur etiam ter, interpoſitis decem diebus, cum catapotiis de lapide caeruleo ʒj. pro vice exhibendo. Poſt cuſtodiat ſe quadraginta diebus. Et ſi contingant *tumores duri etiam in capite*, ſuperponatur vnguentum deſcriptum ſupra, ſublato adipe. Et ſi ſint albi, modo non iuxta cor aut iecur, etiam *in mandibulis*, loco adipis addantur ſtibii vel cinnabaris XVIII. partes, et ſuccini XXVII. Et ſi *morbus* ſit *in capite*, fiat *ſuffumigium ex cinnabari* arte facto, ſuccino, lachryma ligni Indi, ſemine citri, ligno aloes et iuniperi vetuſto et odorato ac coſto, radice item iridis et cyclaminis, et ſi neceſſe, etiam tithymali et viperis. Catapotia noſtra. ℞ Praecipitati (eſt argentum viuum ſublimatum in aeneo vaſe cum aqua ſeparationis in rubrum conuerſum) gran. xii. margaritarum, ſmaragdi orientalis, hyacinthorum orientalium an. ℈ß. maſtiches ℈j. caryophyllorum gran. XV. Terantur omnia ſubtiliſſime, et cum miua citoniorum fiant catapotia tria, capiat vnum poſt coenam leuem per ſingulos dies.

Aliud.

Aliud. ℞ ſtibii praeparati loco praecipitati ℈j. reliqua, vt prius. Aliud. ℞ Colocynthidis electae, mundatae, ſiccatae in furno et ligni viſci ſimiliter ſiccati, et ellebori nigri an. ʒj. maſtiches, aloes, an. ℈iiii. caryophyllorum tenuium ℈ii. Terantur ſubtiliſſime, et cum oleo de ſulphure fiant pilulae viiii. quas capiat in tribus vicibus mane per horas vi. ante cibum, velut et illas, quae cum ſtibio. Alia familiaria. ℞ Catapotiorum ex coeruleo lapide optimo ʒj. ellebori nigri optime contriti gran. vij. caryophyllorum contritorum gran. V. Cum oleo de ſulphure formentur catapotia tria, ſumantur, vt ſuperiora. Vnguentum, quo pulſus inunguntur pedum et manuum optime alternis diebus quinquies, et ſi fert, ſingulis diebus loco calido, et eiicit etiam *oſſa putrefacta ex capite* et aliis locis, et vnguntur etiam plantae pedum, ſi oportet. ℞ Olei laurini ℥iiii. olei de ſulphure ℥ij. axungiae porcinae ℔ß. argenti viui extincti ℥ijß. cinabrii, ſtibii an. ℥j. radicis lapathi ℥ij. lachrymae laricis ℥iiij. fiat vnguentum. —

Et *contagio* inter corpora animosque permeat *), et ex animis in animos affectus et vitia, et

*) De Subtilitate L. XII. p. 562. T. III.

et ex corporibus in corpora. Omnis autem conſenſus *per contactum* fit, contactus autem quadruplex, aut corpore, vt cute, aut materia, vt in vlceribus, aut elemento, vt in peſte, aut radio et ſimilitudine tantum, vt in oculorum. Manifeſtum eſt igitur, qui ſint *morbi contagioſi*, circa cutem, vt lepra, pſora, ſcabies, vitiligo, *circa pulmones, vlcera, et pectus, et fauces, et genitalia membra, vt gallica lues*, circa cor et cerebrum peſtilentes morbi et oculorum inflammationes. —

XIX.

XIX.

Hercules Bonacoſſus *).

Potio in morbo vt aiunt, gallico.

℞ foliorum ſenae, polypodii, epithymi, ſingul. M. 5. florum cordialium Mj. vuarum paſſarum M. 5. radicum veratri nigri drac. I. pulueris ligni indici vnc. ii. Decoquantur in iuſta quantitate aquae lupulo-

*) *Herculis Bonacoſſi medici phy. de humorum exuperantium ſignis ac ſerapiis, medicamentisq. purgatoriis opportunis — liber. Acc. quoq. nempe eiusdem varia auxilia experimento comprobata ad varias aegritudines profligandas. — De modo praeparandi aquam ligni ſancti. — Bononiae apud Anſelmum Giaccarellum M. D. LIII.* 4. ſ. pag. De cuius vita vid. *Eloy* Diction. voc. *Bonacoſſus* p. 399. T. I. et *Carrere* Bibliotheque litt. p. 47. T. I. ſed parum eſt, quod referunt. Ipſe ſe (Dedic.) nominat *medicum phyſicum, Ferrariae ac Bononiae ciuem, nec non medicinae practicae in gymnaſio Bononienſi profeſſorem.*

lupulorum ad tertias, et colentur, iurisque decocti iiii. in aurora exhibeantur. Quibus adde ſyrup. e fumaria, e lupulis, mel. roſ. ſingul. vnc. 5.

De modo conficiendi aquam ligni.

Accipe limaturae vel ſcobis ligni indici, quod ab ea gente barbara, quae nobis transmittit, vernacula lingua *guaiacum* appellatur, ab Hiſpanis vero et Italis *ſanctum* lib. I. Nonnulli id *ebenum* eſſe arbitrantur, propterea quod deſcriptioni, quam Dioscorides de ebeno ponit, conuenire videtur. Nam ob eius ſoliditatem renitentemque duritiem aquae minime ſuperſidet. Verum eiusdem plurima terreſtri ſubſtantia fundum petit, quod ebeno tantum prae ceteris arboribus attribuitur. Hinc praeterea egregia vis eſt in exterendis his, quae claritati oculorum officiunt. Facit etiam ad deſtillationes et puſtulas. Atractylis (carduum benedictum appellant) M. j. foliorum ſenae drac. vi. aquarum lupulorum, fumi terrae, betonicae, ſingul. vnc. iiii. decoquantur in fictili vaſe, quoad medietas relinquatur, iurisque decocti vnc. vi. in aurora, ſex vero aliae veſperi porrigantur. Ac eodem decocto laborans in prandio ac coena vti poterit.

Vnctio aduerſus eundem morbum.

Adipis porcini vnc. vi. argenti viui cum ſaliua extincti vnc. ii. butyri, reſinae pini, olei laurini, ſingul. vnc. iii. olei vulpini vnc. i. abſinthii, maſtiches, vtriusque vnc. i. aluminis ſciſſi, terebinthinae, tartari albi, ſingul. vnc. ii. cerufae vnc. iii. plumbi vſti vnc. ii. lithargyri auri, viridis aeris, vtriusque vnc. i. Fingatur vnguentum. Et quoniam longe plura in curis noſtris particularibus medicinae candidati reperient, ideo iam tempus erit, vt aura benigna in tranquillo portu nauicula noſtra firmetur.

XX.

Bernardinus Corius *).

Celebrate adunque che furono le coſe del Duca Lodovico Maria Sforza Viſconte nel modo come habbiamo dimoſtrato, Carlo Re di Francia finalmente contra l'opinione di tutti hauendo paſſato le anguſtie dell' Alpe, à gli undeci di Settembre l' anno di Criſto Mille quattrocento nouantaquattro peruenne in Aſte Citta, et quiui fu con grandiſſimo honore riceuuto da quei Cittadini. Lodovico Sforza mandò al Re molte formoſiſſime matrone Milaneſe, con alcune delle qualli pigliò amoroſo piacere, et à quelle preſentò di pretioſi anelli. D'indi per la mutation dell' aere Carlo *s'infermò di uaruole* **), ma dapoi che fu reſtituito alla ſanità, prima adordinate ſquadre uenne à Pauia

*) *L' Hiſtoria di Milano uolgarmente ſcritta dall' Excellentiſſimo Oratore M. Bernardino Corio — In Venegia, per Giovan Maria Bonelli MDLIIII.* 4. *Parte tertia p.* 477. a. et p. 478. a. b. Hiſtoriam hanc vſque ad a. 1500. deduxit quo etiam mortuus eſt, hiſtoricus fide digniſſimus.

**) Philipp. Cominaevs, Caroli regis amicus, itineris comes et hiſtoricus fide dignus, (Memoires de

uia. Oſtia era tenute per il Cardinal S. Pietro in Vincula nemico del Papa, et quanto poteua di uettouaglia tenea Roma *in gran careſtia.* — Et CARLO con tuttol' ſuo eſſercito entro di Roma nelle Calendi di Gennaro del Mille quattrocento nouanta cinque fu riceuuto. — Ma temporeggiando le genti Franceſe condurrebbe ad eſtremo biſogno di uettouaglia, et coſi ſucceſſe; imperoche ne gli ſteccati de gli nemici interuenne *una tanta fame*, che i caualli mangiauano i ſarmenti delle uite in luogo di pabolo. —

de Meſſire *Philippe de Comines* T. I. Seconde Part. L. VII. Ch. 6. p. 563. à Bruſſelle 1714. 8.) de his ita ſcribit. *Ie demeurai à partir aucuns jours, parceque le Roy fut malade de la petite verole, et en peril de mort, parceque la fievre ſe meſla parmi: mais elle ne dura que ſix ou ſept iours.* At vero febris varioloſa non intra hoc tempus finiri ſolet, neque ſpuriae variolae, ſi forte adfuiſſent, facile coniiciunt aegros in vitae periculum, dubium ergo relinquitur, quo variolarum genere rex qui in amoribus totus erat, laborarit, variolis veris, an *puſtulis gallicis* quae ſub hoc tempore cum febre ſolebant incidere. Cum his equidem regem conflictatum eſſe cenſeo, partim quod tunc temporis puſtulae gallicae (v. TANVM l. cit. p. 54. 59. et 83.) in Italia communes erant, et fere die ſeptimo, nono, quarto et decimo, item viceſimo (PINCTOR. Aphrodiſ. c. 5. p. 95. et c. 12. p. 101.) prorumpebant, partim quod VNRESTVS (l. cit. p. 240.) eum morbo gallico mortuum eſſe profitebatur.

XXI.

XXI.

Ioannes Langius *).

De cauſſa doloris et apoſtematione oſſium in morbo gallico **).

Nudius tertius tabellarius ducum Bauariae tuas mihi obtulit litteras, quibus ſignificas, *poſt auſtra-*

 lem

*) *Ioann. Langii Epiſtolarum medicinalium volumen tripartitum denuo recognitum et dimidia ſui parte auctum. Hanou. MDCV.* 8. Prior eſt editio Baſil. 1554. 4. Natus Leobergae Sileſiorum a. 1485. ſtudiorum cauſſa in Italia, vt tunc moris erat, commoratus, poſthaec archiater Palatinus factus, Heidelbergae a. 1565. die 21. Iun. fato functus eſt. Morbum gallicum et veterem eſſe contendit, et ortum ab humida aeris conſtitutione et ſiderum vi, etiam ſuo tempore vlcera et puſtulas rarius incidere, dolores crebrius, mercurium oſſibus nocere, et dari gonorrhoeam virulentam medicis veteribus incognitam. In *Coll. Luiſ.* haec fragmenta, quae huc collocanda curaui, ne quid deeſſet in poſterum, temere omiſſa video.

**) Lib. I. Epiſt. 42. p. 180. ſeq.

lem anni praeteriti *conſtitutionem*, in qua tanta fuiſſet *imbrium* facta *inundatio*, vt plerique tempora Deucalionis diluuii reditura ſint veriti, *morbum* quoque *gallicum longe diſpari puſtularum ratione et doloris ſaeuitia*, quam poſt deiparae virginis partum anno nonageſimo ſupra mille et quadringentos inter aulae veſtrae proceres incruduiſſe. Petis igitur, vt mutationis morbi et tantae *dolorum* tyrannidis, qui *noctu plus*, *quam interdiu ingraueſceret*, cauſſas tibi explicarem. — Quare tibi gratificaturus cauſſas et naturam morbi ac eius ſymptomata ab ouo, vt aiunt, repetam.

Eſt ſane *huius Neapolitanae luis morbus epidemialis*, omnigenus, ex varia humorumque vtriusque bilis putredine, *vlceribus* ac praecipue ex lenta et marcida pituita *circa oſſa et lacertos* ac panniculos *apoſtematibus* coaceruatus, et tandem *veneris contagione ad pleraſque orbis nationes* propagatus. Nempe dum anno a CHRISTI natali prius commemorato *aer*, alterum ſpiritus et cordis noſtri fomentum, *ex morbiferis* infortunatorum *ſiderum*, erraticorum praecipue, *configurationibus*, *imbribus* et *tepido auſtri flatu maderet*, non per anhelitum tantum, ſed per inſenſibilem arteriarum per poros inſpirationem imbibitus, totam corporis humani compagem et humores ſuo humido tepore alterauit, corrupit et putredini obnoxios reddidit.

Ad

Ad id quoque *acceſſit veneris cum mulieribus hac lue vel elephantiaſi infectis commercium*, in quo cum ſpiritus et ſanguis pudendorum affrictu efferuerent, *huius contagionis virus* per verendorum venas, arterias et neruos, velut animalium iobolorum venenum per anguſti orificii vulnera, ad epar, ſanguinis officinam, et cerebrum praecipue irrepſit, et totam humorum corporis colluuiem in viſceribus et extra ſuae contagionis virulentia conſpurcauit, quorum pars ſubtilior et ſua putredinis acrimonia edacior *primum* per emiſſarium epatis *ad inguina, mentum ac frontem* diffuſa reliquam quoque *corporis ſuperficiem variis puſtularum et vlcerum generibus*, nempe *phlyctaenis*, *pſydraciis*, *meliceridibus*, *achoris*, *herpetibus*, *ſerpiginibus et id generis exanthematum*, polluit. Nec etiam defuerunt *anthraces*, et *in barba et capite ſycoſes*, *theriomata*, *vlcera phagedaenica*, *telephia et chironia*, quae ſane Chironis centauri medici et Achillis praeceptoris opem poſcebant. Quae cum *mucoris viſcidi ſordibus plus*, *quam ſanie maderent*, *male olebant fere omnia.* His quoque non raro ſe intermiſcebant *lichen* et Graecorum *lepra*, et cum hac Hiſpanicae luis contagione praeter epar praecipue *cerebrum* illorum, *qui cinnabaris ſuffitu aut hydrargyri vnguine curati fuerant*, *inficeretur*, ab illo *ad oſſa crurum et brachiorum* et lacertos rheumate exedentia, praeſertim *ad faucium tonſillas et gargareonem et pulmonem* deſtillabant. His *aphthis*

et vlceribus purulentis arroſos pleroſque tabe perire vidimus, plerique vero *et naribus polypo et male olente ozaena exeſis palatoque diſtillationum acrimonia exulcerato potum per nares regerebant, et facie ſatyris deformibus ſimillimi* miſeram traducebant vitam, quam praeſtaſſet mehercule cum morte commutaſſe.

At *poſtquam*, deo auſpice, iuſto quidem peccatorum noſtrorum, ſed benigno vindice, *haec morbida ſiderum conſtellatio ſaeuire deſiit*, et talis *annorum auſtralis conſtitutio humida*, putredinum fomes, *exoleuit*, tum modo ſola huius tetri morbi ſeminaria ſunt in corporibus noſtris derelicta, tum *foeda atrocis huius morbi vlcera rariora et pauciores puſtulae conſpiciuntur*, *quibus* in principio, cum ſeminaria eſſent et temporum conſtitutio ſucculentior, *tota corporis moles ſcatebat*, et materia doloris in puſtulas inſumebatur, et ideo nec tam ſaeuis doloribus aegrotos affligebat. At modo conſtat, quod *omnis* ſane *contagio*, *quanto plus a prima origine diſtat*, tanto illius ſeminaria ex aduſtione fieri ſicciora, et illorum materiam et fomitem magis tenaci viſcoſitate lenteſcere, quo fit, vt non adeo confertim *morbi huius materia ad ambitum corporis expellatur*, ſed ob groſſitiem, qua *iuncturas*, vt in arthritide, penetrare non poteſt, circa lacertos, illorum tendines, pericranium et oſſium panniculos reſideat, et

et illorum praecipue panniculorum, quibus circumſepta et quaſi incarcerata eſt, frigore ingroſſata *in apoſtemata ſclerotica* aut *ſteatomata* ſiue *atheromata* et quaſi *in tophos coaleſcit.* Vnde circa oſſa et ex gypſeo lentae pituitae mucore *fungi* tam *tenaces* innaſcuntur, quos nouacula exciſos vnguibus diſcerpere non potui. Haec ſane calloſa oſſium apoſtemata recta nominis analogia quiſpiam *tubera* appellabit. Nam vt tellus intra ſe tubera, gerania dicta, ſolo vndique circumſepta, nullis fibris nixa, cortice denique tenui incluſa, in ſiccis et ſabuloſis locis, dum autumnus tonitru et crebris madet imbribus, parit, quae tandem vere edenda ſunt, vt Ivvenalis ait:

Poſt hunc raduntur tubera, ſi ver
Tunc erit, et facient optata tonitrua coenas.

Pluuias namque, coruſcante fulgetro, caelo demiſſas non frugum modo, ſed fungorum quoque et tuberum eſſe altrices agricolae praedicant. Sic in humida et tepida auſtralis anni conſtitutione ex pituitoſo ſanguinis mucore intra lacertorum velamenta et oſſium panniculos, quemadmodum etiam in arboribus, et praecipue in oleis, ex earum pituita fungi ac noti Graecis *γόγγροι ἢ κροτῶναι* dicti adnaſci ſolent. — Quum oſſa ſint ſenſus expertia et

*) Sat. V.

et tam ſolida, vt ferro vix findi poſſint, qui igitur fiat, vt hoc morbo laborantes tanto, praecipue ad veſperam et noctu, dolore excruciati lamentantur, ac ſi quis oſſa adacto cuneo finderet, aut ad medullam vsque terebello perforaret. Fateor quidem eos id conqueri, ſed plerosque medicorum quoque ignorare, oſſa, quantumuis ſolida, quaſi phlegmone et apoſtemate quoque corripi poſſe. Quicquid ſane nutritur, creſcit, augmentatur aut influxus recipit, id quoque putreſcere et apoſtemate aliquando turgere fatemur. — Quod vero noctu atrocius huius morbi *dolores oſtocopi* ingraueſcunt, id ea ratione fieri arbitror, quod pituita acri bili commixta, praecipua apoſtematum et ſeminariorum huius morbi fomes, ad veſperam ſole occiduo intra et circa lacertos et oſſa magis commouetur, et motu dolorem exacerbat, deinde quod nocturnum frigus oſſibus et neruis infeſtum doloris membra laceſſit, nec illius materiam, obſtructis poris, per inſenſibilem euaporationem in halitum digeri ſinit. Ad haec accedit, quod calor naturalis, verum ſolis heliotropium, lumine ipſius excitatus, mane et interdiu vna cum ſpiritibus, virtutis motiuae vehiculis ad externa motus et diuturni laboris organa diſperſus, ea ſuo tepore fouet, ac doloris materiam, quae lacertos, neruos, tendines et oſſium membranulas vellicabat, et ſtatu vaporoſo diſtendebat, concoquit et in vaporem diſſipat, noctu vero ad interna

prae-

praecordia et concoctionis opera retractus, membra calore deſtituta magis algent, itaque dolores extremitatum frigore exacerbari, calore vero et motu miteſcere, vel hoc maxime approbat, quod qui his noctu affliguntur, vt dolor miteſcat, deambulare et doloris membra fricare, donec incaluerint, ſolent.

Ceterum quum nullum ſit tam atrox in hac Hiſpanica contagionis lue puſtularum, apoſtematum, phlegmonis et vlcerum genus, quod olim non fuiſſet, et HIPPOCRATES *) haec eadem huius morbi ſymptomata in ſimili auſtrali temporum conſtitutione ſua aetate accidiſſe in Epidemiis ſuis teſtetur, quis, obſecro, *hunc morbum eſſe veterem et rurſum noſtris temporibus incruduiſſe* denuo negabit. Nemo hercle, nemo. Nil quippe mirum, quosdam morbos vulgares ſub certa ſiderum et tempeſtatum conſtitutione in certis quoque regionibus graſſari, et tandem cum tempeſtas illa exoluerit, ac morbi ſeminaria contagionis deferbuerint, eosdem morbos deſinere et latere **), et poſt aliquot annorum interualla, redeunte ſimili annorum intemperie, repullulare, aut ſaltem per huius contagionis

*) Epidem. III.

**) *Plin.* Hiſt. Nat. XXVI. 6. *Lucret.* De Rerum Natura VI.

tagionis ſeminaria ad exteras nationes propagari. — Haec *de natura et ſymptomatibus morbi Gallici* ad te referre volui, *in quo nihil praeter nomen noui reperies.*

Hydrargyri virulentia dentes vacillare, oſſa putreſcere, ſtrumas naſci, cerebrum et epar, et neruos debilitari, apoplexiam aut paralyſim quoque ſolo eius vapore excitari *).

Quaeris, mi MICHAEL, — quidnam cauſſae ſubſit, quod argenti viui illitu vel ſolo vapore aut ex cinnabaris, eius ſobolis, ſuffitu, dentes — ita vacillent et marceſcant. — At genuina eſt hydrargyri proprietas pituitam ab visceribus et membris extremis arcere, et ad caput, faucium adenes, pariſthmia et per oris poros et gingiuas expurgare. Quid igitur obſtare poterit, quin corporibus vnguine ex hydrargyro illitis, aut quouis modo eius virulentia infectis tanta marceſcentis pituitae copia ad dentes affluat, qua illorum vincula et compages relaxentur, dentes quoque liueſcant faucesque exulcerentur? Eſt ſane hydrargyrum epati, cerebro, neruis, oſſibus dentibusque non tantum ſuo frigore, ſed a tota ſubſtantiae eius forma ſpecifica adeo

*) Lib. I. Epiſt. 43. p. 189.

adeo noxium, epatis vero temperaturam adeo vitiat, vt, ſi qua corpora paullo imbecillioris conſtitutionis eo inuncta fuerint, ea tandem hydrope turgere videamus. Sic quoque cerebrum eius virulentia infectum grauiſſimis morbis, vertigini, apoplexiae et ſoporifero catocho fit obnoxium, a quo tandem catarrhi edaces per fauces et arteriam aſperam in pulmonem deſtillantes, exeſis tonſillis et gargareone, eum pituita putrida infarciunt, vnde miſeros purulenta tabe marceſcere aut aſthmate ſuffocari oportet. *Oſſibus* vero adeo *infeſtum* eſt, *vt eo inunctos, noctu tamen plus, quam interdiu, intolerabili oſtocopo* aut *oſſium teredine excruciari, inueteraſcente morbo, experiamur, ſub quibus ferro exciſis ipſis guttulas argenti viui tremulas non ſemel reperi.* — Sic pariter *hydrargyrum inunctum externe* a membris et vlceribus pituitoſos ichores ad collum, fauces, adenes ſaliuales ac dentes et gingiuas regerit, perque illorum poros ſuperne expurgat, et ad dentes ac pulmonem protrudit. —

An in cura exanthematum puerorum et ſcabiei, ac morbi gallici *), et bubonibus, et eryſipelate, phlebotomia aut purgatio competat?

Proximis tuis litteris ſignificaſti nudius tertius, *an in curandis* puerorum, *morbi gallici*, ſcabiei, *exan-*

*) Lib. X. Epiſt. 16. p. 68. ſeq.

exanthematibus et in ipſo eryſipelate *phlebotomia et pharmacum alui deiectorium competeret*, ingentem inter veſtrae vrbis medicos obortam fuiſſe altercationem. — Quandoquidem vero *recentis morbi Gallici puſtulae cum ſcabiei*, praecipue *ferae*, *exanthematibus*, *magnam habeant affinitatem*, *quam communia vtriusque remedia arguunt*, ac praeter externas contagionis cauſſas ambo ab interna corrupti ſanguinis et humorum praecordiorum infectione et ſordibus dependeant, quis, obſecro, etiam poſt expulſas ad corporis ſuperficiem puſtulas ſanguinis per phlebotomiam et pharmaca euacuationem in vtriusque cura plurimum momenti habere inficiabitur? Certe nemo. —

De indiſtincta triplicis gonorrhoeae dinotione et cura Galeno veteribusque medicis ignota *).

At nunc tertia *ex lue venerea gonorrhoea* reliqua eſt, quam ob id *foedam virulentamque* appellant, in qua principio vigilanti pariter ac dormienti *virus album* aut *ſubcitrinum* e vaſis ſeminalibus ſine ſenſu *deſtillat*, ac non raro *penis cannam exeſt*. Ex hac virulenta lue accidit, vt, quicquid in vaſis coaceruatum fuerit, *male oleat*, et *putredine aceſcat*.

*) Epiſt. 5. Lib. II. p. 515.

aceſcat. Ardor dyſuriae ſimilis in eminctione et dolor in mentulae tentigine, ac ſi funis ſubtus penem extenderetur, *vlcus* internum ſubeſſe produnt. Hoc virulento fluore praeter rationem ſuppreſſo, tum plerumque *abſceſſus* colligitur, alias quidem circa teſticulum in epididymide, alias in perinaeo. Quo rupto, continuus fluor conſolidationi obſiſtit, ac poſtremo in *fiſtulam* deſinit, per quam lotium tandem defluit. At *haec ex lue gallica ichoris viroſi eluuies non melius, quam ligni Guaiaci decocto aut ex hydrargyrii vnguento,* vt probe noſti, *curatur.*

XXII.

Ioachimus Curaeus *).

Darnach iſt auch diſs Jar (1494.) nahmhafft, das Gott darinnen ein new Exempel ſeines grauſamen Zorns wider die Sünden der Menſchen, ſonderlich aber wider die Vnzucht vnd Vnkeuſchheit, erzeiget hat. —

*) *Schleſiſche vnd der* weitberühmten Stadt Breſslaw General — Chronica — *erſtlich durch den* hochgelehrten Herrn, Ioachimvm Cvrevm Freyſtadienſem, der Artzney Doctorn — in Lateiniſcher Sprach beſchrieben: Jetzundt aber dem gemeinen Vaterlandt zu gut verdeutſcht — durch Heinricvm Raeteln zu Sagan. Gedruckt *zu Wittenberg Anno M. D. LXXXVII. F. S.* 184. 185. Editionis latinae copia data non eſt. Natus erat Freiſtadii Sileſiorum a. 1532. phyſicus Glogouienſis, amicus Io. Cratonis, ad quem datae quaedam ſunt litterae a. 1558. et 1563. (vid. *Crat.* Epiſt medicin.) Hoc fragmento ſatis perſpicitur, quae et qualis tunc temporis fuerit luis venereae forma et mutatio, quae communis hominum de originibus opinio, quod Consalvi ex ligno Guaiaci decocto lucrum.

hat. — Dann dieſer Spruch iſt gewiſs: *Vmb der Sünden willen ſtraffeſt du die Menſchen Kinder!* Alſo hat Gott auch zur ſelben Zeit, weil Sünd vnd Schändt, ſonderlich aber die Vnzucht, vberhandt genommen, ein new Exempel ſeines groſſen Zorns wider die Sünde fürſtellen müſſen. Dann als die Frantzoſen in oberwehnten Neapolitaniſchen Kriege mit Hulff der Deutſchen faſt gantz Italiam durchdrungen, vnd entlich die Könige zu Arragonia, die den Frantzoſen viel zu ſchwach, aus Napoli vertrieben, haben die Spanier den Frantzoſen mit Liſt vnd Behendigkeit beykommen müſſen. Sie vergifften die Brunnen vnd das Brod, vnd *ſchickten aus ihrem Läger den franzoſiſchen Kriegsleuten, die zur Vnzucht geneiget, frantzöſiſche Bälge zu. Dardurch nahm dieſe ſchreckliche Kranckheit (ſo man die von Frankreich nennet) nicht allein in dem Franzöſiſchen Läger vnnd Kriegsvolk, ſondern auch faſt durch gantz Europam, ſchnell vnnd behende vber handt. Man hielt es damals darfür, daſs die Seuche verſchienes Jahrs aus den new erfundenen Inſeln in India Occidentali*, ſo man die newe Welt nennet, welche dieſer Zeit Columbus, ein Genueſer, auff Königs Ferdinandi vnd Elizabethae Koſten erfunden, *herbracht ſey. — Bey denſelben Leuten in den new erfundenen Inſeln ſoll dieſe Seuche, wie man ſagt, ſo gemein ſein, als in dieſen Landen die gemeine Krätze.*

Es fraſs aber *die Seuche* dermaſſen *vmb ſich*, das ich geſchrieben finde, das ſie *ſchon anno 1495. biſs gen Cracaw kommen, vnnd das nechſte Jar hernach in Schleſien erzeigt habe.* Im Jar 1503. iſt *an dieſer Kranckheit vnnd darauff erfolgte Schwindtſucht* vmbkommen Fridericus, Cardinal zu Cracaw, Königs Sigismundi Bruder.

Viel Nationen haben dieſe Seuche *die Frantzoſen* genennet, *darumb das ſie am aller erſten vnter dem frantzöſiſchen Kriegsvolck vermerckt worden. Sonſt nante man ſie Pudendagram, weil ſie zuförderſt die heimlichen Gliedmaſs anfiele. Die Schleſier haben ſie viel jar genant die new Kranckheit.* Die gelehrteſten Ertzte, ſonderlich in Franckreich, nenneten ſie *luem veneream, die Unzucht- oder Venus-Seuche vnd Kranckheit.* Der hochgelehrte Mann Fracaſtorius von Verona nennet ſie in ſeinem ausgangenem wunderkünſtlichen vnd höfflichen Poemate *Syphilida*, darumb das ſie *durch Bulerey fortgepflantzt* werde. Die Medici, Aſtrologi vnd Philoſophi haben von Gelegenheit vnd Vrſachen dieſer Kranckheit vngleich diſputirt vnd gehalten, doch ſind ſie in dem eins, das in dieſer Kranckheit die Leber durch eine gifftige Qualitaet inficirt werde, dieſelbe nehme darnach die andern innerlichen Glieder eyn, vnd *werde dieſe Kranckheit allein durch das Eyter vnd anrüren fortgeſetzt.* Wiewohl kein

Zwei-

Zweifel, das *die Feuchtickeiten* in den menſchlichen Leiben vnd *die Lufft* durch die himliſchen *Influentz* darzu bereitet, auch wohl dazu gedienet haben.

So iſt auch diſs wahr, das *dieſe Seuche zu jetzigen vnſeren Zeiten nimmer ſo gemein, auch nicht ſo geſchwinde vnd häfftig, noch ſchmerzlich iſt, als vorzeiten: Entweder darumb, das ſie dieſer vnſer Lufft geheim worden, oder das die himliſchen Influenzen, davon ſie geurſacht, ſich geändert haben.*

Anfänglich aber iſt dieſe Seuche ſo ſchmertzlich geweſt, das ir viel ſich ſelbſt vmbbracht haben. Die Ertzte haben in der erſt mancherley Artzneyen erdacht, aber es hat alles nichts geholffen, biſs man endlich (nach dem Brauch der Arabiſchen Ertzte) *die Krancken mit dem Queckſilber* (das die Alten für Gifft gehalten) *geräuchert, vnd mit einer davon gefertigten Salbe geſchmieret.* Durch dieſe Artzney haben viel Ertzte gros Gut verdienet vnd erworben.

Letztlich hat ein Spanier, Conſaluus genant, eine Artzney aus Indien erfunden. Dann er brachte *ein Holtz* heraus, das vns in dieſen Landen vorhin vnbekant, *Sanctum* vnd *Guaiacum* genant. Dieſes Holtz hat er geſotten, vnd damit ſo viel Menſchen geheylet, das er ſeinen Kin-

dern, wie man ſchreibt, vber 300000 Gülden verlaſsen. Vnd zwar befindet man noch heut bey Tage, das diſs Holtz ein wunderbare krafft habe, die Leber zu reinigen, vnd die böſen humores zu verzehren, alſo, das man biſsher kein beſſere Artzney wider dieſe Kranckheit nicht hat erfinden können. —

XXIII.

XXIII.

Ioannes Heſſus *).

Salſam parillam eſſe ſpeciem ſmilacis aſperae, vt credam, hiſtoria et vires, quae ſubſcribam, me mouet. Retulit mihi aliquoties doctiſſimus vir et rei herbariae peritiſſimus, D. Lvcas Ghinvs, praeceptor meus omnium, quos vnquam habui, fideliſſimus, ducem Florentinum habuiſſe in ſua aula nobilem quendam Hiſpanum, qui cum aliquando negotiorum ſuorum gratia in patriam eſſet profectus, vt rediret domino ſuo gratior, ſecum attuliſſe varia illius regionis dona apud nos rariora, et inter alia *integram illam cum radice plantam.* Sagaciſſimum igitur ducem, vt intelligeret, an haec planta etiam in Italia proueniret, vocaſſe ſe Ghinvm et alium quendam medicum, cuius nomen excidit, illosque communi iudicio ſtatim agnouiſſe *eſſe herbam*, a Dioscoride ſub nomine *ſmilacis aſpe-*

*) P. Andreae Matthioli *Epiſtolarum medicinalium Libri quinque. Lugd.* M. D. LXIIII. 8. p. 323. Fuit clarus Norimbergenſium medicus, Ioannes Hessvs, in re botanica praeclare verſatus.

rae deſcriptam. Quod etiam euentus comprobauit. Nam poſtea *radicis ſmilacis aſperae decocto in curando morbo gallico*, ſicut ipſe interfui, Lvcas Ghinvs magna cum laude vſus eſt. Quem poſtea alii in Italia medici ſunt ſecuti, vt Romae D. Gibertvs Horschivs, Flander, qui ſingulis annis ad hunc vſum ex vicinis locis et regno Neapolitano, vbi copioſiſſime naſcitur, ita, vt viderim ſepes ex ea confici, magnum aceruum huius plantae ſibi curauit colligi. Neque hoc eſt a ſententia Dioscoridis alienum, qui hanc plantam inter alexipharmaca recenſet. Hanc eandem hiſtoriam aliquando recitabat in lectione D. Fallopivs, addebatque ſe huic diiudicationi interfuiſſe, quod tamen Ghinvs negabat. Et quanquam aliqua appareat inter has radices differentia, Hiſpanicam ſcilicet et Italicam, quod Italica ſit leuior et nodoſa, Hiſpanica vero rugoſa, tamen ante paucas ſeptimanas apud D. Pavllvm Ellingervm, primi apud nos nominis materialiſtam, vt vocant, *tales radices nihil plane ab Italicis differentes* vna cum aliis mercibus *ex Hiſpania allatae* ſunt *ſub nomine ſalſae parillae.*

XXIV.

XXIV.

Thomas Eraſtus *).

ERAST. In *gallica* vocata *ſcabie* ſaepe vidiſti in pluribus corporis partibus *foeda vlcera* pullulare. Interim partes alias ab illis ſordibus liberas ſimul es conſpicatus, et hos, purgato prius corpore, perſanari animaduertiſti vel *potu decocti guaiaci* aut conſimili alio, vel *inunctione ex hydrargyro*, vel *ſuffumigio.* Percuraui ego non vnum ſolum crebro repetitis *purgationibus* ſine vllis aliis remediis. In his omnibus nullus dubitat magnam maligni humoris copiam colligi, nec dubitat quisquam intelligens, quin bona, imo maxima eius pars in hepate **) coaceruetur: (Quomodo enim tam multae ſimul partes contaminarentur, ipſo in fonte ſangui-

*) Diſputationum de noua medicina *Philippi Paracelſi* P. IV. Baſil. 1573. p. 175. 176. Clariſſimus Paracelſicae ſectae aduerſarius et acerrimus oppugnator, denatus Baſileae a. 1583. aetatis anno ſexageſimo, nec nouorum remediorum fautor, purgationibus vnice contentus fuiſſe videtur, vt plures alii hoc tempore clari medici.

**) Haec ex theoria maiorum.

nis vitio nullo reperto?) attamen vitium hoc nondum ſic eſt impreſſum hepati ac venis, vt non probum generent ſanguinem, impuro illo ſubtracto ſeu euacuato, quippe hoc vel per ſudores, vel alia via exturbato laudabilem mox procreat hepar ſanquinem, recteque partes nutriuntur. Hoc autem fieri non poſſet, ſi praua et adulterina intemperie confirmata ſiue hectica infectum fuiſſet. Corruptus ergo prius ſanguis fuit. — FVR. At relinquitur crebro veſtigium aliquod mali. ERAST. Hoc inde accidit, quod malus ſuccus non eſt exquiſite vacuatus. — FVR. Cur ergo *gallicus morbus aliquando poſt triceſimum demum annum a curatione rediit?* Deinde cur non eodem modo curatur incipiens adhuc *elephantiaſis*, quam ego ſaepe audiui *gallico morbo affinem* eſſe? Quinimo *ex elephanticorum ſanguine* vino admiſto aliisque rebus additis *natus* perhibetur? ERAST. Qui diligentius iſta perſcrutati ſunt, *importatum ex nuper repertis terris* aſſeuerant, et quod tu ais fabuloſum eſſe, affirmate aſſerunt. Idem autem aegrius curatur, quia ab humore craſſiore et ſicciore pendet. — Gallica vero ſcabies ob id recurrit aliquando, quod venenati humoris particula in ſanguine relicta, corpore iam debilitato, paullatim ad hepar rurſus proſerpit, eoque vitiato, prius malum reducit. —

XXV.

XXV.

Achilles Pirminius Gaſſarus *).

cIↃccccLxxxxv. *obſceniſſimum* quoddam *puſtularum genus indigenas* per ciuitatem noſtram *contagione inuadere primum coepit.* Quod cum tam phyſicis, quam chirurgis noſtris initio foret ignotum et per conſequens immedicabile malum, adeoque tam ſubito et numeroſe apud populares inualeſceret, ſeparari his infectos ſenatus ab aliis aegrotis, ad peſtiferae luis hoſpitale illud praecepit, quod non multo ante ſenatus rite comparauerat. Porro *puſtulas* et *ſcabiem* eam hodie *morbum gallicum* vocamus, qui ſuperiore anno, dum Lvdwichvs XV. Neapolim debellaret, in caſtris ab *elephantici* Hiſpani cum menſtruoſa meretrice concubitu ortum ſumſit, licet alii *ſonticum eum morbum per contagionem in caſtra ea per Hiſpanicum militem ex noua terra alla-*

*) In Annal. Auguſtburgenſ. v. *Menckenii* Script. Rer. German. T. I. p. 1720. Medicus Auguſtanus, Paracelsi confutator, (*Eraſt.* Diſput. de noua Paracelſi medic. P. III. p. 14.) opus ſuum a. 1576. finiit.

allatum fuiſſe doceant. Sed vtut ſit, certe *per veneris actum* in dictum exercitum, et ab eo in vniuerſam Europam ſparſus ita eſt, vt ab eo inde tempore in haec vsque tempora noſtra mortales *maligniſſimis vlceribus maximisque doloribus* ſaeuiſſime excruciare non ceſſet. Quamobrem breui poſt proprium noſocomium hic cum conductis ad id morbi genus priuatis medicis prope iam dictam rubram turrim a reipublicae magiſtratu piiſſime excitatum eſt, et in hodiernum vsque diem magnis ſumtibus fouetur. Sunt autem hoc primo anno CXXV. homines eo morbo correpti in publicam eam clinicen, non parua omnium commiſeratione, hic recepti.

XXVI.

XXVI.

Ioannes Crato *).

De morbo gallico.

Morbus iſte primum ab Indis anno 1492. ortus *putredo non eſt*, cum febris non adſit, *nec venenata qualitas*, cum cor non petat, verum *intemperies epatis calida ex contagione orta*, vt praecipui medici cenſent. *Balneum* vero *et vinum iſti morbo maxime nocent. Incipit* autem *cum vlceribus ſiccis et defluuio capillorum*, ſucceſſuque temporis pituita augetur. Semper in corpore *contagium* ſuſcipiunt poſt epar cutis

*) Ioh. Cratonis a Kraftheim *De Morbo Gallico commentarius nunc primum ſtudio et opera Laurentii Scholzii in lucem editus. Frft*, 1594. 8. et *ſ. l.* 1619. 8. Clariſſimus ſua aetate practicus et plurium eruditorum amicus, hinc vndiquaque vocatus in conſilium, natus 1519. Vratislauiae, Ferdinandi I. Maximiliani II. et Rvdolphi II. *Impp.* medicus, diem ſupremum obiit 1585. d. 9. Nouembr. de quo vide Linden. p. 561. et Eloy Diction. p. 729. T. I.

cutis et pulmones, *cutis ſcabiem*, *pulmo tabificam qualitatem*, virtus autem vitalis et animalis proprie non *afficitur*, ſed *naturalis in hoc morbo.* Patitur epar, et corrumpitur tota ſanguificatio. Si eſſet intemperies frigida vel humida, eſſet eadem curatio cum cachexia. Quod autem non ſit intemperies calida et ſicca, apparet, quia in principio abundant excrementis pituitoſis. *Confert lignum*, calidum et ſiccum. Non eſt morbus in intemperie, ſed totius ſubſtantiae, quia non tollitur madicamentis methodo repertis et contrariis qualitatibus adhibitis. 2. Inuadit partes principes. 3. Non omnes indifferenter, ſed epar primum. MONTANVS dicit ideo, quia venae ſunt imbecilliores, quam arteriae, etiam citius ſuſcipiunt contagium. Sed hinc ſequeretur idem fieri in peſte. Dico praecipue affici ſpiritus naturales in morbo gallico, ſicut in peſte vitales. *Eſt* itaque *morbus gallicus infectio epatis a tota ſubſtantia, coniuncta cum intemperie ſine materia manifeſta, a contagione acquiſita.* Forma morbi vna eſt, ſymptomata diuerſa. *Contagium ab infectione* eſt propter excrementa, *ab intemperie forti*, vt *fecibus*, *fuligine*, *ſudore*, *halitu* aut *vſu veſtimenti infecti.* *Infantes* autem quoque *lacte inficiuntur.* *Loca*, *quae recipiunt*, *ſunt venae*, *pudenda*, *os*, *papilla mammarum*, *cutis*, vt partes molliores et laxiores, qua impreſſa repit a venis vsque ad epar. Epar poſtea adurit humores, qui trans-

mittun-

mittuntur ad omnes partes pro nutrimento, ſed quia mali ſunt, male nutriunt. Ideo corpus ſcatet excrementis, quae mordendo vlcera faciunt. *Cauſſae internae* 1. debilitas ſpirituum naturalium et epatis, 2. facilis apertio et raritas venarum et arteriarum, 3. facilis ſpirituum et vaporum incalefactio, 4. conſtitutio cutis et pudendi mollis. Epar et cerebrium citius inficiuntur, quia laxa ſunt, quam cor, quod eſt ſolidum, et tum ſequitur *tabes*.

Signa morbi incipientis. 1. Quia ſpiritus naturales pati incipiunt, laſſitudo eſt vniuerſi corporis. 2. dolor vagus in iuncturis ob acrimoniam humoris, non permanens et de vna parte ad aliam tranſiens propter flatus, 3. pallor absque manifeſta cauſſa, et praeſertim circa oculum quaſi circulus pallidus, ſicut in mulieribus, quae menſtruis laborant, 4. color rubeus in volis manuum atque in iis ſanguis ferueſcens, 5. pigritia et ſomnolentia ob multitudinem vaporum, 6. moeror, quaſi in affectione hypochondriaca, 7. in quibusdam leuis febricula. 8. *vlcera et caries in pudendo*, item *bubones*, lotia ſunt craſſa et aduſta. *Signa morbi confirmati*, poſt defluuium capillorum cruſtacea vlcuſcula in facie ad radices pilorum, in pudendis vlcera dura, puſtulae nigrae, quia materia eſt aduſta, raucedo, tumores, dolores capitis, noctu vehementiſſimi, vulnera autem in hoc morbo difficulter

ter ſanantur. Inter initia *ſudore* hoc malum depellitur, quidam tamen *ſuffumigiis* et *inunctionibus*. Methodus vero iſta eſt, primum auferendi mali humores. 2. inſtituenda victus ratio, qua generetur optimus ſanguis. Sit optimus aer, exercitia conuenientia, ſomnus largior vitetur, vena nullo modo ſecetur, ſi apparent vlcera et bubones. Dantur ſyrupi ad concoquendos humores viſcoſos et aduſtos de betonica, de ſucco cardui. In aduſtis plurimum valet ſyrupus de ſucco ſonchi, in melancholicis meliſſa, deinde conſerua borraginis roſar. ſucci ſcordii ℥j. mithridat. ʒß. inuicem miſta. Euacuetur cum ſyrupo de pomis, item agarico, ſena, epithymo. Myrobalanos non omnes probant. Helleborus niger efficaciſſimus. ℞. Myrobal. citrin. chebal. Indor. an. ℥j. Confund. groſſo modo, et infund. in ℔ij. aquae fumiterrae, adde poſtea fol. ſenae Alexandr. Epithymi an. ℥vi. garyophyll. ʒß. ſem. citri ℈j cort. helleb. nigri ℥j. Bull. et colaturae add. ſucci fumiterrae q. ſ. In educenda pituita reſolue euphorbium cum ol. amygdalarum dulcium, et impone fruſtis citri, decoqu. in clibano, de quo accipe grana v. vel vii. miſce cum maſſa pillularum alephanginarum. Ad educendum humorem melancholicum. ℞. Poma cydonior. excauata, impleantur cortice hellebori nigri, coqu. et exiccentur. ℞. Pulueris huius ℥j. ſcammoneae gr. iij. Cinnamom. parum. Miſc. Lapis lazuli vitandus.

Lignum

Lignum guaiacum praecipue medetur 1. gallicis, 2. morbis frigidis, et datur recte epilepticis, item paralyticis. Naſcitur in inſulis S. Dominici, ſanctae crucis et S. Iohannis Indiae orientalis. Eſt arbor ſimilis fraxino, folio plantaginis, floris lutei, fructus ſuaues ventrem ſoluentes. Lignum, prout eſt arbor, colorem habet: Nam vetus nigerrimum. Ex tenera arbore nihil habet nigredinis. Ineſt et acredo, et amaritudo, odor aromaticus calefacit ventriculum, ergo calidum in ſecundo, et ſiccum in fine ſecundi in veteri, in recenti minus. Tres ſunt in eo partes, cortex, circumferentia et medium nigrum. Cortex eſt ſicciſſimus, ideo eum damus, cum valde volumus ſiccare. Deinde ſiccior eſt media pars circumferentia. Operatur a manifeſta qualitate, vt in conſtitutionibus frigidis et humidis, et occulta, quae per experientiam reperta eſt. Lignum vetus in vetuſto morbo melius, in recenti et minus ſaeuiente accipimus pro qualibet vncia ligni ℔j. aquae, vt ℞ Ligni guaiaci ℥x. Cortic. lign. guaiac. ℥vi. aquae lib. xviii. decoqu. ad lib. xii. Rurſus infunde lib. xx. *pro ſecundo decocto.* Primum datur ad ℥vi. Rectum eſt coquere in vaſe duplici, in vitro. Vbi epar aegri calidum, recte coquitur in aqua ſonchi. Quidam vero ad decoctionem, vt dixi, addunt ℔iii. vini potentis Rhenani in habitu corporis frigido, cum valide ſiccare volumus. ℞. Card. bened. iuae artheticae,

theticae, betonic. rad. pentaphyll. an. Mj. vini Maluatici vel Rhenani ℔ xv. decoq. ad medietatem. Admiſcetur etiam interdum roſmarinus, ſtoechas, aniſum, feniculum, non detur autem, niſi exquiſite purgatis. Tempus exhibendi commodiſſimum eſt primo ver, deinde autumnus. Locus ſit mediocriter calidus, non multum luminis admittatur, interuallum inter matutinorum et veſpertinorum aſſumptionem ſint ſeptem vel octo horae. In morbo recenti ℥vi. ligni ſufficiunt, in vetuſto XII. Si non ſudant, adhibeantur lateres calidi. Feces ſemper educantur. Quidam horis tribus poſt cibum exhibent pillulas maſtichinas ad ℈j. Poteſt tempore ſumptionis ligni aeger quater expurgari, etſi hoc quidam damnent 1. quia materia protruſa eſt foras, vt vlcera et defluuium capillorum oſtendunt, ea reuocatur. 2. Sudore humores omnes euacuantur. 3. Deducendum, quo natura. In ſudore a profundo ad ambitum. Reſpondeo, ſudor eſt vapor ad cutim veniens reſolutus in aquam. Tria enim requiruntur ad ſudorem. 1. Cutis ſpiracula aperta. 2. Color mediocris. 3. Materia apta, videlicet tenuis. Ergo ſudor tantum partes tenuiores, non totam materiam morbi euacuat. Craſſum igitur oportet purgare, et quidem poſt XV. diem ſudor pellit ab humoribus aliquid, ſed non totum. *Errores.* 1. Exhibere lignum absque praeparatione et euacuatione. 2. Euacuare cum iis, quae aſtringunt,

vt

vt myrobalanis, praeſertim dum bibunt, quia tum vel ſenae infuſo, vel ſtercorariis pillulis vtendum. 3. Ne cum vino ad hecticam et tabem deducantur aegri. 4. Videndum, ne cum damnis cum alembicis aquis ſequatur obſtructio, vt eſt apud Galen. lib. V. *de medicam. ſ. l.* Obtrudere autem manifeſtis qualitatibus occultas haud ſcio, an ſit rectum. Victus inſtituatur ad virium rationem, ſit autem ſiccans et attenuans, aer prorſus non prohibeatur, niſi cum timetur cutis obſtructio. Dantur pro coena paſſulae et caricae cum iure pulli.

China radix, ſimilis acoro, ex Lybia affertur. Nullum propemodum habet ſaporem, minus calefacit, quam lignum, mouet ſudorem, et pingues reddit, coquitur, vt lignum, inciditur in taleolos, decoctum fit ſtatim acidum. Radix exiccata iterum coquitur pro ſecundo decocto. Conuenit calidioribus, ſicut lignum frigidioribus.

Sarſa parilla affertur ex Hiſpania, habet capillamenta, eſt nodoſa, pallida, medulla ſimilis eſt radici ſmilacis aſperae. Decoctum ſic fit. ℞ Rad. ſarſae parigl. ℥iiij. raſurae lign. guaiaci ℥ij. aquae libras xii. Decocto adduntur paſſulae. Matthiolvs ſumit lib. xv. et decoquit ad tertias. Datur autem decoctum tutius absque ligno, ac ſic etiam ſuauius eſt. Qui decoctum ligni bibunt, 1. bene purgentur. 2. vtantur bona victus ratione. 3. ſalem

vitent. 4. a vento prorſus abſtineantur. 5. vinum non guſtent. 6. frigida ſe non abluant. 7. aluo dura recte decoctum ligni pro enemate iniicitur. 8. reualeſcens ſubito non ſe exponat aeri frigido.

Suffumigia cerebro, cordi et pulmonibus nocent, ideo, tanquam peſtis, fugienda. Tuto autem adhiberi poteſt album *animae*, id eſt, lachryma, quae ex Hiſpania affertur. Arbor, ex qua haec fluit, ſimilis eſt foliis et cortice ficui. Inter corticem et lignum reperitur caries, ex qua panem conficiunt. Conferunt etiam in hoc caſu ſequentia. ℞ thuris, maſtich. aloes epat. myrrhae an. ʒj. cinnamom. pulu. cyperi, ſtyracis, ſpicae nardi, nucis muſcatae an. ʒß. moſchi gr. ii. Miſc. Haec tota quantitas pro vna die. ℞ Santal. omnium an. ʒj. nucis muſcatae, macis, ſchoenanthi, ſuccini, aſari an. ʒß. cortic. citri, ſem. arantior, an. ℈j. cum ſ. q. terebinthinae f. trochiſci. ℞. Styrac. calamit. benzoin. ligni aloes, gallae muſcatae an. ʒß. albi animae ℥ß. ſtyracis liquidae q. ſ. Primo corpus purgetur, vt in ligno, deinde in cubiculo calido aeger maneat, ſumat duo oua ſorbilia vel vnum, et vnciam vnam ſacchari roſacei. Ita quieſcat per horam, poſtea ingrediatur tentorium, in vaſe teſtaceo ſint carbones, aeger ſuſcipiat *fumum per os* per quartam horae partem. Facile ſuſcipiuntur inflammationes. Si in deliquium incidant,

dant, miniſtri in promtu habeant frigidam. Facta ſuffumigatione, aeger ponatur in lectum, tectus bene ſudet, poſt horam comedat. Hoc repetatur ſeptem vicibus aut ad ſummum nouem. Quando autem ſufficiant ſuffumigia, apparent ex defluxu ad palatum, etſi aliquando etiam alias vias quaerat. Palatum melle roſaceo, oleo vitrioli admixto, inungendum. Quidam vtuntur puluere cinnabar. ʒj. ſulphuris citrini ʒij. benzoin. cinnam. garyophyll. roſar. an. ʒj. Os balauſtiis, roſis in vino ſtyptico decoctis abluendum.

Inunctiones cura deploratorum, quam ſequuntur ſaepe multa incommoda, maraſmus, dentium amiſſio, dyſenteria etc. ℞ Pingued. gallin. porcinae an. ℥iij. Ol. liliorum albor. laurin. an. ℥ij. hydrargyri ʒvi. Pinguedines primum eliquantur, poſt ponantur in mortario calido, et addatur mercurius, deinceps add. thuris, maſtich. menthae, ſaluiae, ſtoechad. bitumin. ceruſſae an. ℥j. miſc. Matutina hora aeger prandeat, et veſperi iiij. horis ante occaſum, deinde per iii. horas quieſcat, poſt intret thalamum calefactum, inungantur primo articuli pedum, genuum, coxendicum, deinde humeri, cubitus, manus. Aeger articulos ipſe fricet, locus poſtea ligetur, et quieſcat per horas iii. in lecto. Ceruicem non eſt tutum inungere. Helidaevs inungit quoque regionem renum.

 Quidam

Quidam vir clariſſimus Patauii mihi dicebat, *argentum viuum non eſſe timendum.* Doctores enim damnare argentum viuum artificiale, non noſtrum naturale, et *magis ſanari homines ab inunctione, quam ligno.* Contra Montanvs, omnes Graecos argentum viuum pro veneno habere, neque eſſe adhibendum ſiue minerale, ſiue artificiale. Pavllvs dicit, hydrargyrum quidem eſſe venenum, exhiberi tamen crematum. Cremandi ratio eſt apud Serapionem. Artificiale fit ex minio Hiſpanico ſeu cinnabare. Naturale fluit ex venis.

Vnguentum Frisimelicae. ℞ Argenti viui ʒvi. ol. de iuniper. pingued. anat. an. ℥vi. ol. maſtic. ʒij. agitetur, donec argentum amplius non appareret, poſtea ℞ Ol. lilior. albor. ℥ij. lithargyr. ℥iß. mixt. prioris ℥vi. Miſc. f. vnguentum. Dn. D. Gallvs Eschenreiter ſcripſit ad me, ſe multis gallicis incipientibus gr. iij. iiij. v. vi. ex praecipitato cum auro hora decubitus alternis diebus dediſſe, ſi non ſuccederet, poſt octiduum ad eandem curam reuerſum fuiſſe.

Caries penis. Haec ab excoriatione differt, et habet tres gradus. 1. Eſt enim vna benignior, in qua pellicula vix eſt ablata, vlcus non rotundum. Ambiunt plura foramina glandem, fundus eſt ruber. 2. Mediocris. Vlcera mediocriter calloſa, fundus

fundus liuidus et pallens. 3. Saeuiſſima, quando vlcera habent angulos, et varias figuras efficiunt, nec validiſſimis medicamentis cedunt. Maxima eſt inaequalitas fundi, et exeditur totum corpus penis. Excoriationes vero facile curantur infrigidantibus et ſiccantibus, vt linteolo in hac aqua madefacto: ℞ Aquae plantag. roſar. ſolatri an. ℥ij. ceruſſae, lithargyr. an. ʒj. fl. roſar. Pj. aerugin. ℈ß. alumin. combuſt. ℈j. Bull. ſimul et colentur. In carne magis exiccantibus vtimur, detergentibus et repellentibus. Fit decoctum ex quaiaco, betonica, abſinthio, ſcabioſa, pentaphyllo, abluitur locus. ℞ Squamae aeris praep. ſem. anethi combuſti an. ʒj. Miſc. Hic puluis inſpargatur glandi, deinde impone vnguentum de tutia. Validior puluis iſte eſt. ℞ ſquamae aeris, aloes, tutiae an. ʒj. Miſc. Si hic non prodeſt, vnguento aegyptiaco vtendum. Si hoc non, oleo vitrioli admixto opio, item praecipitato cum vnguento roſato Mesve.

Carunculae vel *verrucae* ſeu *phymata*, ſi non prorſus mala, fel tollit. Et *ſaepe plenum his pudendum muliebre.* Vtimur et ammoniaco in aceto diſſol. ʒj. aſae foetid. ℈ij. vitrioli vſti ℈j. aquae decoctionis quaiaci q. ſ. miſc. *Praeſeruatiuum a carie et carunculis.* ℞ Ariſtoloch. rotund. gentianae, dictam. alb. an. ʒij. ſcordii, ſonchi, rutae an. ʒiß. lign. aloes, ſantal. omnium, ſem. citri an. ʒj.

rhabarb. elect. tormentill. hyperic. an. ʒß. ligni guaiaci limati ʒij. mithridat. ʒij. vini maluatic. aquae ſonchi an. ℔jß. Bull. ad conſumptionem tertiae, colaturae per integrum diem infundatur linteum, deinde ſiccetur, et ſic iterum quinquies infundatur. Hoc modo factum imponatur poſt coitum, ſuffumigetur pudendum, abluatur vino vel vrina. Fumus ex thure et modico cinnabare.

Tumor inguinum. Non ſecanda vena aut purgantia medicamenta adhibenda, niſi magna adſit plenitudo, et materia influit, purgandum autem leuioribus. Buboni apponenda relaxantia et mollientia. ℞ Diachyli ℥j. pingued. gallin. ʒij. Miſc. Quanto bubo maior, eo melior. Deinde ex rad. altheae ℔j. farin. tritici ℥ij. ſem. lini ℥j. caricar. coctar. ℥iß. pingued. gallin. ℥ij. F. emplaſtrum in mortario. Quod ſi non emollit, ℞ Diachyli cum gummat. propolid ſtorac. ſiccae et liquid. an. ʒiß. ammoniac. ℈ij. terebinthinae, reſinae pini ãã ʒij. ol. chamomel. q. ſ. Miſc. et f. emplaſtrum. Concocta materia, aperitur. Quando ſecatur, per rectitudinem inguinum, non corporis ſecetur, quia fibrae per obliquum tendunt. Quando eſt apertus, imponitur mel cum terebinthina ad mundificationem, et ceratinum diapalma aliquot dies, poſt glutinetur. Fugite medicamenta acria, et cauete fiſtulas.

Capil-

Capillorum defluuium. Eſt hoc a reliquis diſtinguendum. Veteres nominant 1. Ophiaſin, in qua caput eſt ſquamoſum et areae tortuoſae. 2. Alopeciam, in qua areae ſunt rotundae, non tortuoſae, nec adſunt ſquamae multae. 3. Caluitium, quando ſinciput capillis denudatur. 4. *Quod oritur ex morbo gallico*, in quo paulatim cadunt pili, et poſtea renaſcuntur. Cauſſas GALENVS explicat *III. de medic. facult.* cum inquit, *pilos reſpondere foliis plantarum et arborum. Concidunt autem duplici de cauſſa, primo quia deeſt alimentum, vel eſt corruptum.* 2. *quia locus eſt ineptus.* Alimentum pilorum eſt excrementum fuliginoſum, coctione terreſtri factum. Aliquando abundat excrementum conueniens, ſed cum venit ad cutem, euolat, et non nutrit. Nam requiritur, vt materia pilorum figatur et concoquatur. In vlceribus enim malis corrumpitur, et fit putridum, vnde pili mali. Sic in habitibus calidiſſimis non multi generantur pili, quia meatus ſunt aperti, et fuligines exhalant. In mulieribus etiam non gignuntur copioſae fuligines. Saepe cutis alimentum malum eſt, vt phlegma ſalſum, bilis vtraque, et *eroduntur radices pilorum, vt in morbo gallico*, ob acrimoniam humorum. Quia enim infectum eſt epar, ideo in omnibus particulis facultas naturalis imbecilla eſt, non concoquit, et alimentum partibus praeparat, ſed excremento inutili abundare facit. Vnde omnia pal-

lida et languida, ventriculus generat cruditates, quae exuruntur in epate. Fiunt ſalſi vapores, qui ad caput exhalant, et erodunt radices pilorum. Ideo oriuntur *cruſtoſae puſtulae in capite et mento.* Conſideranda autem ſunt excrementa, quae peccant, quae agnoſcimus a colore cutis. Si phlegma ſalſum eſt, cutis eſt albicans: Si materia bilioſa, erit flaua: Si melancholica, nigricans. *In morbo gallico plerumque eſt phlegma ſalſum.* Vnde ad problema facile eſt reſpondere: Cur capitis pili maxime defluant? Nam phlegma ſalſum maxime in capite naſcitur, epar autem ſua excrementa ad cutim, volas manuum et pedum mittit, vapores autem ab epate in capite vertuntur in pituitam ſalſam. Si enim immediate ab epate defluuii capilli initium eſſet, aequaliter omnes pili, non tantum capitis caderent, ſicuti contingit ictis a vipera, ſed in toto corpore. *Ac quibus defluunt, ante ſentiunt ſputum ſalſum*, quia illae partes petunt palatum.

Inchoante morbo, euacuanda, quae in corpore continentur excrementa pituitoſa et aduſta. 2. euacuandum eſt cerebrum. 3. partes, in quibus pili figuntur. Purgandum igitur corpus ſena, agarico, pillulis cochiis, etiam helleboro, deinde caput euacuandum apophlegmatiſmis, (*multi in media potione patiuntur defluuium*) poſtremo vtendum lotionibus, vnctionibus etc. Lotiones primo ſint deter-

detergentes, deinde conſtringentes. Pro ablutione. ℞ Lixiuii dulcis ℔x. fl. abrotani, abſinthii, roris marini, myrtillorum an. Mj. rad. aſari, acori noſtratis an. ℥ß. nucum cupreſſi Miß. roſ. rubear. Mij. Bull. ad conſumptionem tertiae partis, hoc caput abluatur et ſiccetur leniter, poſt inungatur caput et barba. ℞ Ol. omphacini, myrtini an. ℥ij. ladan. elect. ſanguinis dracon. an. ʒj. vel loco huius hypociſtidis. Terantur in mortario, et in petia imponantur oleo, et in vaſe duplici coquantur. Sapo Constantini a Pavllo deſcriptus, qui tergit, ſiccat, continet et repellit ad centrum. ℞. Roſar. rubear. aloes, gallar. cortic. granator. ſpicae et macis pro malobathro, ſarcocollae an. ℥j. fl. granator. myrrhae, ſandaracae graecorum, id eſt, arſenici rubri, ſpicae nardi an. ʒv. zedoariae pro coſto ʒij. ℈ij. ſaponis gallic. q. ſ. f. pilulae. Si iam apparent areae, poſt corporis euacuationem ad lotiones deueniendum ex abſtergentibus, vt agarico, foliis betonicae, deinde fiat inunctio cum oleo garyophyllorum. Ad pilorum renaſcentiam primum conducunt cibi optimi ſucci, dantur alterantia et roborantia, vt mithridatium, cutis inungitur medicamento, quod detergat et euocet materiam. Nam quae adſtringunt, non conueniunt. Hic cinis abrotani, oleum garyophyllorum et axungia vrſi plurimum valent, item hoc. ℞ Lardi ſaliti, vini ℔j. Miſc. et exponantur ſoli per dies octo, agitetur quotidie

 quater,

quater, poſt coque ad ignem, donec humiditas vini abſumatur, poſtea ſine concreſcere, et ita in ſummo concreſcit album, quod collige, et eo inunge ſingulis diebus ter.

Defluuio capillorum iunguntur *puſtulae*, quae dum comprimuntur, exit liquor et pus lentum, nec dolent, ſuntque duorum generum. 1. Aliquae *in palato* oriuntur, et *in faucibus*. *Has* plerumque *patiuntur paruuli a nutrice infecti.* Sunt autem rotundae, calloſae, albicantes, et habent veluti liuidum circulum et rubentem. 2. *In toto corpore* conſpicitur. *Cauſſa* eſt materia pituitoſa, craſſa, ſalſa, aduſta vel melancholica, quae duae materiae in ventriculo et epate generantur, et ad cutim transmittuntur. Euacuetur totum corpus, inſtituatur victus optima ratio, bibatur decoctum. Si *in ore*, fiat gargariſma ex decocto guaiaci, hordeo et aqua plantaginis, admiſce ſyrupum roſac. et lac de ſemine melonum. Ceſſante inflammatione, ℞ Aquae plantag. roſar. an. ℔j. alumin. rochae ʒij. argenti ſublimati opt. triti ʒj. Bulliant in vitro ad medietatis conſumptionem, refrigerentur, et frigidi colentur ſuppoſito ſpiſſo panno, quieſcant, et rurſum colentur, ſuppoſito alio panno. Deinde ſume ſtylum, in cuius extremitate ſit goſſypium intinctum leuiter aqua, detergantur ita vlcera mane et veſperi, ea aeger iaceat decliuis, vt pituita exeat. *In corpore puſtulae*

lae et cicatrices tolluntur ſapone nigro cum oleo vitrioli et aqua fragorum, vel ℞ Vnguenti roſ. Mesves ℥ß. praecipitati ℈j. Miſc. inunge ſolas puſtulas bis in die. *Ad rubra veſtigia.* ℞ Argenti ſublimati opt. ſuper marmore cum aqua roſarum comminuti, et aqua in vitro exponatur ſoli, donec exiccetur. Affunde iterum aquam roſarum, et denuo exicca. Poſtea per XX. aut XXX. dies ſputo et aqua maceretur, donec non ſit amplius cauſticum. ℞ huius ſublimati q. ſ. et miſce cum ſucco melonum. Hoc inunge maculas, vel vtaris lithargyro argenti cum ſucco limonum et aqua roſacea.

Vlcera ſunt plerumque vel calloſa, vel fiſtuloſa, vel maligna et ſerpentia, etiam oſſa corrumpentia. Vtatur decoctione et inunctione. ℞ Axung. porcin. terebinthin. an. ℥ij. butyri recent. ol. lilior. alb. an. ℥j. mercurii ℥ß. ſucci limonum vel arantior. ʒvi. Miſc. in mortario per horam vnam, donec fiat linimentum, quo inungantur vlcera. Mitigatur dolor, et ſiccantur vlcera. Si hoc non confert, vtatur praecipitato cum vnguento roſarum, item cerato. ℞ Terebinthin. reſinae pini, ol. roſacei an. ℥iij. cerae ℥iiß. bitumin. matriſylu. an. ℥iij. Tritis terendis affunde vini q. ſ. coq. ad conſumpt. medietatis, et quod poſt coctionem in ſummitate concreſcit, collige et ad ignem admiſc. gummi elemi ſarcocollae, thuris, lithargyri, ceruſſae an. ʒij. Argenti viui extincti cum ſucco limonum

num aut ſaliua ʒvi. Miſc. fiat cerotum, quod extenſum ſuperponatur.

Rimae in volis manuum et pedum ſunt a materia ſalſa, exuſta, in ventriculo et epate genita. Cruciant diu hominem. Contemperetur epar cichorio, expurgentur humores, ſi callus adeſt, emolliatur decocto althaeae, item inunctione olei amygd. roſar. axungiae porci an. ℥j. ceruſſae ℥β. et cerae albae q. ſ. Si non cedit his, fricetur, donec ſanguis egrediatur, et citius conſolidatur, abluantur decocto hordei, deinde ſequenti vnguento vtaris. ℞ Olei roſar. butyr. recent. an. ℥j. ceruſſae ʒij. terebinth. ablutae ℥β. ſublimati opt. molliti ℈ij. Miſc. f. vnguentum in mortario. *Aqua plurimum valens.* ℞ Rad. polygon. ℔ij. alumin. combuſt. ℥iβ. ſacch. ℥ij. deſtilletur aqua.

In dolore articulorum et capitis fugienda ſtupefacientia. Nullus apparet tumor. Videntur dolere ipſa oſſa, ſed quia non ſentiunt, malum eſſe in perioſteo certum eſt. Quando autem ſunt diuturni, oriuntur *tumores* et *gummata*, et *in perioſteo reperitur materia corrupta.* Cauſſa efficiens vapor multus, tota ſubſtantia peſſimus, tum ratione malae qualitatis frigidae et ſiccae ſoluentis continuum. Debilitato enim calore naturali, peſſima excrementa frigida et ſicca generantur, quae a ſolida ſub-

ſtantia

ſtantia perioſtei retinentur, et in vaporem tranſeunt, qui diſtendit vicina et dolorem efficit. Etiam oſſa materia corrumpit. *Noctu* autem *ſunt grauiores*, quia ſicut analogia maxima eſt humoribus cum temporibus anni, ſic et diei.

Curatio optima eſt in vſu ligni. Quidem exhibent has pillulas. ℞ | Hermodactyl. turbith. an. ʒiii. diagryd. ʒiiiß. maſtich. ʒß. ſacchar. ℥ij. cum melle q. ſ. F. pill. δόσις ʒj. Parti dolenti quidam apponunt ſacculos cum furfuribus tritici et ſale calidiſſimo, quia aperiuntur pori. Item decoctioni guaiaci imponunt ſaluiam, roris marinum, mentam, betonicam, et in eos ſacculos calefaciunt, inungunt oleo lilior. albor. ol. ſulfuris et oleo lumbricorum, cuius deſcriptio haec eſt. ℞ Lumbricor. lator. in vino bis et infuſorum per horas xii. ℔j. ol. veter. ℔iß. foenugr. lini contuſi an. ℥ij. Decoq. in vaſe duplici ad conſumptionem vini et humidi. Alia inunctio ad dolores articulorum. ℞ Ol. veter. ℔iß. vini lib. ℥ijß. vermium terreſtrium praeparat. ℥iiij. abſinthii, chamomill. melilot. an. Mj. rad. althaeae, maluae, brancae vrſinae an. ℥ij. Decoq. omnia vsque ad vini conſumtionem. *Ad dentes vacillantes.* ℞ acetum, in quo maceretur ſymphytum et maſtiche. *Pro naribus.* ℞ pulu. ariſtoloch. ʒiß. hypociſtid. fol. plantag. an. ʒß. cum melle q. ſ. f. linimentum. *Tumores* duplices ſunt, molles

et

et duri ſeu ſcirrhoſi. Duri continent ſubſtantiam ſimilem lardo concreto, molles non continent pus, ſed ſubſtantiam ſimilem polentae. Cauſſa materia frigida vel melancholica. In curatione quidam emolliendo in ſaniem conuertere ſtudent, poſtquam aperiunt cum cauterio, ſed veſicula tota debet eximi ſectione. Et poſſunt etiam remoueri folliculi cum aegyptiaco et praecipitato, poſtea detergentibus et ſarcoticis vtendum eſt. Multi incidunt in tumores ex inunctionibus. *Vera curatio eſt potatio ligni et decocti ſarſae parigliae.* Tumores duri emolliuntur cum pinguedine gallinae. *Hi tumores interdum corrumpunt oſſa.* Id cognoſcitur, ſi duri tumores non poſſunt emolliri. Aperto tumore, os corruptum oleo chalcanthi madeſit et detergitur. Vtimur poſtea vnguento de matriſylua et vnguento conciliatoris de gummi elemi. *Saepe magna pars caluarii eximitur.* Ibi opera danda, ne refrigeretur membrana, quia ſequerentur conuulſiones. Impleto vulnere, cicatrix inducatur cum vnguento de plumbo. Ceratum, quod carnem generat, renouari autem per triduum debet. ℞ Gummi elemi, carabi an. ℥ß. reſinae pini colatae ℥j. cerae albae ℥ß. maſtich. thuris an. ʒiß. Tritis optime terendis, add. olei communis q. ſ. f. ceratum.

Ad dolores et tumores pinguedo canina confert. Paratur autem hoc modo ℞ Canem pinguem, ac, abiectis

abiectis viſceribus et perforato dorſo, venter impleatur ſem. lini, foenugr. rad. althaeae an. q. ſ. ponatur in furno, et pinguedo colligatur. Ad tumores duros. ℞ Maluae Mj. cepar. ſub cineribus coctar. paſſular. an. ℥j. fermenti ℥j. axungiae porci, anatis an. ℥iß. ol. lilior. albor. ℥ij. cum farina tritici q. ſ., f. emplaſtrum. Cauſticum pro duris tumoribus. ℞ Ciner. ſarmentor. vitium ℔iiij. calcis viuae ℔iß. aquae ℔iij. Cineres ponantur in caniſtro, et aqua ſuperfundatur. Cum deſcenderit, iterum infunde, et hoc fiat per triduum, deinde coquantur in vaſe aereo, quousque redigantur ad ſpiſſitudinem. Et ſal hoc ſerua in vaſe vitreo bene obturato. Apponatur ſuper tumorem durum, ſtet per tres horas, donec fiat eſchara. Tunc imponantur mollientia.

XXVII.

XXVII.

Thomas Iordanus *).

— Brunnae *lues*, cuius hiſtoriam pertexere inſtituimus, miſeranda coorta eſt. Quae licet *paucos iugulauerit*, eoque peſtilentis denominatione minime inſigniri debuit, *inſolita* tamen *facie*, *horrendis ſympto-*

*) Thomas Iordani *medici luis nouae in Moravia exortae deſcriptio: Francof. ap. And. Wechelum M. D. LXXX.* 8. Prima editio a. 1577. ſub auctoribus Lindenio et Girtannero prodiit, de qua fere dubito, cum epiſtola nuncupatoria ſcripta ſit d. 18. Octob. 1578. reſponſio Ivlii Alexandrini, archiatri caeſarei, d. 17. Febr. 1579. et confutatio Cratonis 1580. tertia editio dicitur eſſe a. 1583. Medicus Brunnae conſtitutus morbum et perrarum, et explicatu difficilem et venereo longe ſi millimum, deſcripſit, qui plurimos ciuium affecerat balneo quodam vſos, ſcalpello et cucurbitulis cute inflicta, inde puſtulas, dolores membrorum, vlcera penis, gummata, callos rel. perpeſſos, mercurio et ligno guaiaci ex aqua decocto perſanatos. De quo caſu, quid ſentiat, profeſſus eſt Ioannes Sporischivs l. *Idea medici cum tract. de ſymptomatibus crudeliſſimis, quae*

ſymptomatis, intra duorum triumue menſium ſpatium *ad octoginta oppidanorum corripuit, ſuburbanorum ſupra*

quae ſcarificationi et cucurbitularum vſui Brunae incolis in Marchionatu Morauiae ſuperuenerunt. Francof. 1582. 8. Similia exempla luis venereae contractae refert Gregor. Horstivs (Obſeruat. medic. P. II. L. II. Obſ. 8. p 136. deinde Astrvc l. cit. p. 801. T. II. et e nuperis hoc malum morbum Gallicum vere fuiſſe contendit C. Girtanner (Abhandl. über die Vener. Krankh. B. 2. S. 164.) mirificum nominauit Andreas Dvdith (Conſil. et Epiſt. med. *Io. Cratonis* opera Lavr. Scholzii Lib. III. p. 277.) ſubdubitauit Petr. Monavivs (ib. L. V. p. 394.) et Iordanvm *in cauſſae inueſtigatione a ſcopo aberraſſe* cenſuit, Cratoni fere aſſentiens et ſymptomata venerea caſui fortuito deberi exiſtimans, Crato tandem (ib. Lib. II. p. 224. ſeq.) rem omnem incertam et dubiam eſſe profitetur. En ipſa eius verba, quatenus huc pertinent! *Totum libellum perlegi, mihique illud, quod ſeni in comoedia, accidit, vt incertior eſſem, quam dudum. Iſta quidem ſententia concludis, emerſiſſe hoc malum e ſubiecto putri et vi balnei in alia corpora transmiſſum, verum hoc non explicas. — Vnum autem mihi obſeruatione et conſideratione dignum videtur, quod non alii, quam ii, quibus ſanguis per cucurbitulas eſt extractus, infecti ſunt, et quod malum in eo loco, vbi cutis vulnerata et cucurbita affixa fuerat, coepit, ac vniuerſam maſſam ſanguineam (id quod liuor corporum oſtendit)*

ſupra C. dicuntur infecta, in campis omni auxilio deſtituti, paſſim oberrantes, viſuntur infiniti. E cenſu

dit) peruaſit, et neruoſas quoque partes grauiter afflixit. Huius vero mali cauſſas inquirenti duae praecipue offeruntur, vel ſcalpellum infectum, vel putridus vapor, qui per vulnus ſubiit atque ſanguini communicatus eſt. — Haec atque his plura dum accurate cogitarem, et quae ſit venenatae qualitatis vis, conſiderarem, ſane ne ſcalpellum, neſcio etiam eo, qui illo eſt vſus, vel ex homine, cui adhibuit, vel ex alia re infectum ſit, ſubuereri in mentem venit. Nam ego aliquot memini, quibus ex ſcarificatione cum ſcalpello impuro carnes computruerunt et exciderunt. Scio quendam in maximo periculo fuiſſe, cum ei ſcalpello, quo vlcus tonſor aperuerat, vena ſecta eſſet. Nec me mouent iſta, quae tu affers, vim illam noxiam in infinitum extendi non poſſe, et dum vno ictu abſumi, quicquid impuri adhaeſit, arbitraris. Potuit enim, cum ab vno infecto ad alium nondum infectum balnei miniſter tranſiret, et cum infecti etiam, vt eſt in tua narratione, iterum ſibi ſanguinem detrahendum curarent, de nouo quaſi et iterum atque iterum ferrum inficere, atque ictibus deinceps multos laedere, denique cum obtuſo aciem in cote vel loro addidit, his inſtrumentis affricare, et deinceps aliis, quae vel acuere, vel mundare voluit, ſcalpellis ſordes communicare, vel etiam rurſus corpora impura et infecta vulnerando virus iterum contrahere. Nequaquam etiam virulentia illa ſtatim, vt tu arbitraris, abſumitur. Sed video, te fugi-

cenſu illorum fuere etiam equeſtris ordinis viri, ciues ſpectatae fidei et probitatis, matronae famae

I i 2 inte-

fugitiuo velle ſubuenire. Quid autem, ſi hoc modo malum propagatum eſſet, inquis, faceres? Inchoanti malo occurrendum cenſerem, et vulneribus illis alexipharmaca, ne vniuerſi corporis maſſae ſanguineae malum communicaretur, adhibenda. Primum vero ſtigmatis dolentibus animalium carnes calidas, quibus virus elici poſſet, admouerem, deinceps vnguentis, quae impuris vulneribus proſunt, mederer. — Intra corpus exhibuiſſem, quae progreſſum virulentae materiae prohiberent, et ſeroſis humoribus adiumento eſſent. — Purgandum deinceps fuiſſet corpus primum per ea, quae vniuerſam maſſam ſanguineam vacuant, deinde per ἱδρώτικα. *Animaduerto quidem te in eo fuiſſe, ſed tarda auxilia interdum nulla ſunt, vel ſucceſſu carent. Verum fac eſſe, in ſcalpello nullam fuiſſe noxam. Reſtabit igitur, vt in putridum vaporem cauſſam referamus. Sed vnde is exhalauit? E corporibus dices infectis et ſeminarium exſpirantibus. Cur igitur ſolos ſcalpello vulneratos inuaſit? Cur primum in loco ſcarificato initium mali? Hic tibi aquam haerere puto. Mihi de analogia humorum et ſpirituum in contagione cogitanti in mentem venit exſpiraſſe e ſanguine, qui per cucurbitas eiicitur,* μιάσματα, *eaque ſolis vulneratis et ſanguinem mittentibus inimica fuiſſe, imo per vulneratam cutem primum ſubiiſſe. Fortaſſe etiam contagium cucurbitulis adhaerere potuit, cum in mundandis illis perexigua diligentia*

a bal-

integerrimae intemerataeque pudicitiae virgines. Quod morbi eſſet, latuit initio omnes. Magnus interea

a balneatoribus adhibeatur. Miram eſſe vim ſanguinis menſtrui et leproſi non ignoras, et cum doctrinam de contagio veteres non tradiderint, nos in noſtra oſcitantia multa ignorare et fugere non eſt dubium. Vehiculum vero contagionis fuiſſe in hoc morbo ſeroſos humores, torpor, faciei pallor et liuor atque curatio, cum tu ſudore ſolo Polonum ſanatum dicas, indicant. Cur igitur, vacuato corpore, ad ἱδρωτικὰ *non deuentum? Potio illa pharmacopoei non placet. Carduum Indico ligno admiſcere ſatius fuiſſet. — Si alii, quam ſcarificati infecti eſſent, facilior contagii eſſet explanatio. Sed ſi ſolos vulneratos ſcalpello lues iſta attigit, quid reliquum ſit praeter inſtrumentum vel ſanguinem, a quo inquinamenta exhalarunt, non video. Praediſpoſita autem corpora et cacochymica oppreſſa grauius affecta non mirum. Veram curationem nullam, tot autem ineptas et pernicioſas te narraſſe et tempus perdidiſſe doleo. Contagii ratio cum lue venerea nihil habet commune. An ad gallicum igitur referenda ſit, dubito. Ichores vehiculum fuiſſe contagii et corruptionem totius maſſae ſanguineae conſecutam res oſtendit. Nihil habuiſſe veneni, nec facultatem vitalem laeſam, exempla demonſtrant. E tam multis aegris vero nullum tua opera vſum miror. Luem inſpiratione hauſtam et cucurbita in vnum locum pertractam* ἀποδείξεως *inſtar tibi eſſe facile patior. Mihi nunquam hoc perſuadebis." —* Caſus mihi

interea rumor, multa vociferatio, cauſſarum nulla apud plebem imperitam diſquiſitio. Colluuies agyr-

Ii 3 tarum,

mihi iſte videtur eſſe multis implicatus difficultatibus, hinc quaeſtionibus contortulis expoſitus, vt in vtramque partem diſputari poſſit, eodem fere modo, vt nuperrime de labe venerea ex dentium transplantatione contrahenda, quam fieri poſſe Hunterus negabat, aduerſarii vero adfirmabant. Dens enim irritando facere poteſt oris inflammationem, venerea mala minime. Inerant enim aegris e balneo egreſſis et ſcalpello cucurbitaque vulneratis mala vera venerea, ceteris minime. In ſanguine hoc eſſe atque latere poſſe recentiores medici negant, cadit ergo ſuſpicio contagii omnis in inſtrumenta. Neque deſunt exempla labis ano attractae fiſtulis ſub lotione (v. Horst. ſupra et ego L. Die veneriſche Anſteckung durch gemeinſchaftl. Trinkgeſchirre, I. Abſchn. S. 21.) nouacula (Tanus l. c. p. 70. 104. 112. et Roverellus l. cit.) vulnere (Grützmacher De miaſmat. vener. indole p. 18.) et ſuctione mammae, (Antiqui morbi recrudeſcentis per ſuctricem inducti cum Gallico vel Indico collatio per Ant. Everardi, Medioburgi. ſ. a. p. 31. ſeq.) Sed hanc litem iam componere animus non eſt. Suo quisque iudicio vtatur. Mihi ſatis eſt, notulis inſtructam eam opellam, quam mutilam et laceram *Obſ.* ſuis adiunxerat Schenck de Graffenberg *Lib. VI. p.* 816. cum lectoribus aequis communicare, ita tamen, vt, quae omnino a re aliena ſunt, i. e. deſcriptionem municipii, epiſtolas

tarum, quemadmodum vultures ad cadauera, ſpe praedae allecta, penitioris fomitis conſideratione ſusque deque facta, cum perfunctoria indagatione nihil explorati haberent, in admirationem re conuerſa, aciem mentis non vltra intendentes, *ἀμεθόδως καὶ ἀλόγως* ad temeraria et tumultuaria confugere remedia. Prior ſi non ſucceſſit, aliam aggreſſi

las gratulatoriae cet. lubentiſſime omittam: His enim facile carere poſſumus.

Crato vero, cuius opuſculum *de morbo gallico* ſupra recudendum curaui, paſſim in *Conſil. et Epiſt.* Lib. V. 38. p. 254. aegris commendat poſt alui purgationem lignum ex aqua decoctum, et ib. p. 350. *in morbo gallico carduum in primis vtilem eſſe* profitetur; Petrvs Monavivs L. II. p. 298. guaiacum decoctum calidum eſſe putat, et p. 366. memorat puluerem ex rad. ſarſaparillae et cort. guaiaci et purgantibus compoſitum, ſi qui nolint decoctum bibere, vinum in morbo inueterato tantum adhibendum, denique L. V. p. 419. labem mali *per affrictionem* transferri auctor eſt; Andr. Dvdith Lib. III. p. 297. meminit baronis Poloni, qui *ſe veteri gallico morbo vexatum nullo alio remedio, quam antimonio curari potuiſſe* gloriaretur, is poſt biennium tamen veteres dolores circa coxendicem et artus recrudeſcere ſenſit; Theodorvs Zwingervs L. II. p. 275. duplex decoctum fieri iubet pro potu et infuſione, et *in pertinace gallico repetito vſu opus eſſe vere et autumno* ſtatuit.

aggreſſi viam, calidis frigida, imbellibus et ignauioribus remediis pollentiora, etiamſi ab omni arte aliena, ſubſtituendo, etiam ad deleteria progreſſu facto, anſam porrexere peritioribus, totum morbum eiusque curationem accuratiori calculo et examini ſubiiciendi. Tardius fortaſſis, eo, quod praua non minus, quam inueterata conſuetudo adeo inualuit, vt mala, quae in conſpectum veniunt, aut oculis ſe produnt, vt omnes cutanei affectus, miſſum factis medicis, ſolis tonſoribus et id genus impoſtoribus hic delegari ſoleant. Fortaſſis etiam medicorum olim has operationes faſtidientium arrogantia huic diuortio occaſionem dedit non exiguam.

Tria iuxta vrbis Brunnae pomoeria *publica* inſtituta ſunt *balnea*, in quae ſordium corporis extergendarum et, cute ſcalpello inciſa, ſanguinis per cucurbitulas extrahendi gratia certis diebus confluere noſtrates ſolent. Eorum quod extra Iudaeis cognominem, aliis viridem ab excelſo turris faſtigio eo colore imbuto, portam nobilius, ſplendidius, etiam baronibus et equeſtris ordinis vtriusque ſexus frequentatum, et aedificii nitore, ſeruulorum muliercularumque ſollertiori diligentia ceteris palmam eripuit, et quia fons Nigro proximus, qui ſat lutulentus et ater, tanquam colamentum, aut in cerniculo transmiſſam aquam limpidiorem excipit, eaque purificatione lotionibus congruentiorem

tiorem reddit. Extant ad Spilbergi radices aliae, vbi puteus aquam plurimo ſale, nitro et lapide calchario imbutam ſuppeditat, eoque vi exterſoria nitidiorem quidem redderet cutem, opinio tamen vicit, vt illis potius, voluptatem, non vtilitatem ſectantes, loturi ſeſe immergant, et ibi delicientur. Illinc *labis origo*, hinc ſeminaria concepta, virus inde promanauit, hauſtum ibi venenum. Nam brumae ipſo die, quem ſolis in capricorni ſidus ingreſſu definiunt aſtrorum periti, vulgus Luciae feſto inſignem facit, duabus, inquam, dierum hebdomadis, ante ferias natiuitati ſaluatoris conſecratas, hieme aſperrima, anno ſalutis reparatae cIↃIↃLXXVII. quicunque hypocauſtum ſiue *laconicum ingreſſi* ſunt, et *cutim ſcalpello adacto appoſitisque cucurbitis* perforarunt, *omnes* illico *correpti* putantur. Neque cito noxam perſenſere. Signa labis receptae non ſtatim emerſerunt. Sunt, quibus octiduum occultatum malum, aliis duabus ſeptimanis, aliis menſtruo temporis ſpatio, pro robore nimirum tam agentis, (vt credere eſt,) quam renitentia paſſi delituit. Demum publice ſe extulit. Interim inſueta quadam *ignauia* ſeu *torpore grauati*, pigri, ſegnes, inertes ad conſueta munia obeunda, animo quoque abiecto, *triſtes vultu*, cum nec mens, neque manus et pedes officium facerent, veluti vmbrae, non homines, paſſim oberrantes conſpiciebantur.

Nati-

Natiuus faciei color in pallidum, vigor ipſe oculorum in toruum, circulo fuſco, ſicut mulieribus menſtruatis, deformem ſubito immutatus, frons exporrectior in caperatam et nubilam degenerauerat. *Manifeſtis* tum ſe prodidit *indiciis*. *Veſtigia cucurbitularum turgeſcentia extemplo ardor inuaſit immenſus et immedicabilis, quem foedi abſceſſus et vlcera excepere putrida, ſanie taboque fluitantia, circumcirca puſtulae, palmum quoque latae, achoribus floridae. Quibus dehiſcentibus, acu aut medicamine diſciſſis profluxit pituita tenuis, ſeroſa, marcida ſanieque muccoſa, aliis etiam acris et erodens, tum caro cucurbitae ambitu circumſepta, corroſa, putreſcens, tetrum, vt e Telephiis ac phagedaenicis vlceribus, inuexit foetorem.* Vbi admiratione dignum initio, quod e tot affixis cucurbitis, cum alii decem plus minus, tres quoque tantum nonnulli apponi iuſſiſſent, vna duntaxat aut ad ſummum duae (ſocrui Lavrentii ſartoris e quindecim tres) ex iis omnibus *in foedam tranſiuerint vomicam.* Nonnullis *vniuerſum corpus puſtulis conſperſum*, facies informis, triſte ſupercilium, horrendus vultus, dorſum, pectus, abdomen, pedes, loci a ſummo ad imum *porriginoſa ſcabie, cruſtaceis vlceribus ſupra cutem paullum eleuatis*, duûm cruciatorum nummûm vel vnguis pollicis amplitudine, *ambitu rubente, candida ſuperficie, vt tineam*, quam barbari vocant, *polluta et deturpata* cernere erat. *Manabant haec quoque*

pingui liquore, mucore lento, qui non pus, ſed ſaniem referret luridam, οὐ τῷ πύῳ ἴκελον. Immo, *ſcabie ſublata et ſanata, maculae atrae, diuerſae, quam ab impetiginibus aut vitiliginibus, plumbei et fuſci coloris remanſerunt. Progreſſu morbi in capite calli concreuere, qui ſummo cum dolore et eiulatu rupti vel diſſecti melleum quippiam, reſinoſum et tenax,* ceu ex coniferis arboribus, *laticem exſtillare* videmus, *lentum,* inquam, *et viſcidum,* marceſcentis pituitae argumentum, *exudabant. Abſceſſus hi ſordidi vereque cacoethes, poſtquam* magna difficultate expurgati, et non minore, carne rurſum producta, *coaluiſſent, nouum prorupit ſymptoma. Vniuerſi corporis artus, brachia, ſcapulae, cubitus, humeri, ſurae, tibiae, pedes imi, puncturis quibusdam, quaſi aculeis, intenſiſſime vellebantur, ac ſi ſerris diſcinderentur, aut forcipibus ignitis laniarentur,* (περαφερα-ςικῶς ſic aegri ſenſum doloris exprimebant) *potiſſimum* vbi tibia maxime ex carnis lacertorum non fulta toris a ſolo perioſteo veſtitur.

Membra pondere grauia fulcra poſtulabant, ſuismet viribus nec ſuſtineri, neque attolli potuerunt, immo *et paralyſi* quibusdam minata ſuccollatorum beneficio erigi neceſſe habebant. Nulla tum quies, perpetua vociferatio, lacrymae, gemitus, indeſinenter torquentibus *doloribus, nocte potiſſimum,* cum feſſa membra ſopore dulci reficiuntur,

tur, illis noctes peruigiles ob cruciatuum vehementiam, aurora aduentante, inanis quaedam tranquillitatis vmbra affulſit, poſt adeo *recrudiuere tormenta,* vt diem accuſarent infeſtam et inimicam, noctis vero imaginem et recordationem exhorreſcerent. Noctes irrequietae non vnius aut paucorum dierum fuerunt, verum etiam menſem integrum, fruſtra tentatis remediis, compleuerunt, vt magna mentem ſubeat admiratio, qua ratione vnico hoc ſymptomate viribus fracti letum euadere potuerint. *Caput* quoque *non* fuit *immune.* Nam *praeter achoras* ſupra recitatas *gummata et callos verrucis grandibus ſimiles, doloribus vehementibus infeſtabatur,* circa regionem occipitii potiſſimum, qui praeter virium imbecillitatem, vigilias, etiam *dementiam* *) *quibusdam* inuexerunt, *quae vix, muco purulento maleque olente per nares multos dies ſtillante, miteſcere coepit.*

Toto interim morbi decurſu *ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διέτελον*, nec Cereris, nec Bacchi muneribus voluptatem vllam capiebant, non condimenta, gulae illecebrae, nulla ars vel blanditiae culinariae epularum illis deſiderium inuehere potuerunt.

*) Id genus mala ſunt vere venerea, ideoque nec de origine prima dubium amplius ſupereſſe poterit. Aliquos etiam ad deſperationem deductos morte violenta vitam finiiſſe auctor eſt Tanvs l. cit. p. 114.

runt. Conuerſationem omnem auerſabantur, contuitum hominum ſolitariam vitam captantes fugiebant, verecundiane ſuffuſi aut indignatione commoti, quod *horrenda labe, nullo ſuo merito et ſpe auxilii exigua, aſperſos* ſeſe cernerent. Magno tamen hoc illis conſtitit. Nam neque morbi ea erat natura, vt in apricum illico ſe proderet, ſed intimis haerens medullis, ſenſim pabulum conſequutus, radices agebat viresque depaſcebatur. Illi vero rerum omnium ignari, conſilii inopes, celabant tantiſper, donec ſocios poenarum plurimos conſpicati, in medium affectibus ſuis propoſitis, mutuis collatis operis, communes deliberationes inſtituerent. Tunc per fora, per vicos, compita et tabernas de ſuo malo quisque quiritari, et per συνδρομὴν ſiue συναθροισμὸν ſignorum, affectus ſimilitudine deprehenſa, *vno ore pariter affirmare, ex hiſce balneis virus ſe contraxiſſe, cum nullum laborantem offendiſſent, qui non iisdem lauacris deliciatus cucurbitas admoueri feciſſet, iisdemque ad vnguem affectibus excarnificatus fuiſſet. Hoc non, niſi morbo iam plane confirmato et rudi quoque plebeculae manifeſtiore reddito.*

Cum haec plebis coitio facta eſſet, pars, impetu in Adamvm, balnei praeſidem, facto, iuri vt ſe ſiſtat, popoſcit, pars curiam adit, ſenatum deprecatur, vt de crimine inquirat, veneficii cenſuram agat. Horrendum morteque piandum ſcelus,

lus, in ciuium perniciem coniuraſſe balneatores. Tumultu paulliſper ſedato, accerſitur ADAMVS, cum eo grauiter pro enormitate facinoris expoſtulat ſenatus, minis interiectis, planum ſibi fieri vult, *vndenam haec labes?* Cuius culpa? *Quid contagii? Cauſſam* denique ſciſcitaturus *illuuiei inſolitae*, nihil praeter lachrymas, mixtis precibus, et excuſationes extorquet, ſibi nihil conſtare, ſe nullius criminis aut conſpirationis ſibi conſcium, multos annos honeſte vitam hac vrbe duxiſſe, famam integram cuſtodiuiſſe, balneo praefuiſſe, et cuicunque pro virili parte inſeruiiſſe. *Palam* quidem *contagium et manifeſtum* ſe non inficiari, verum *originis vt cauſſae ſe prorſus ignarum*, et cum exortum ſit ſummo famae et rei familiaris ſuae diſpendio, ipſi examinent, quantae foret dementiae ſuam et liberorum ſalutem et fortunas omnes in tantum diſcrimen ſua ſponte praecipitare. Ne nimium ſenatus prudentiſſimus indulgeat ſuſpicionibus, plagam diuinitus potuiſſe immitti, cum nulla ope humana manſueſcat, aut incantatorum maleficio profectam, vel maleuolorum maleque feriatorum hominum inuidia clanculum in ſuam perniciem dolos ſubſtructos et machinatos illos eſſe, daturum ſe omnem operam, vt inſons declaretur, cauſſas, quanta poterit diligentia, perſcrutaturum, ipſis vero pro ſua prudentia, ſi quae emendanda cenſuerint, vel ad penitiorem inquiſitionem neceſſaria,

ne

ne ſe celatum velint, ſe viciſſim nihil detrectaturum, etſi mille mortes ipſi forent ſubeundae. Demum diris caput deuoueri petit, *ſi vel minimam huic contagioni occaſionem dederit*, taceam, *ſi auctor deprehenſus fuerit*. Tunc ita fuit dimiſſus.

Tumultuatum deinde in miniſtrum, cui ob dexteritatem, manus inquam agilitatem et promtitudinem, delegata erat ſcarificationis prouincia. Vulnera is inflixerat, e quibus, ceu fonte, loco omnibus conſpicuo dimanabant reliqua ſymptomata. Hero mandatum, vt hunc examini ſubiiciat. Adoleſcens, duriuſculis impetitus verbis, cum in ſe fabam cudi non falſa coniectura proſpiceret, carceres et tormenta, quae facinoroſis adhibentur, veritus, (id minitabantur ſenatus cum praefecto) in pedes ſe coniicit. Fuga *) ſuſpicionem auxit et in hominum mente opinionem de auctore conceptam confirmauit, a hero in miniſtrum tranſtulit, cum is non tam, quod cauſſae minus fideret, quam terriculamentis et poenis obſtupefactus, fuga mature ſibi conſuleret. Serio iniungitur praefecto, vt adoleſcentem ſiſtat. Hic Vratislauiam, Norimbergam, Viennam, ſuis commili-

*) Quisquis in iudicium vocatus fugae ſe dat, e coniectura forenſi ſceleris conſcius vel reus eſſe creditur.

militonibus et balneatorum collegio, vt e fuga ipſum retrahant comprehenſum, vinctum compedibus huc transmittant, perſcribit. Verum ille hactenus nuſquam comparuit. Deinceps *magicis incantationibus ſcalpella et phlebotomos infectos toxicoue illitos* clamitatum. Vt haec quoque aboleretur ſuſpicio, balneator ferramenta omnia exuſſit, medicas cucurbitas aereas, quotquot habuit, confregit ignique tradidit. Vltra progreſſus τοίχους διαπύρους, teſtudinem, inquam, thermarum, cui candentes ſilices inſternuntur, vt aqua aſperſi vaporem ad ſudorem conciliandum edant, (laconicum vnico verbo dixere veteres) vna cum calefactoria fornace a fundamentis diruit, et nouos ignitos parietes exſtruxit, ſi forte vapor infectus illinc emergens anſam teterrimo morbo praebuiſſet. Neque ita conquietum. Inſtrumentis igne crematis, toto hypocauſto innouato, *veneficii ſi quid in aquis latuiſſet*, puteum ter funditus exhauriri expurgarique fecit. Ne tum quidem veneni ſpecimen viſui ſeſe obtulit.

Inualuit poſtea rumor, *praefectum ipſum lue venerea non minus, quam miniſtros ſuos infectum.* De eo cúm nihil certi potuiſſet affirmari, eo deuentum, vt eſſent, qui aſſeuerarent diebus intercalaribus, quibus publica non habebantur balnea, *herum lue Gallica infeſtatos, calefacto eo hypocauſto, ſolitum*

ſolitum hydrargyro inungere, et ea ratione huic contagio occaſionem dediſſe. Iuramento ille ſe purgauit apud me, nihil vnquam ſibi fuiſſe commercii cum gallicis, artem vngendi vel curandi ſibi eſſe incognitam, nunquam ea ſe vſum, neque id genus medicaminis vnquam pertractaſſe obteſtatus eſt. Impune hoc illi fuit, cum adiiceret, neminem e ſua familia, qui lauaturis aſſidue ſubminiſtrarunt, *ſcabie hac deturpatum* aut *doloribus excruciatum fuiſſe.* Quod aegre euaſiſſent, ſi a balneo contagio coepiſſet.

Morbus nihilo mitius aegros torquere, nequicquam remittere *vsque ad aequinoctium vernum* ſolis in arietis ſignum ingreſſu, *circa quod tempus manifeſte deſiiſſe et paſchatis feriis prorſus interiiſſe iudicatus* eſt, eo, quod deinceps nullus hac labe ex integro aſperſus deprehenſus fuerit, vel quia iis balneis ſolitudo ingens, quouis ingreſſum reformidante, ad alias migrationem inſtituerant, paucis ruſticis exceptis, qui haec vel ignorabant, aut, vt nugacia, ſpernebant et deridebant, vel quia praetoris vrbani edicto ſenatus auctoritate interdictum fuit Adamo exercitium illud, vel, vt omnem prorſus a ſe amoueret ſuſpicionem, quaeſtu pereunte, ſua ſponte thermas clauſit. Gnauiter interim, irrito licet conatu, aegris operam locabat, vlceribus medebatur, appoſito emplaſtro, quod

griſeum

griſeum vocant, e lapide calaminari, lithargyro, ceruſa, tuthia, terbinthina, cera alba, ſeuo ceruino, thure, maſtiche, myrrha et camphora confecto, in orbem frigidis ad feruorem extinguendum circumiectis. Scabiei demum hieroglyphicum illud myſterium, quod *Topfwaſſer* (lac virgineum aut ſimile quid iudico) vocant, eique vim exſiccandi et eſcharas demoliendi efficaciſſimam tribuunt, illeuit, nihil penſi faciens de humorum corruptela intrinſecus coercenda, ideo fruſtratus euentu, aliis in locum accitis, repudiatus eſt. Curſitatum iam ſollicite. *Nouus cum eſſet morbus, nouas poſtulabant antidotos*, cum nihil vſitatum et conſuetum, exotica et peregrina remedia minimeque familiaria ſibi profutura autumabant, artifices diſquirebant, qui nil, niſi ſplendidum pollicerentur, et fumos venditarent.

Pollutorum primus habitus Wenceslavs Ravsch, inſtitor non parui nominis, ex aduerſo curiae Senatoriae, ſupra quadraginta natus annos, breui ſtatura, corpore εὐσάρκῳ, facie rubente, habitu quadrato, calidi humidique temperamenti, ſanguine exſuperante. Hic balneum ingreſſus quinque cucurbitas affigi iuſſit, vnam ſumma ceruice, ad finem capitis et occipitii, duas alias ad lumbos, vtrinque circa renum regionem, tum vtrique genui ſingulas adhibuit. *Illaeſis ceteris, ſola ceruicis et ſini-*

ſtri lumbi in tumorem deſciuere. Poſtridie ſtatim ſuperior *ſudaminibus*, quas ὑδατίδες dicimus, *conſperſa* tactus indicio et domeſticorum relatu fuit. *Dolor non leuis.* Proinde vnde origo mali, illinc medela petita. Facile initio, nondum actis radicibus, conſolidari potuit vulnus. Negotiationis gratia Hradiſthum profectus, illinc redux, non integre liberatus, in balneum redit decimo quarto poſt die. Adoleſcentem monet, vt, priore illaeſa, ſubtus illam loco viciniſſimo, at decliuiore, aliam παροχετεύσεως gratia affigat. Ille vero locum non ita cauit, quin e priore veſtigio huic ſecundae aliquid adderet, eamque auulſurus nonnihil corticis decerperet, non exiguo dolore creato. Tunc primum aeſtu feruoreque tartareo *exulcerari coepit caro cucurbita comprehenſa, quae* ſuis finibus minime contenta *ſerpigine* quadam *guttur*, *fauces*, *ceruicem*, *collum* denique *vniuerſum in tumorem extulit. Secuta poſt vlcera ſinuoſa, cauernoſa*, vt ſemidigitum foramini insereres. Matthias accerſitus tonſor frigida adhibuit, vnguentum album, oleum roſaceum, nihil octiduo auxilii tulit. Temperandi feruoris gratia ſummopere adiutus ſtillatitio liquore hyoſciami peregrini floris lutei, quem *tabaccam feminam* vocant, ſibi a fratribus contubernii ſocietatis Ieſu transmiſſo, cui linteolis immerſis poſt vlcera fouebat frigido, iisque collum integrum amiciendo aeſtum profligabat. *Locus cucurbitae inferioris circa lumbos*

lumbos quoque putruit, non tam amplo circuitu, minore ambitu contenta putredo, minus contumax, *remediis ceſſit, puncturis tamen penitioribus, longe poſt aſſiduam creauit moleſtiam potius, quam dolorem* alicuius momenti. Conſultus catabaptiſtarum Aeſculapius, IOANNES TENGLERVS *), ſolis topicis intentus, emplaſtris exſiccantibus conſolidauit vulnera. *Quibus ad cicatricem perductis, noua ſymptomatum incubuit cohors. Tergore toto quatriduo poſt ingenti dolore perculſus eſt. Certis et quidem exiguis finibus antea quod concluſum erat virus, in totam ſpinam propagatum, totam dorſi occupauit amplitudinem. Hinc artus, brachia, femur petiit, a ſumma ſcapula et coxa ad imas manus et pedes neruos compreſſit, vt greſſum et comprehendendi poteſtatem auferret, non leuibus doloribus comitibus, qui atrociores noctu erant*, diurno tempore quietis vſura aliqua recreabatur. Moleſtia haec octiduum durauit, cum in exercitio aliquid ſpei poneret, aut potius lucri auiditate pellectus XIIII. diebus ante paſchales ferias Kiouiam ad mercatum ſe accinxit. Illic *exacerbata omnia, nulla pedibus requies, dolor minime fixus, vagus, modo genua, mox ſuras, demum plantam pedis, tarſum infeſtans, nunc hoc membrum deſerens, alio ſe conuertit, illinc mox recurrit,*

*) Quis ille fuerit, non liquet, neque attinet multis de tali empirico anquirere.

currit, *et ſic indefatigabiliter aegrum diuexauit.* Diuum hominumque auxilia implorantur. Laterculo excocto nouo candenti vinum affudit, pedes vapore fouit. Cum incaluiſſent vehementer, oleo iuniperino inunxit, vt vniuerſum crus rubore ſummo perfunderetur, (φοινίγμους vel ſinapiſmos diceres) ſaepius iterauit. Irritum hoc. Ita *quindecim dies huiusmodi doloribus conflictatus* Hunnobrodam attigit. Illic quorundam medicaſtrorum conſilio corollas ſiue ſpiras, quibus bulbi alliorum connectuntur, (caudam inquam, quae ſupra caput ſeu nucleum cum capillamentis terra eminet) vt ſuſpenſi laquearibus exſiccentur, aqua decoxit, vaporem vdum pedibus excepit, tum etiam totum corpus proluit. *Aquis cum mergebatur*, *dolor mitigatus eſt*, *ſaeuior*, *labro poſtquam exiliit*, *longe recurrit.* Hinc Hlukium, vbi catabaptiſtae tarſo et ſupra malleolos ad ſurae latera vtrinque ad genua cucurbitas cum multa flamma adhibuerunt, deinde vnguinibus ſuis delibutum reddiderunt. Fruſtra tentata omnia, tres horas viſus doloris expers, poſtea *priſtina recruduere accidentia.* Weſſeliis raphani radices pila tuſas ſaleque copioſo reſperſas crurum tenus calide circumligari iuſſit, herbam *Gichtkraut* (ex aegri narratione bryoniam autumo) axungia ſuilla veteri contudit et circumiecit, nihil contulit. Domum reuerſus, carnificis operam experiri placuit, a quo medulla cruris equi et humani

mani perunctus, nihilo pernicior ad curſum factus, exiguum percepit emolumenti. TENGLERVS cum fotibus varia herbarum farragine conſarcinatis καὶ καταντλήμασι nihil proficeret, ad veſicatoria conuerſus, cantharides vtrique pedi appoſuit, medio loco inter genua et malleolos, ad tibiae latera vtrinque et quatuor locis cutem exulcerauit. Quam licet ſeroſi humoris copioſa excretio ſit ſubſecuta, parum tamen abfuit, quin phlegmone oboriretur, cuius praeter intolerabilem dolorem ſummus rubor index erat, qui tamen quinta die remittens *vlcera* quoque *clauſit*, *rubedine in pullum colorem adhuc atris veſtigiis ſuperſtitem commutata.* Ita ſolenni huic remedio adhibentis inſcitia et importuno vſu etiam fides abrogata eſt.

Proinde, vt in re dubia et ancipiti animus nullo veritatis fultus praeſidio incertis fluctuat erroribus, facilique opinionis vento huc illuc impellitur, ita TENGLERVS, κράμβη priore recocta, ad πυριάματα reuerſus, noua ἐγκαθίσματα, variis radicibus et herbis congeſtis, inſtituit, Hippocratici oraculi immemor, non eſſe rationali medico, priore indicatione perſeuerante, contrariam curationem inſtituendam, etiamſi voti compos factus non fuerit. Ignarus etiam canonis, quo iubemur localibus remediis, niſi anteceſſerint vniuerſales euacuationes, parum fidei adhibere. Eapropter

peſſime haec ceſſerunt, quia forte adſtringentibus et repellentibus conſtabant. Nam ad ſuperiora raptum petentes materiae repulſae cor coarctare, ſuffocationis periculum, etiam ſyncope iam pro foribus exiſtente, minari incipiebant. Exploſum et hoc remedium, cui ſuffectum balneum ex gleba ſeu glomere nidi formicarum, aqua decocta et ſilici candenti affuſa, ſoloque vapore prius excepto, poſtea pede immerſo et formicis vſtulatis vel elixis circumligatis, bibit decoctum radicis pimpinellae ſaxifragae e rubro vino per aliquot dies, attamen omnia in peius ruere.

Poſtliminio conſilium et auxilium petiturus me conuenit, et quia multos prius queſtos, plurima fruſtra tentata medicamina hinc inde audiueram, *de contagio* et mali contumacia cogitare coepi, et quia *circa cutem malum* verſabatur, viciniſſima, congrua et competenti via educendas materias ratus, exhibito ἐκκοπρωτικῷ, ſtercorario medicamento, mithridatum dedi, exploraturus, vt ſe *ad ſudorifera* eſſet habiturus. Peraegre ſudori vacabat, tamen laetus ſucceſſu et hilaris perrexit, tum mithridato permixtum ſuccum ſcordii, veronicae, ſcabioſae, cum decocto ſcordii dilutum bidit. Biduum iuſſeram, octiduum continuauit, ſudauit quidem modicum, debilitatis ſimulato praetextu, neque ſupra tres horas vnquam lecto ſe continuit.

Per-

Perbelle habuit, inter ſudandum pruritus ingens pedes exercuit, ſalſi humoris exeuntis argumentum. Conualuiſſe ſibi viſus itineri ſe commiſit, fora, nundinas et mercatus frequentauit, aliquot hebdomadas incolumis, hinc inde vagatus vixit, donec nihil tale opinantem *capitis dolor grauis et obtuſus, ſenſus hebetes, anxietas, animus languens, ſui ipſius odium* vel *taedium* corriperent, *caput, pectus, facies, puſtulis effloruere minutulis, rubris maculis et* ἐξανθήμασι *corpus vniuerſum conſperſum, ſtigmata et pulicum morſus referebant.* Occupatus tum fui ſeſquimenſem arce quadam curatione baronis primarii. Id temporis Aeſculapius ille accurrens reliquias errorum per adoleſcentiam commiſſorum rediuiuas accuſans, poenas modo luere oportere vociferatus, πάγχρηστον antidotum, *turbith* illud *minerale*, ab ipſis toties decantatum, nulla praemiſſa humorum praeparatione aut ſanguinis detractione, exhibuit. In eo quoque vitio non caruit, quod eadem doſi cuicunque ſexui et aetati porrexerit, tam viris, quam feminis et virginibus tenellis, nulla victus ratione praeſcripta, habenas omnes diaetae laxauit, vel quia nouerat, faucibus et lingua in tantum tumorem eleuatis, buccis inflatis et pituita turgeſcentibus, non facile quaeuis obuia ingeri poſſe, vel quia ipſorum axiomati congruit, non diaeta, ſed *vi ſui remedii* morbos profligari. Quod *de morbo Indico* illorum anteſigna-

nus profiteri palam (vinum optimum, cibos in primis conditos et bene ſalitos offerendo) veritus non eſt. *Praecipitato* eo *puluere* (vere turbante, cum nullam vniuerſi corporis venulam intactam aegri iudicio praeterierit) in pilularum formam redacto, quadrante horae ante coenam quinque ciceris minoris magnitudine exhibuit, quae paullo poſt tantum vomitum concitarunt, vt ad noctis medium continuis vomitionibus paene fuerit enectus. Materias alimentarias, poſt pituitoſas, demum ſanguinis plurimum euomuit, poſtridie hora ſexta matutina vna minus deglutiuit, vomitus repetiti, licet et per aluum ſubducerentur materiae ſimiles. Antequam cubitum ſe conferret, totidem: Semper vomuit. Ventriculum denique tanta nauſea inuaſit, vt, quotiescunque medicus pilulas oſtenderet, ſolo earum conſpectu ad vomitum irritaretur. Neque iam opus erat exhibitione, cum ſolo intuitu voti compos fieret. Quapropter triduo ſequenti vna duntaxat contentus fuit quotidie. Continuae autem fuere vomitiones et alui liquamenta. Quinque diebus ſequentibus atram potionem, mane et hora ſomni, bis die propoſuit. Toto curationis tempore, quae ad duas prorogata eſt dierum hebdomadas, ſemel tantum ſudauit, neque vaporario calido ſe continere iuſſus eſt. Incendio magno correptus, fauces linguae turgentia dolorem vehementem palati et gingiuarum excoriationem inuexerunt,

xerunt, ita, vt prae mole linguae os claudere non poſſet. Saliuatio multa, cibi deglutitio penitus ſublata. Octiduum totum cibo caruit. Continuis oris collutionibus vſus, nona cibi nonnihil coepit aſſumere, tum, vt refert, et nephritides moleſtae fuerunt. Pondus ingens circa renum regionem ſenſit. Excreta per aluum acria, mordacia, ac ſi ferro inteſtinum diſcinderetur, murmura et rugitus in inteſtinis, dolor oberrans toto abdomine. Cum exoneratum aluum ſeceſſiſſet, vno impetu quid lapidis inſtar (*hydrargyrum conglomeratum* fuiſſe non dubito) ponderoſum prolapſum eſt. Neque tantum fuit illis cerebri, vt, fecibus perſcrutatis, de materia egeſta inquirerent. Excuſſo tanto onere, morbo ſubleuatus, et vnico quidem momento, deinceps ad conſueta rediit. Reliquias tamen adhuc, manibus et pedibus algore perfrigeratis, priſtinorum dolorum et neruorum exſiccationem, quaſi corrugationem et diſtenſionem animaduertere ſeſe refert. Et haec quidem ad XV. Iulii diem.

Adami Bernaveri, ſeplaſiarii ſolertiſſimi coniunx, Anna, calido et ſicco temperamento, excarnis, raro corporis habitu, fuſco colore, trigeſimum ſextum annum egreſſa, octiduo ante Lupercalia ſeu dies Baccho dicatos, balneum adiit, ſeptem cucurbitas adhiberi fecit, quae ὠμοπλάτην vtramque, ceruicem, dorſum et genua occupaue-

 runt.

runt. *Solus dextrae ſcapulae locus exulceratus. Pruritum leuem, taedium, moleſtiam potius, quam dolorem, totos viginti dies pertulit. Puſtula medio veſtigio eminebat ipſi aut orobi magnitudine;* Denuo in balneas conceſſit, totidem affixit, ſubtus hanc viciniſſimo loco aliam ſubiecit. *Serpere malum dilatarique coepit, vt palmum latitudo exaequaret, color ruber, ſaturus, continuae vlceris penitiore receſſu vellicationes, ardor ingens.* Mariti vſa conſilio bis triapharmacon emplaſtrum applicauit, nulliſque aliis praeſidiis adhibitis, *coaluit cicatrice obductum vlcus.* Paraſceues, quae ſolennem reſurrectionis domini feſtiuitatem praecedit, die *manuum torporem, veluti ſtuporem, grauitatem et ἀναισθησίαν initio animaduertit.* Muſculus δελτοειδὴς cum ἀκρωμίῳ occupatus, manuum eleuationi obſtabat. Pendulas vidi iam manus, ac ſi paralyſi correptae ac prorſus reſolutae fuiſſent. Emporium Linzianum, vt varia ſupellectili aromataria tabernam locupletaret, medicamentarius adierat. Illinc reuerſus palam vidit ad manus radicem, carpi inquam concaua, neruos tremere et contrahi, ac ſi *per ſpaſmum* manus extrema in digitos deſinens curuata introrſum verſus cubiti et radii oſſium compagem pertraheretur. *Dolores* vrgebant *vehementiſſimi*, ſomni vero prorſus exularunt. *Maculae rubrae ſatis amplae, in facie* quinque, *in manu* dextra a carpo ad cubitum tres vel quatuor minores apparuerunt, *ſcabies nulla.*

Tyro-

Tyrocinia artis cum Dresdae Miſniorum myropola ageret, meminerat celebres medicos operoſam quauis panacaea certiorem cutaneis affectibus profligandis inſtituiſſe antidotum. Quam vt coniugi bene merenti opitularetur, confecit. Materia et compoſitionis ratio haec eſt. ℞ Ligni Indici ℔v. Rad. Lapathi acuti ℥iij. Myrobal. Chebul. Citrin. Indor. Emblicor. ana ʒij. Gran. Iuniperi, Rad. Enulae campanae ana ℥v. Hermodactyli, baccarum lauri ana ʒxv. Santalarum omnium ana ʒj. Ariſtolochiae longae ʒij. foliorum ſenae mundorum ℥xv. Infundatur primo lignum per ſe in lib. V. aquae feruentis per XII. horas, poſtea coquantur blando igne addendo cetera recto artis ordine ad medietatem, ſtent, donec refrixerint; Colaturae feruidae et forti expreſſioni iterum iniice rhabarbari electi, turbith optimi an. ℈ij. gr. v. Elect. diacatholiconis, confect. Hamech ana ʒij. Diſſolue in aquis ſcabioſae, lupuli, fumariae ana ℥iij. ſyrupi fumariae ℥xv. de epithymo ℥v. Bulliant leuiter ſemel atque iterum aromatiſando cum ſp. aromatici roſati ʒj. cinamomi optimi ʒij. Miſce, fiat lege artis potio. A ſecundo hauſtu quaſi exonerata coepit agilius brachia mouere, tertio die elicuit ſudorem ſuccis ſcordii, cardui, mithridato permixtis. Probe ſucceſſit. Bis reiterauit antidotum, ſexta ſudorificum, extra omnem teli iactum poſita integreque conualuiſſe videbatur. Dum calidis ſeſe

foue-

foueret, ſudori proliciendo occuparetur, perbelle ſe habuit. At quam primum in publicum prodiit, tempeſtate vda, auſtris flantibus, glacie niuibusque diffugientibus, verna aeris inaequalitate, humoribus nimium commotis, *priſtina rediuiua fuere ſymptomata, et quidem nocturno tempore*, volutationes in ſtratis continuae, locus quietis nusquam repertus. *Guaiaci lignum hic infame habetur, et lue polluti venerea conuictum eorum quouis fugiente, publica notantur infamia*, haud aliter, ac lepra infecti in populo Hebraeo extorres reddebantur. Ita *vbicunque ligni mentio fit, actum fere de aegri exiſtimatione et bona fama videtur.* In honeſta et integerrimae famae matrona huc confugere prima fronte religio fuit. Ceu ſacram anchoram, ad extremum, ceteris fruſtra tentatis, in abdito asſeruandam cenſui. *Horrida immanique ſcabie laborantibus* aliis vicinas ſuaſeram *thermas*, non quod profuturas iudicarem, ſed dubius animi, hac aegrorum inſolentia et in victu contumaci negligentia, ne regulis, quas in ligni vſu praeſcribimus, et legibus ſe includi paterentur, (compedibus ſe vinciri vel pedicis conſtringi murmurant) conſultius viſum fuit, vt ſuo malo ſapere diſcerent, et certum praeſidii genus poſtea ſpe fruſtrati auidius expeterent. Haec etiam languens vna cum ſorore thermas adire decreuerat, ego vero ad curas medicas auocatus diſceſſi. Paucis diebus interiectis, pharma-

pharmacopoeus ad me per litteras: Conſuluiſti, inquit, coniugi, vt thermis lauaretur, at ipſa exploratum habet, vt, quotiescunque labro aquae dulcis ſe immerſerit, dum aquis tepentibus deliciatur, dolorum ſit expers, vbi pedem extulerit, illico recurrere et infeſtos fieri dolores. Suaſum ipſi, vt guaiaci biberet decoctum: Quocirca meo ſe commiſſurum hoc arbitrio, ſe petere, vt, diligenter expenſis et rationum mearum momentis, eam quamprimum certiorem reddam, quid hac in parte fieri velim. Occaſionem etiam de aliis bene merendi oblatam repudiare nolui, vnicam hanc viam ſanitatis recuperandae ſuperſtitem dixi, in vulgi deliri iudiciorum perplexitate famae ipſius conſultum me voluiſſe, veritus, *ne lue nefanda correpta publice* diffamaretur. Rumore plebis ſpreto, e radicibus polypodii, cicoreae, herbis fumiſterrae, cardui, turionibus lupulorum, aſparagis recentibus et id genus aliis cum paſſulis et ſenae foliis ſero caprino coctis aliquot dies apozema propinatum. Communem dextri brachii ſecuit venam, pilulis purgata, decem et octo dies *ligni ſancti bibit decoctum*, canonibus conſuetis obſeruatis. Perſuaderi, vt prorogaret potionem, minime potuit, vel quia deſidem domi latitare non libuit, perpetuo debilitate culpata, vel quia nimium ſibi blandiretur, et viribus plus iuſto ſideret, eo, quod primo protinus biduo acu pingere, texere aliaque

mulie-

muliebria exercitia domi tractare inciperet, brachia ſurſum attolleret, manuumque officio alacriter doloris expers toto eo tempore perfungeretur. Aedibus incluſam feneſtrarum proſpectu arceri ſumma erat moleſtiarum portio. In publicum egreſſa, aere denſo, pluuio, nebuloſo, pro anni tempore tunc rerum potiente, et accuratiori victus ratione poſthabita, cum neque vini vſu penitus abſtineret, decima quarta die *recurrerunt eadem ſymptomata longe, quam antea vehementiora.* Turpethum illud execrandum experiri, et praecipiti diſcrimine vitam negotiari animamque redimere placuit. TENGLERVS quindecim pilulas exhibuit deuorandas hoc ordine, quinas ante coenam, ſequenti die mane et veſperi totidem. A prima ſumtione vomuit multum, et quinquies aluo deiecit. A ſecunda iterum et vomuit, et ter deiecit. Poſt tertiam, vtraque multiplicata, virium ingentem edidere ſtragem. *Sputum* altera ſtatim die *apparuit*, illico lingua in tumorem conſpicuum valde eleuata, rictu diducto, fauces impleuit, palati caelum ſiue fornicata capacitas non ſufficiebat (horrendum viſu) linguae intra ſua ſepta continendae, quin extra labia promineret, occludere os aut labra coniungere nullo modo potuit. Tertia plane obmutuit, vt a nemine loquens intelligeretur, ſoloque nutu animi ſenſa proferret. Immo, ſpiritus viis compreſſis, ſtrangulationis periculum in procinctu erat, oborta etiam magna raucedine,

cedine; gutture et faucibus nimium excoriatis. *Gargariſmata* illis familiaria praeſcripta *ex aqua ardente, quam vinum* quoque *ſublimatum* dicunt, cui zuccarum candum et mellis nonnihil immiſcent, cum interea Aeſculapius ille (ſi dis placet), oblatis pilulis, per emiſſarios rem gereret, neque ad aegros poſtea vnquam reuerteretur. Indigne hoc tulit myropola medicis rationalibus familiariſſime conuerſatus, e roſis, plantagine, malicorio et ſimilibus aqua prunellae incoctis ſyrupoque myrtino et de roſis ſiccis admiſtis, collutionem oris inſtituit. A cuius vſu lingua confeſtim ſubſidere coepit, et intra ἕρκος τῶν ὀδόντων, ſuos inquam carceres, ſeſe recepit, *perpetua* tamen *ſaliuatione* ad decimum quartum, imo etiam vigeſimum diem excruciata, quo die, illi egrediendi facta poteſtate, vltro vnam adhuc adiecit hebdomadem. Intra quod tempus omnia peſſum iuere ſymptomata, et turpis macula, quae dorſum foedauerat, licet contumaciſſima, tota eſt abolita. Num reliquiae medicamenti renes et inteſtina turbantis aut diaetae vitium, certe tribus poſt ſeptimanis crudeliſſimos dolores colicos et nephriticos illi inuexerunt, vt, leuidenſia priora quae tulerat, ſi hiſce compararentur doloribus, aſſerere non vereretur. Domi cum eſſem, his malis ſubuentum pauculis diebus. Nunc incolumis viuit crebro vſu extracti angelicae, niſi quod corpus probe munitum eſſe oporteat, vt ne flatum quidem

quidem frigidiorem admittat, cuius merito etiam podagricis tentata fuit tormentis.

Huius ſoror aetate maior, Scheittermanni primarii pandochaei vxor, carnoſa, frigidioris et humidi temperamenti, vna et eadem hora balneum petiit, totidem cucurbitas affixit. *E ſeptem ſola, quae ſub dextra ſcapula erat, vulnerata in vlcus degenerauit. Ardor vehemens, caro exeſa, foueam, cui articulum primum indicis digiti inſeruiſſes*, (nudam carne coſtam dixiſſes) *detexit, latitudo, vt quadrans thaleri numiſmatis.* Emplaſtra balneator diu adhibuit. At mouendo cum parum promoueret, quidam noſtras, illius affinis, emplaſtrum nigrum, arcanum nemini reuelandum, (e ceruſſa, maſtiche, in oleo lini ad nigredinem vſtulatis forte conflatum) ſaepius reiterauit. Fruſtra. *Vlcus obduxit cortex durus, ſcabricie aridus,* craſſitie digiti cutem ſupereminens, qui, *pruritu intolerabili* excitato, cum vnguibus diſcerptus eſſet, *ſubtus nouo germine repullulauit iterum.* Ab aromatario emplaſtrum de meliloto illitum, quod eſcharam quidem ſuſtulit, ea tamen, paucis interiectis diebus, denuo et foedior ſuccreuit. Hic vero minime praetereundum, *dolores etiam ante vlcus occluſum hanc infeſtaſſe, quod plerisque non, niſi vulnere conſolidato euenit. Vidi eam a poplite per ſuram vniuerſam* (ventrem carnis tibiae obiectum) *calcaneum, talos, tibiae apicem*

apicem ſolo perioſteo membrana quaſi tectum, dolores crudeliſſimos perpeti, vt eiulatus et clamores ferinos, ſi ſtragulis paullo pedem promeret, ederet. Adeo tamen fuit peruicax et praefractae contumaciae, vt nullum prorſus ore admitteret remedium. Aegre ipſi perſuaſi, vt ſerum caprinum cum zuccaro vulgaris potus loco ad biduum biberet. *Praeter dolores, qui iam vniuerſum corpus obſederant, totum prae puſtulis corpus tuber erat, vt nec ſtare, ſedere, neque ambulare iam poſſet. Lintea pure foetido vlceribus manantibus imbuta, corpori mordicus adhaereſcentia, ſi auellerentur, cortices quidem vna detrahebant, ſed vulnera et dolores multiplicabant.* Pertinacem illius animum tam horrida mala neque flectere, neque frangere potuerunt. Turpetum dimidiati ob infirmitatem, vt agyrtae referunt, doſi accepit. *Quocirca nihil emolumenti conſequuta, adhuc* ἕλκεσι βλυων, *cadaueri, quam homini ſimilior iacet,* ſuaeque inobedientiae meritas exſoluit poenas, cum vnctionibus et ſuffumigationibus mercureis mallet rem pertentare, quam intra corpus vllum admittere medicamentum.

Pavllvs Bvrsarivs *ex eadem cauſſa ſinuoſis et cauernoſis vlceribus dextram tibiam foedatam habuit, circa malleolos potiſſimum,* eapropter curam temerariam aggreſſus eſt. Pilulis deuoratis, cauſo prehenſus, feneſtris prae immodico aeſtu vndique

 referari

reſerari iuſſis, caniculae ardoribus vrgentibus, ſanguinis copioſa per aluum excretione, quam θρόμβοι et atrae feces conſecutae, fame quoque cum ob linguae tumorem nihil alimenti poſſet ingerere, enectus, intra paucos dies eiulatu et clamoribus toti viciniae moleſtiſſimus miſere exſpirauit. Inopinatus iſte caſus multum artificis detraxit auctoritati, et ſolenni pharmaco fidem derogauit, occaſionemque certiora remedia inquirendi aegris praebuit.

Thomas Brenner, inſtitor vterque cum coniuge correpti. Illa mercedem pacta, cum denas tribus ex ordine diebus aſſumſiſſet pilulas, intendi et intumeſcere crura in vaſtam ſenſit molem. Vomitibus pro more exagitata vaſe teſtaceo excepit reiectamenta, cuius parietibus circumquaque vidit *hydrargyrum crudum* adhaeſiſſe. Illico terrore perculſa, et quia peius ſe habere animaduerteret, nuntium remiſit impoſtori, quem cernebat pro foribus, ne ſpiritum olidum admitteret, pugno nares et labia comprimentem, eminus inquirere, quinam valeret, neque precibus adduci poſſet, vt cominus aut tangeret, aut eam alloqueretur.

Hunnobrada ad equorum mercatum huc ſe contulerunt Iudaei duo. Eodem balneo inquinati, alter feriis Pentecoſtes extinctus, alter *elephantia obductus* miſeram traducit vitam.

Diete-

Dietrici Molii filia, virgo forma egregia, puella lectiſſima, iam nubilis, miſerandum in modum deformata, reſtituta quidem eſt turpetho, veruntamen *puſtulae nuper frontem et palpebras denuo occuparunt.* Quibus illi adhibent liquorem luteum mordacitatis expertem, (gummi fortaſſis guaiaci, quod illi a liquore et alkali ſeparant) qui eas abolere quidem viſus eſt, non tamen ſecuros in vniuerſum reliquit aegros, ita, vt vere ſe et ex toto immunes aſſeuerare auderent. Imo *latet ſemper aliquid virulentiae, quod alias repullulat, et recidiuam perpetuo minatur.* Forte auaritia medicaſtrorum, vt ſemper eſſet, quod deglaberent, vel malignitate a deleterio medicamento nondum perdomita, nouaque ſemper moliente accidentia. Vt curioſis ingeniis rara cara, quotidiana vero vileſcere obſeruamus, ita, repudiato turbante pharmaco, Euancicium duobus hinc diſſitum milliaribus ad balneatorem concurritur. Eo primus cerdo, poſt Stendlia anus, opulentiſſimi ſenatoris quadraginta quinque annos coniux, demum etiam Pandochaei vxor, profecti. Hic fabae magnitudine electuario purgante exhibito, deinceps *perpetuo laconico eos incluſit, fumum e cinnabari ſubdidit*, ita tamen, ne ſupra, quam vellet aut ferre poſſet, vrgeret quenquam. De quo amicus ad me: Noſter chirurgus ditiſſimi illius veſtratis vxorem non vngit, ſed lauat, et *dedit illi aſſumendum ſuaue*, vt

ipſa narrat, *eclegma, quod ei omnes dentes labefactauit:* (ὑπερβολικῶς cerdo inquiebat ſe ordine in menſam potuiſſe dentes loculamentis exemtos collocare) *Hydrargyricum* ergo, et pro pilulis *electuarium*, quod haud ſcio, an nouum *) ſit. Haec ille. In eo tamen probandus eſt, quod diaetae leges non omnes antiquauerit, ſed hypocauſto incluſis aeri omni interdixerit, ſudores extorſerit, vino tamen conceſſo, cetera ſolertem ſe praebuit.

Egenorum ſortem miſeratus et ipſe, ne ἀσύμβολος et otioſus cladis miſerandae ſpectator eſſem, vulgo paratu facilia et ſine impendio remedia, domeſticis et indigenis conſtantia plantis, collegi, diaeta modoque vtendi praeſcriptis, paucarum horularum laborem, ſenatui obtuli. Praefatus hic *baſin curationis in ſudoribus promouendis conſtitutam, diſcriminis plenam per mercurium curandi rationem*, puluerem ſenae praeparatae D. Montagnanae praemiſi, legibus phlebotomiae cuſtoditis, axillarem dextri brachii, bubonibus abſentibus, ſecari iuſſi, inſtitui potionem ex decoctis radicibus

*) Vide de variis e mercurio factis medicinis eorumque vſu Astrvc De Morb. vener. p. 162. ſeq. T. I. et *Boehm* Diſſ. Varia ſyphilitidis therapiae, Arg. 1771. rec. in *Balding.* Syllog. ſelect. Opuſc. Vol. II. p. 200. ſeq.

cibus enulae, polypodii, angelicae, lapathi maximi, diptami, imperatoriae, herbis vero cardui benedicti, chamaepitidis, ſcordii, fumariae, cicerbitae, ſcabioſae, veronicae, lupuli ſalictarii, phyllitidis, ſcolopendriae verae, item floribus borraginis, lauendulae, ſambuci, additis ſena, corticibus veratri cum ligno ſancto eiusque cortice. Aliquot *poſt aſſumtum decoctum* diebus e maſſa pilularum cochiarum cum veratro praeparatarum aggregatiuarum et de hermodactylis catapotia imperaui. Poſtea e ſuccis ſcordii, cardui, fumariae, meliſſae turcicae, veronicae, ſcabioſae, exiguo mithridato permiſtis, ſudorificum vehementius inſtitui, vt decoctionis vim ſudorificam, ignauiorem forte, exſtimularet. *Puſtulis et ſcabiei* initio aqua ſtillatitia e reſina larignea oleo tartari condita, etiam *decoctum guaiacinum* erant inſtituta. Quorum illitioni ſi non ceſſiſſent, ſubinde acriora et pollentiora, non praeterito etiam oleo atramenti ſutorii aqua fragariae vel ſcabioſae diluto, ſuccedere poterant. Numerus dierum pro affectus contumacia et aegri tolerantia definitus erat, certoque ordine cuncta rite diſpoſita, vt medicamenta ex officina aetati et ſexui cuicunque, (vt ſeplaſiae miniſtri a me edocti erant) accommoda leui pretio mercari etiam inopibus licuiſſet. In morbi ne decrementum culpam conferas, aut quod operam meam minus gratam haberent, dubium. Nullus mehercle

ad hoc praeſidii genus confugit praeter alutarium et ploſtrarium quendam, conſilia, niſi manus operatio accederet, ſuperuacanea et fruſtranea dicentium. Quinimo tam alutarius, quam rhedarius vehicularius fabricator, duri agreſtesque homines, ſibi de perfecta curatione prius cautum voluerunt, ne artis manuariae operis neglectis, ſanitati recuperandae dum vacant, dubio euentu duplici multati diſpendio, inanes quoque facerent ſumtus. Equidem *alutarii genu dextrum, locus*, inquam, *cucurbitae, vlceribus cruſtaceis ita callo contracto obduruerat*, vt aeruginis, chalcanthi, neque calcis viuae applicatione ὑπερσάρκωσις reſecari vel abradi potuerit. Quae is, ſummo quidem cruciatu conciliato, animo tamen feroci, (cuiusnam vſus conſilio, incertum) ſaepenumero aſperſerat. Hac ratione de meo bene merendi ſtudio aut medicaminum ſucceſſu haudquaquam mihi gloriari licuit.

Exempla haec omnium languentium hiſtoriam complectentur. Operoſum enim, neque operae pretium foret, ſigillatim omnes, aut nominibus duntaxat immutatis, accidentibus ſimilibus, eadem ſingulis aegris recenſere, cum *communia omnibus* fuerint, neque quid diſcrepans hactenus obſeruatum fuerit. Quocirca conſequens eſt, vt *de origine et cauſſis* aliquid in medium proferamus. Quae ſi non cuiuis ἀποδεικτικὰ videbuntur, cogitet

tet in arduis rebus et voluiſſe abunde magnum olim habitum, munereque noſtro nos perfunctos arbitrabimur, ſi non rationi diſſona aut vero minime congrua protulerimus, loco relicto argutioribus, qui acumine ingenii penitiſſima peruaſere naturae penetralia, et non tantum veriſimilia, verum etiam cauſſarum cum effectibus vera coniunctione mutuam colligantiam quaſi ob oculos ponere, omnemque ex animo dubitationem eximere poterunt. Ordo hic erit. Diſſertatio habebitur, *an nouus ſit morbus.* Si talis, *in quam claſſem redigendus, cauſſas putatas non eſſe effectrices, nec primarias, neque proximas, non partes balnei integrales ſiue conſtituentes, non ſilices ignitos, non vaporem feruidum illinc eleuatum, non σικύαν περισπωμένην, cucurbitam,* inquam, *attractricem, non ſpiculum cuti perfodiendae deſtinatum, non vnguen, quo inflicta vulnera oblinuntur, non* denique *balneo praefectum, ſed inquinamentum aliunde aſportatum, leuibus exordiis incrementa cepiſſe, et contagioni prorogandae anſam praebuiſſe* *), vbi quaedam

*) Hic Rhodus eſt, hic ſalta. Quid tanto hiatu dignum ferat promiſſor, videbimus. Suſpicio tanti tamque inſoliti mali quaerenda in cucurbitis et ſcalpello eſt, in reliquis minime. Quae ſi ſuſtuleris, nihil amplius liquet.

de ortu et cauſſis tam ſublimibus, quam proximis adiicientur.

Extitiſſe nouos, aeuo priore incognitos morbos praeter veterum teſtimonia exemplis illuſtria etiam recentiores oſtendunt. In certa vero terrarum parte repente gigni vitia inſueta, illinc vndique diſſeminari, tam certum, quam quod certiſſimum eſt. *Stomacacen* et *ſceletyrben* GERMANICI Caeſaris ad Rhenum caſtris apparuiſſe, vitium e fonte hauſtum, antidotum illi a Friſiis herbam Brittannicam oſtenſam, veluti *mentagram* TIBERII CLAVDII principatu in Italiam irrepſiſſe, Peruſino equite ex Aſia contagionem importante. *Carbonem*, *elephantiaſin*, *gemurſam*, certis temporibus apparuiſſe, iam obliteratas eſſe, auctor eſt PLINIVS. *Colicam affectionem* in Italia coepiſſe, et per imperii Romani regiones peſtiferae luis modo graſſatam, in comitialem et paralyſin transiiſſe, (quibus affectibus medicus Italus infideli et temeraria victus ratione inſtituta praeter opinionem remedium attulit) PAVLLVS ab Aegina, ſecundus a GALENO medicorum antiſtes, teſtatum facit. Suffragium illi, ſalua veritate, ferre poſſum, qui octauum vel nonum agens annum in pannodacia noſtra, GREGORIVM WIZAKNAII, primum ingenii formatorem, virum in primis eruditum, colico infeſtatum et extinctum cruciatu meminerim. Nouus tum morbus, per vrbem de nouo morbo, nomine

nomine infauſto, peregrino, nuſquam audito, murmur ingens, haud aliter ac Romae, cum Tiberivs, edicto promulgato, valetudinem incognito *coli* nomine excuſaret. Vidimus eum artus reſolutum calcibus petere, morſu ad ſe accerſitos comprehendere ſolitum pueros, cum alias Orbilio magis plagoſus, manuum auxilio (morbo etiam impatientior redditus) ſe deſtitutum, animo angeretur. Ex eo tempore adeo inualuit et familiaris factus eſt morbus, vt populares fide digni ad me retulerint, etiam recens in lucem editos infantes ex vtero hanc luem ſecum attuliſſe, et, paucis interiectis diebus, artuum beneficio deſtitutos, omni motu priuatos fuiſſe. Quod minime miror, cum Gvilielmvm de Lippa, Perchtoldi Marsalci filium ſexennem, e colico paralyticum viderimus, vnde beneficio naturae et aetatis emerſit. Progreſſu ex illis regionibus facto, deinceps vicinam Pannoniam, Auſtriam, Morauiam, cum aliqua parte Germaniae ita oppreſſit malum, vt ingenue affirmare poſſim apud nos e denario aegrorum numero vix duos reperiri, qui colicis non conflictentur morbis, eorundemque pauciſſimi paralyſin euadant, et contumaci huic malo profligando colluctandum nobis plus eſſe, quam omnibus reliquis, quae hominem infeſtare poſſunt, aegritudinibus. Ita ante annos plus minus triginta peregrinus habitus, modo endimus factus eſt. In Italia certe iam du-

dum euanuit, (vt verum ſit morbos oriri, durare et deſinere certis locis) cui rei fidem facit vel hoc, quod neque per Gallias, vel Italiam, praeceptores noſtros publicis lectionibus colicae in paralyſin tranſeuntis mentionem habuiſſe, neque lucubrationes ipſorum litterarum monumentis comprehenſas illius meminiſſe ſciamus. Imo ſi qui illinc, vt ſolent, medicinae ad nos faciendae gratia commearint, et ex improuiſo illis occurrerit curandus hic morbus, viri alias ſolidioris ſcientiae et eruditionis, mirum, quam turpiter, antequam ei conſueſcant, ſuam prodant inſcitiam. Solus veterum praeter PAVLLVM princeps ABOALI *capite de paralyſi* docet, ceu per criſim, e colo materias in neruos proturbari, niſi hoc ſenſu collocemus HIPP. VI. Epid. Com. 4. textu 3. vbi fluentium in articulos humorum in colum factam tranſmutationem afferit, eoque arthriticum fuiſſe ἡσυχώτερον, ac ſi daretur e colo in articulos, et vice verſa materiae tranſitus. Neotericorum ERASTVS exquiſite colicam, quo pacto in paralyſin degeneret, annotauit, cui poſteritas vel eo nomine plurimum debebit.

Sudor Anglicus, violentiſſimo impetu ortus, κατακλυσμοῦ inſtar, multas obruit regiones, rapidiſſimo curſu ſuam abſoluens periodum, nomine ſolum nobis notus, dudum diſparuit. *Luem Indicam nouum fuiſſe morbum*, indignatione et ira dei, merita

merita ſupplicia poenasque noſtris peccatis irrogantis, *ex America in noſtrum orbem translatum*, qui de eo volumina congeſſerunt, ſatis ſuperque demonſtrant. Dantur itaque noui morbi, et ex prauitate humani victus, ſeneſcente ſeculo, omnibus inextricabili fato in peius ruentibus, veriſimile eſt nouos naſcituros futuris ſeculis plurimos nobis ignotos morbos. Quod etiam PROCLVS e porticu Stoicorum aſſerere non veretur, quemadmodum patrum, auorum, noſtra quoque memoria plurimas artes de nouo emerſiſſe inque lucem prodiiſſe meminimus, quarum ſcientia olim mortales latuit, plures ſupereſſe, non vana coniectura, ex praeteritis futura ſi metiemur, augurare licebit, quae aliquando in poſteritatis cognitionem ventura ſunt. Fati ſic voluitur ordo!

Hic quem deſcribendum coepimus, licet prima facie, obiter, ceu per tranſennam, examinatis ſymptomatis, nouus non videatur, veruntamen impunitate a paullo ante recitatis auctoribus ſumta, cur nouum dicere non liceat? Equidem hic inſuetus, nemini ante viſus, incognitus origine, impetu, motus celeritate, periodi ſiue decurſus exigua duratione, et quod, nullo aetatis et ſexus diſcrimine habito, quemuis impetiuerit, multis etiam peritioribus rerum naturae perſcrutatoribus admirationem peperit. Quapropter *vel nouus*, *vel inſolens* his potiſſimum regionibus, vbi nihil ſimile conſpectum

ſpectum vel obſeruatum fuit, dici iure potuit. Quid obſtat et *epidemium* nuncupari, cum πολλοῖς ἐν ἑνὶ γεγέννηται χωρίῳ, etiamſi absque pernicie vitae? At quia neminem ocyſſime exanimauit, *peſtilentis* ſiue τοῦ λοιμοῦ (διὰ τὸ μὴ πολλοὺς ἀναιρεῖν) *cognomentum* Galenici decreti ſententia textu ſecundo comment. tertii in III. Epid. Hipp. illi *minime competit.* Certe animos *aegrorum* occupauit *ſuſpicio*, non, niſi *diuinitus irrogatam labem*, cum *absque manifeſta cauſſa agmina pollutorum immani ſcabie et foeditate*, cui mors eſſet praeferenda, nouo exemplo intuerentur.

Ad quam igitur *tribum*, ſi nouus, *referendus?* Certam ſedem olim, ſi emerſiſſent, nouis priſci tribuerunt. Mentagram licheni ſubiecerunt. Plinii ſtomacacen, borealium totiusque orae illius maritimae ἐπιχώριον malum, *Schörbuykum* indigitant. Anglicus ſudor inter ephemeras letales locum ſortitus eſt. Noſtri ſi totam ſpectes ideam vel formam, accidentia vero accuratiori ſubiicias calculo, *lui Indicae perſimilem, ita, vt eundem aut illi quam maxime affinem non iniuria dixeris.* Veruntamen quemadmodum *ſimilia non ſunt eadem*, ita *hic quoque diſcrepantiam* reperire eſt. *Dolor capitis, ſcapularum, tibiae, tergoris totius vlcera foeda, puſtulae, calli, gummata, vtrisque communia*, at *alopecia, ſeminis profluuium, bubones venerei, carioſa praepu-*

praeputii vlcuſcula, quibus ſolis proditur Indicus *), *hic minime conſpecta fuere.* Friuolum hoc dixeris, cum ad eſſentiae conſtitutionem non neceſſario omnia concurrant accidentia, vt neque ad cauſſam omnia effecta, diſſonantiam leuem apparere in materia et membro, quod contagionem primario adeptum eſt, et hanc non magni momenti. Eſto.

Quid vero *de cauſſis? Indica,* etiam *lues venerea* eſt dicta, quod *vix vllus citra congreſſum venereum ea labe viſus eſt aſpergi,* contactum obſcenarum partium videtur neceſſario requirere huius conſtitutio. Eapropter membra, quae pudor occulit, et generationi natura deſtinauit, primo polluta, toti poſtea corpori virus impertiuntur. Sunt, qui *e ſtragulis et linteorum ſordidorum vſu hauſtum contagium* (atro forte cygno rarius) affirment, vel, vt praetextum ſuis turpitudinibus afferant, ementiuntur quos non multum morabimur, cum regulae de iis, quae ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſic ſe habent, tradantur. *Hic* vero *anus effoetas, ſeptuagenarias, virgines pudicas, viros ſenatorios graues, matro-*

*) Sed ne haec quidem omnia et ſemper, et in omnibus ſimul adſunt, etiamſi propria per ſe morbo gallico. Vbi primum affigitur virus, ibi etiam primum ſe prodere ſolet.

matronas honeſtiſſimas, ruſticos terra ſubigenda improbis durisque laboribus fatigatos, et qui cum aratro et ſarculis conſenuerunt, *hac ἀφορμῇ luem contraxiſſe* non modo aſſerere, ſed vel ſuſpicari quidem ratio, experientia, pudor et verecundia prohibent. Adde, quod *in balneo exordia lues coepit*, loco publico, vbi eiusmodi illecebris, (vt Cynicis belluino ritu in propatulo) locus non eſt, *neque quisquam extra balneum reperitur comprehenſus. Non coniuges ſeſe mutuo infecerunt*, non, qui pietatis cauſſa vel obſequii debito miniſteria aegris praeſtabant, contagionem ſenſerunt, vt neque ex domeſtico familiarique conſortio virus adhuc aliis impactum fuerit. Verendae et genitales partes illic vlcuſculis et callis quaſi προδρόμοις infeſtatae, *hic caro cucurbitae ſubiacens primum vlcere putruit* *). Differunt itaque nonnullis accidentibus et inuaſionis modo. Quibus non obſtantibus, *ad Indicum eſſe referendum*, vel ἀπόδειξις nos Hippocratica δήλει, ἡ ἴησις cogit, ſiquidem *iis ceſſit remediis, quibus in illius profligatione vſus eſt. Serius cognatio illa deprehenſa*, cum nullus aruſpicum, vatum vel augurum etiam per ſomnium ariolari potuiſſet, tam improuiſo et inopinato malum ignotum in plebem vniuerſam ſaeuiturum fuiſſe. Ita clanculum radices egit, et leuioribus

*) In his ſolis fomes morbi gallici latere debuit, etſi, vnde huc primum venerit, non liquet.

ribus domari deinceps cum non poſſet, ad ἐσχάτας θεραπείας neceſſario deuentum. Adde ARCHIGENIS *de conferentibus* argumentum. *Decoctio guaiaci adiuti ſunt*, cuius non pro morbi contumacia ad longiorem dierum numerum vſu prorogato, quid mirum, ſi non ex toto, et quidem radicitus extirpatus fuerit morbus? Fractae equidem ſunt eius vires, vſque adeo, vt remediis ſuccedentibus facilius poſthac expugnatus fuerit. Sudores magnum attulere praeſidium, qui aut mithridato, aut ſuccis calidioris temperamenti expreſſi fuere. Etiam qui praecipitatum turbans exhibuerunt, melius aegrorum ſuaeque famae conſuluiſſent, ſi, catharticis praemiſſis, ſudoribus eliciendis ſedulo vacaſſent. Laconico eos Euancicenſis incluſit, chalybis ferrine laminas candentes aqua aſpergens fouit tantiſper, vt cutis ſpiracula hiarent, et ſuffitui miniato iter patens corpus ſubeundi redderetur, quo tamen Zabrdouicenſem pellionem ſuffocauit. Sane *hydrargyrum vnicum luis Indicae curandae antidotum multi aſſerunt.*

Meminimus RONDELETIVM praeceptorem, *Barbaroſſaeas* celebrantem *pilulas*, imo ſeuere interminatum, ne in officinis quisquam parari praeciperet, praeſtare videlicet, calumniae vitandae gratia domi quemuis ſuos in vſus conficere aegrisque diſtribuere. Etiam ante ſexdecim annos Baſilienſem medi-

medicum primarium harum beneficio acquiſitum praedicaſſe audiuimus lucrum. *Turpetum minerale* ANDERNACVS voluminibus *de veteri et noua medicina* deſcribit, *oſtrutiumque* alio nomine vocari inquit, modum aſſumendi tradit, annotatis, quae malignitatem eius corrigere valeant, pondus granis tribus, quatuor, ad ſummum quinque definit, cum electuario roſato vel vino generoſo; puluere margaritarum electuarii diamoſchu et diambra, ex brodio nucis muſchatae, in pilularum figuram reduci iubet, ſudorem imperat, ſi bis terue aſſumatur, breui extirpatam luem pollicetur. QVERCETANVS operoſam illius confectionem exquiſitiſſime deſcripſit, ad grana octo, praemiſſis debitis euacuationibus, aſcendit. Mirari tamen ſubit, eos, qui tam tuto et impune mercurium ſuum, tam crudum, quam praecipitatum, aſſumi poſſe et ſibi, et aliis perſuadent, cum vomitariam facultatem ipſi non adimunt? Vulcano toties traditum, ſaepenumero fixum et refixum, cur per ſuperiora non definit purgare? Mitene vel benignum hoc medicaminis genus, cum ἐμετικὰ omnia violentiſſimorum cenſu habeantur? Veratri omnes praeparationes correctiuae eo tendunt, ne per gulam educat materias. Agaricum, ne parietibus ventriculi adhaereſcens, leuitate ſua innatans, vomitum cieat, in paſtillos redigimus. Tanta ventriculi et actionis illius ratio habetur, cum per πυλωρὸν cibi cocti chylum

ſenſim

ſenſim demittere, non per ſuperius os ſenſu exquiſito praeditum, conuulſionis metu materias exturbare debeat. Suntne omnes apti nati ad vomitum? Promiſcue absque vllo *διορισμῷ* omnibus datur turpetum, tam qui capite magno, collo oblongo, pectore anguſto, ſcapulis prominulis alarum inſtar, quam qui differente ſunt corporis habitu conſtituti. E loco, in quo coqui poſſunt, materias non ducendas in locum, vbi coqui non poſſunt, regula eſt GALENI *in methodo*, ergo non a circumferentia ad centrum. Materiis, quae venis ſunt prolapſae, reditus eſt interclufus. A minus principibus ad digniora foedorum vlcerum et puſtularum materiem (per *σιαλισμὸν* inquam) reuocamus, ſiquidem etiam vomitu exinanita reſtitutionem poſcant corporis membra. Eſtne rationalis medici ad fauces, laryngem, linguam, epiglottidem, guttur, animae canalem, loca, inquam, ſpiritui dicata, anguſtiſſima, illuuiem pituitae putreſcentis proturbare, vbi etiam leues anginae ſuffocationi et ocyſſimae morti occaſionem praebent? Suo vero foetore ſpiritibus infectis cordi titubationes et ſyncopes, periculum, inquam, praeceps creare poſſunt? Cauſſam coniunctam, ipſam videlicet materiam morbum fouentem, ex habitu non reuocari, neque ad viſcera deriuari, verum, ſublato quaſi nutrimento, ſua demum ſponte exareſcere et perſanari, ſaliuam autem colliquata pituita e

Mm cerebro,

cerebro, via competenti, defluere inquies. Indicae luis focus et ſedes primaria iecur *) ſtatuitur. Cur itaque cerebrum vacuatur, niſi cephalalgiam creantes eliciantur forte humores? Tantamne vim pituitae putreſcentis ſolo cerebro comprehendi, quae tot dierum ac noctium continuo decurſu, lacunae perennis inſtar ore manat, affirmabimus? Nonne idem praeſtiterint, etſi minore copia atque minore quoque diſcrimine, praeteritis vulgaribus et tutis apophlegmatiſmis, hypoglottides e foliis et ſucco tabaccae? Si tam innocuus eſt *mercurius* cur e praecipitato reuiuiſcit, et vomitu reiectus, *ab anatomicis* vero *inter membranas et oſſa crudus deprehenſus eſt*, niſi quod omnem naturae in ſeſe actionem repudiat? Vnde igitur, quam medici requirunt medicamentorum a calore natiuo depromta actuatio? Cariem oſſium num humori erodenti vel hydrargyro mordacitate ſua exedenti et perforanti etiam ſolidiſſima oſſa acceptum feremus? Illi minime, cum et ſanum corpus acerrimis nonnunquam ſuccis redundet, qui tamen non carioſa vel teredine quaſi exeſa reddant oſſa. Naturam priſtinam ignis mangonio non amiſiſſe argumento ſunt anuli et numiſmata aurea ore detenta, momento et vnico protinus afflatu hydrargyro dealbata. Quo loci absque

*) Haec et alia, quae ſequuntur, ex falſa ſeculi coniectura.

abſque ſcelere ſilentio praeteriri non poſſunt bullae lotio innatantes, hydrargyro obductae, ex hiſtoria praeceptoris, ALEXANDRI PETRONII, Romani medici glorioſiſſimi, argentum viuum nimirum et per veſicam emictum teſtantes. Medicamentum tum vere dixeris, cum naturam mutat ilicet, omne tamen agens agendo repatitur, neque eſt de medicamenti eſſentia, vt, natura proſtrata, ipſum intactum de illa triumphum agat, aut, ceu PROTEVS, varias formas ſubeat, ac tandem, actione abſoluta, in ſeipſam reuertatur. Vlceribus κακοηθεστάτοις aſperſum aut adipi permiſtum ſi illinatur, quod praeſentaneum ſit remedium, etiam vulneribus pila e tormentis exploſa inflictis, extra omnem eſt controuerſiam. Idem teſtatur et MONARDVS, Hiſpalenſis medicus, cum venenata etiam vulnera ſublimati vſu tam hominibus, quam pecoribus perſanata dicat, illius vero ob caritatem inopia ſuccum tabaccae vicariam praeſtitiſſe operam certiore euentu exemplis comprobat. Atqui *nec ſublimatum intra corpus recipitur*, neque ilico argumentari licebit, ſi externis membris vulnere diductis competit, etiam intra corpus periclitandum aut eosdem ſucceſſus ſperandos.

Praeſtiterit igitur *mitioribus* primum in experiundo palmam tribuere, puta *ligno ſancto*, aut ſi contumaciorem ſe praebuerit morbus, ad *vnctiones*

 prius,

prius, demum *ad ſuffimigia* etiam inuitis prouoluendum erit, Celsi auctoritate in attonitorum phlebotome conſulentis, ſatius eſſe anceps auxilium experiri, quam nullum, potiſſimum, cum dubia ſpes certa deſperatione potior exiſtat. Proinde *quaecunque noſtro morbo profligando conduxerunt, omnia a luis Indicae cura ſumus mutuati*, vt iam vulgo quoque ſit perſuaſum, tam ſymptomatum, quam curae ſimilitudine (per ἀντονομασίαν noſtri, curam, quemadmodum Galli diaetam vocant) *Gallici hunc morbi non tam ſimulacrum, quam ſpeciem eſſe*, niſi quod aliunde, quam commercio venereo contrahi poſſe, noſtris nunquam ante auditum fuerat. Sudoribus cicuratum malum, et iis quidem natura vel arte expreſſis. Kodroffskivs, eques Polonus, exercitiis et concitatioribus curſitationibus multos dies ſudori eliciendo occupatus, nullo vſu artis praeſidio libertati ſe vindicauit.

Hiſtoriae tradunt, *Iudaeos e Baetica in Mauritaniam tranſportaſſe luem veneream*, illic propriis et peculiaribus et propriis peſſum ire antidotis. Qui vero in vlteriorem Numidiam aut Nigriticam Aethiopiam ſe conferunt, ſolius caeli feruentioris beneficio *ſolibus peruſtos* absque remediorum *integritati reſtitutos*. Cauſſa in promtu eſt, quandoquidem *flagitioſos homines ad remos condemnatos inedia violentiſſimaque corporis*

exagi-

exagitatione luem exilio multaſſe perpetuo ſaepius obſeruatum fuit.

Poſita vel repetita itaque hypotheſi, neminem extra balneum inquinamenti ſemina hauſiſſe, conſequens eſt, vt diſquiramus, ordine recitatis *balnei partibus conſtituentibus*, *vndenam primario labes, ceu a fonte, emanare et ſeipſam propagare potuit.* Aedificio ſeu ſtructurae vniuerſae vitium tribuere dementiae foret, cui nulla in corpus datur actio, neque contactus. *Ad aerem* porro recurrendum foret, vt neque apodyterio, vbi prius lauaturi veſtimenta exuunt, niſi in iis latuiſſe virus dixerimus. Fornax praeterea ſeu caminus ardens viſitur, ſub cuius teſtudine materies ſubſternitur igni ſuccendendo. Supra teſtudinem aceruus exardeſcentium ſilicum congeſtus, cui humore affuſo vapor excitatur feruidus, qui partim ſpiratione hauſtus, partim corpus totum ambiens et ſubiens calorem natiuum torpentem exſuſcitat, vt, mutuis coniunctis operis, humores tenues ſuperuacaneos per ſenſum fugientia cutis ſpiracula ſudoribus extrudant. Aqua deinceps tepida corpus probe fricatum, ſordibus ſtrigili, pumice vel panniculo aſpero exterſis, abluitur. Calfacto corpore, ſanguine cum ſpiritu euocato, quibus cordi eſt, medica affigitur cucurbita ſcalproque chirurgico penitius adacto, epidermis, nonnunquam vera cutis

cucurbitae ambitu comprehenſa perfoditur, repoſitaque cucurbita, ſanguis e capillaribus venis elicitur (ſcarificationem σικύαν μετὰ καταχασμῶν, vt inanem κόυφην dicunt) quae repetita non leuem cruoris educit pro impactarum numero et corporis plethorico habitu quantitatem. Deliniuntur poſtmodum ſtigmata ſeu vibices vnguine aliquo, tam vt ſcabritiem e punctura contractam tollant, et vt, dolore mitigato, conſolidationi ſubſeruiant. His vulgus ſemina latuiſſe exiſtimat, vel a balnei praefecto, collega, miniſtrantibus ſeruulis et ancillis, promanaſſe conſtanter aſſeuerat. Perſuaſionem hanc, antequam mentibus eximamus, conſiderandum erit, *quid naturae tam inimicum ex toto balneo vel eius partibus exhalare emergereue potuerit*, aut *qua induſtria quoue humano artificio venenum ita praeparari potuerit, vt labes ſe ipſam ita propagaret*, demum *an venenum vel contages fuerit*, determinandum erit. Vlcera putruerunt, tetrum olens ſaliua purulenta ſuo foetore putredinem indicauit, ergo μίασμα σηπεδονῶδες. Venena, nulla inducta putredine, ſola vi letali, quam deleteriam medici dicunt, interimunt. Venenorum nulli communis ſit malignitas, ſed necato animante, progreſſus eis interdictus. Atqui *propoſito* nobis *morbo quamplurimis commune fuit malum.* Scopus veneni interitus, contagionis non primarius, ſed vt alteri ſuam impertiatur malitioſam qualitatem, neque perpetuus,

tuus, cum, paucis exceptis, hac noſtra omnes letum euaſerint. Venena e diametro cor oppugnant et ſaepius expugnant, hoc malum ſtatiua circum iecur habuit caſtra. Ergo reuera et proprio ſignificatu venenum eſſe non potuit, quod ingenio humano confici (lurida terribiles miſcent aconita nouercae) quidem poteſt, at vim ſerpendi, virus communicandi, in quosuis obuios transferendi, natura ſpeciei conſeruandae ſtudioſe prouida, ne in immenſum ſceleratorum effrenis excreſceret malitia, illis denegauit. Arti vero naturam ſuperare in agentibus naturaliter conceſſum non eſt.

Cuius igitur generis delibuta fuit fornax et ſilices? Quidnam deleterii pharmaci vaporem, aquam aut ſpiculum polluit? Quid virulentiae ſub cucurbita latuit? Quid adipi permiſceri potuit, quod laxis habenis ita graſſaretur, ſiquidem venena priuata ſunt, non publica mala, et *contagioſam luem arte excitari poſſe nunquam fuerit obſeruatum?* Exſtant exempla facinoroſorum hominum, qui e peſtilentibus cadaueribus decoctis pharmaca conflarunt, et peſtilitatem pluribus communem in vulgus ſparſerunt. Vt hic authorum fidei nihil detractum volo, ita *nusquam auditum contagia venerea aut Indicum morbum eiusmodi machinamentis diuulgatum*, cum craſſiorem contactum hactenus omnes ſcriptores deſiderauerint, licet ratione contagii

 com-

commune id habeant cum peſtilitate, vt ſeminaria et fomitem a ſe relinquant, vnde, habito maioris et minoris, ſeuerioris inquam et benignioris contagis diſcrimine, celerius aut tardius quis ea poſſit malignitate imbui. *Peſtis arte inuehi poteſt, ergo et lues Indica.* Nulla haec nituntur conſequentia. Teſtudinem, cui pyra ſubſtruitur, vel ſilices ignotos, quis illitos pronunciabit, igne rerum omnium domitore illic ſummis gradibus conſpicuo? Venenum poſcit exceſſiuos qualitatum gradus, ideo nihil ſimile generare poteſt. Calori hic iuncta ſiccitas quid parturiet? Seminaria et fomes contagii aliquid humiditatis depoſcunt, cuius in flamma nulla aut exigua admodum portio. Contagium putredinem producit, at praeter ignem omnia putreſcere poſſe philoſophus ſtatuit, hunc ſolum immodica ſiccitate putredini reſiſtere docens. Quam igitur luem medio igne inueſtigabimus, quo etiam duriſſima metalla luſtrantur, et perfectionem adipiſcuntur, omniaque illi iniecta tandem conflagrant.

Par *de vaporibus affuſione aquae e bullulis eleuatis* iudicium eſto, ſi orta atteſtabuntur principiis. Fouemus interdum valetudinarios balneis artificialibus, decocto herbarum odoratarum laminis ferreis aut lapidibus excalfactis aſperſo, vbi vapor odorem, qualitates et vires denique omnes decoctio-

coctionis refert. Balnei feruens vapor nullam manifeſtam ſub ſenſum cadentem prauitatem prae ſe tulit, nihil olidum naribus, nihil nebuloſum vel obſcurum caligine oculis obiectum fuit, vnde vel leuis coniectura luis praeſentis capi potuiſſet. Quae ſi *a lapidibus* exordia coepiſſet, praeteriri minime poterant. Vaporem tamen illum diſtributioni contagis et promulgationi ſtrenuam non nauaſſe operam, inficias nemo iuerit, ſed primam et praecipuam illic ſedem ac mineram ſiue originem ſtatuendam pernegamus, niſi ſubiecta, vnde vaporoſi halitus exſpirarunt, vitio non caruiſſe prius probatum fuerit. Oportuiſſet denique omnes, qui eum intra viſcera ſpiratione hauſerunt, non ſolum eos, qui cucurbitas admiſerunt, pari ratione infici. Si *aquam* accuſauerimus, vel ea, quae ignitis lapidibus affunditur, corruptelae expers non fuit, vel qua vniuerſum corpus proluitur, *pollutam* oportuit. Neutrum iure affirmari poteſt. Si quid in priore labis extitit, igne correctum vel conſumtum fuiſſe eſt neceſſarium, hac vero cum totum corpus non ſemel atque iterum, ſed ſaepius obruatur, veriſimile fuiſſet, cutem, quae primo aquam excepit, eiusque alterationi expoſita fuit, primum fuiſſe perpeſſam non per partes, ſed totam, cum aeque vnum ac alterum membrum tinctum immerſumque lauacro fuerit. Conſuetudo item obtinuit, vt, poſtquam ſudoribus prope diſſoluti fuerint, foe-

dis cutis furfuribus abraſis, in ſolium praecipites ſeſe dedant, illic longam nectentes moram deliciando cunctentur. Id, eodem aheno hauſta vnda, repletur, calor frigida eodem puteo extracta temperatur. Cur itaque non vniuerſum corpus ilico porriginoſa ſcabie, tumoribus puſtulisque defoedatum, quatenus tota cutis tacta eſt, apparuit? Deinde μιάσματα tam fluido ſubiecto cohaererene potuerant? Viſcidam ſubſtantiam, quae facile diduci, contagium diutius aſſeruare, vt continuitate multiplicari poſſint, ἐκκρίσεις pro ſubiecto poſcunt. Humidum alieno facile, ſuo aegre coerceri poteſt termino. Seminaria oportuit eſſe potentiſſima, quae et puteum inquinauerint, et ignis conſumentis vim, dum ferueſcit aqua, effugerint, illic vero frigus ſcrobis ſubterraneae vicerint eique inſederint, vt paucitatem vaporum et eorum quoque imbellium, ſi cum calore contuleris, qui e frigidis rebus exhalare ſolent, praeteream. In vſum ciborum elixandorum venit aqua, penitius intra corpus aſſumta nullam peperit noxam, itaque in exceſſiua humiditate contineri potuiſſe, quin diffluerent aut inertia redderentur ſemina, docere prius oportuit *).

Cutim

*) Quam diſertus et loquax in mala re auctor eſt! Quam miſere ſe torquet, vt, in quibus contagio eſſe non potuit, verboſius explicet. Hoc enim eſt labis

Cutim dixeris pollutam. Exigua cucurbitae ſubiectae portiuncula, quam feriit ſcalpellum; recepit inquinamentum. At diligenter abſtergere cutim ſuperficie tenus aqua vel madore perfuſam, antequam adhaereſcat cucurbita, in more poſitum habent artifices, vt culpa in aquam minime conferri queat. Qua cum omnes aeque perfuſi ſint, rationi videtur conſonum, omnes, non modo, quibus cucurbita impacta fuerat, offenſam perpeti debuiſſe. Secus accidit. Par *de cucurbita* ratio. *Si in eis occultatum delituiſſet virus, omnium veſtigia putredinis conceptacula fuiſſent.* Atqui duae vel tres ad ſummum, vna plerumque, pro proportione et numero inhaerentium cucurbitularum exulceratione moleſtata fuit. Innumerane ponemus aut continuitate in infinitum producta ſeminaria, quae ſigillatim quamque et centenarium numerum longe excedentem infecerint cucurbitam? Vtrumque ratione diſſonum, vt hoc impoſſibile, ita et illud, quod, ceteris intactis, vni vel paucis adhaeſerit contagium, cum natura non *ἐκ τῆς προαιρέσεως* agat, non plus huic, quam alteri vicinae inſtillauerit,

labis venereae fere proprium ac priuum, vt, quo loco prius acceptum inflictumque ſit, eo ſeſe primum prodat, nullum ergo in hoc caſu praeter cucurbitam et ſcalpellum inſtrumentum ſuſpectum eſſe debuit.

rit, neque artifex caedem molitus vnam prae reliquis notatam habuerit. Praeterea priusquam impingantur cucurbitae *), ſolertem iis aqua tepida abluendis curam adhibent, eas diutius macerant, et qui balneatorum ſuſpectas habent fraudes, ipſimet crebrius fricant, abſtergunt et tam intus, quam foris, ne quid ſordium aut immunditiei adhaereſcat, ſolicita indagine perquirunt. Delicatiores e locupletibus, repudiatis vulgaribus, aeneas ſecum domo deferunt cucurbitas. Quid reliqui imbutae contagioni ſupererit, quominus extorris a tot ablutionibus reddatur? Si quid ſuperſtes remanſerit, flamma cucurbitae incluſa, nonne ei abſumendae ſufficiet? Imo cum ad ſe trahat cucurbita, ſi quid cuti ſubiaceret virulentiae (quatenus ſeſe exporrigeret ἐπισπαςικὴ vis ſua) violentius euocaret, quam vt illi putrefacientem impertiretur malignitatem, cum aliorſum propellendi deſtituta ſit facultate. *Vel* igitur *omnes cucurbitae fuerant inquinatae*, *aut omnes immunes eſſe oportuit* **). Neutrum

*) Aut in his vitium erat, aut nuſpiam, neque refert, ſciens, an inſcius homini gallica lue aegro cucurbitas prius admouerit, deinde reliquis, neque quas vrget cautiones, huc aliquid faciunt, cum hoc in caſu eas vere fuiſſe adhibitas nuſpiam demonſtratum ſit.

**) Neque tali argumentandi ratione opus erat, quae ſophiſtam decet, medicum dedecet. Impura cucur-

trum verum. *Ergo luis origo illis accepta ferri minime debuit.* Si *ſpiculo, minutulo ferramento, cutim perfodienti impactam dixerimus luis materiam,* in eundem impingemus lapidem. Cur non omnia loca ſcarificata putredinem conceperunt? Cur vni ſoli vel paucis numero ea communicata? *Phlebotomum ſpecillum* cum genuinam pellem altius ſubierit, *veriſimile eſt,* parietibus membri ex vulnere inflicto diuulſi e veſtigio adhaeſurum, ſi quid ineſt toxici, neque reliquum futurum, quod ſecundo vel quinquageſimo ictu, cum vi adactum aegrius reuellatur, communicetur. In infinitum non datur actio, neque progreſſus, infinita non fuit vis, neque fomes immenſus. *Si extrinſecus,* vt ariolantur, ſpiritu vel afflatu illi fuiſſet virulentia attributa, crebram de integro cuſpis illitionem aut afflationem reiteratam poſtulauiſſet, quod in tam numeroſis puncturis velociſſima operatione fieri non potuit, aut *ſi forte tentatum* ſuſpicionis crimine et reprehenſione vix caruiſſet. E napello toxicum qui conficiunt feris interimendis venatores, (eius merito Hiſpani *h erua dellos balaſtrieros* indigitant *) ſpicula aut ſagittarum mucrones

cucurbita vel ſpiculum virus cum vulnere communicare debuit, pura minime.

*) Hunc morem ſucco ellebori albi, non napelli, vt auctor ait, ſagittas inficiendi copioſe ac curate deſcripſit Crato l. cit. p. 226.

nes ad cuiusuis ferae ictum abſumto veneno, denuo relinire neceſſe habent, eoque vaſis e bouis cornu affabre factis inditum circumgeſtant. Huc accedit, quod, abſoluta vnius aut alterius ſcarificatione, hebetioribus redditis, ad cotem vel lora in hunc vſum confecta denuo ſcalpellis obtuſis acies inducitur, ſplendore vna allato, qui nihil ſordidum inhaeſiſſe, quod vel actionem celerem cunctando remorari, vel infligendo vulneri venenum transfundere potuiſſet, manifeſte arguit.

Pinguedine delibuta redduntur ſtigmata, remotis iam ſcarificatione finita cucurbitulis. *Ea latuiſſe abraſum virus* *), ſunt, qui ſuſpicentur. Quisnam eo ſeminaria abdidit? Quo artificio eo occultata aut incluſa ſunt? Seuum olei loco lucernis noſtri materiam flammae ſubminiſtrantes adhibent. Illi quo pacto permiſceri potuerunt *μιάσματα*, cum naturae ſolius ſit tota per tota miſcere? Cur artifex vngens frequenti tractatione non impetitus prius,

*) Fac, aliquem morbo gallico infectum, praemio propoſito, miniſtrum eo adegiſſe, vt cucurbitularum appoſitu puſtulas cutis foedas tollendas curaret, (cupiunt vero hoc etiamnum multi cute prurientes) deinde pro ſimplici pinguedine vnguentum neapolitanum ſuperilleuiſſe. Tunc, quid de ſymptomatibus ſubſecuturis dici debeat, facile eſt.

prius, quam vnctus? Vnius cucurbitae veſtigium cur putredinem concepit, omnibus ex aequo delinitis? Deinceps ignis accenſo ellychnio nonne potuit, ſi non prorſus abſumere, attamen aliquantiſper corrigere virulentiam illam? Eadem repetitur κράμβη.

Extremo ſuſpicionibus tantum fuit indultum, vt affirmarent Adamvm cum collega Ambrosio *Indico morbo laboraſſe*, et opera chirurgi Euancicenſis reſtitutos olim fuiſſe, nunc etiam exuuias quaſi veteres rediuiuas contagio occaſionem dediſſe. Hi contra conſtanter pernegare factum. Eſto. Quadriennium abiiſſe dicunt. Cur modo prorupit? Vbinam hactenus latitauit? Ex eo tempore aliquot hominum myriades iis ſe proluerunt balneis, nemine eorum labem vllam aut affectionem perſentiſcente, licet iidem lauantibus, neceſſariis exhibitis miniſteriis, continuo adſtiterint. *Recens tum et magis efficax contagium, quam inueteratum modo erat.* Coeca dices occultaque ſeminaria, neque de neceſſitate eſſe, vt ocyſſime emergant, plus nimirum flagitare temporis, et poſſe diuturnioris temporis ſpatio morbos repullulare, qui iam tenebris opacis abſconditi et ſepulti iudicabantur. Cur autem hac, quam illi comminiſcuntur recidiua, ſecurum et immune vniuerſum fuit famulitium? *Miniſtrantes* prius pollutos oportuit, ſi propagari

ipſorum

ipſorum conſortio debuit labes. *Omnis* autem *maculae expertes fuiſſe, non ſcabie, puſtulis, cephalalgia artuumque cruciatibus diuexatos*, omnibus in confeſſo eſt. Antidotis inquies ſe munierant. Quibusnam, obſecro? Inter luis Indicae cautelas potiſſimum venereae illecebrae notantur, vt, qui ea corripi non volet, feminarum congreſſu abſtineat, et arctiorem cum infectis conſuetudinem fugiat. Noſtris hominibus mehercule hac lue nihil praeſidii attulit abſtinentia iſta, cum aliunde manaret contagium. Adoleſcenti vero, cui perfodiendi pellem partes erant aſſignatae, quam ignominiae notam inuſſerimus! Eandem is ſubibit aleam? Haerent. Ex iis liquido quiuis aeſtimare poterit, non e cauſſis putatis ortum inquinamentum, ſed aliam ipſius origini cauſſam comminiſci oportere.

Contagioſum, non venenatum nouum hunc eſſe morbum, ſupra cum conſtitutum fuerit, neceſſario perueſtigandum de origine illius certam ſcientiam habituris, *an conditiones in contagio requiſitae illi affuerint, nec ne?* Alioqui in vado, quod aiunt, haerebimus. Ad conſtitutionem contagii concurrunt putredo, et quidem non vulgaris, ſed quae totam ſubſtantiam reſoluat, e qua emergunt halituoſi vapores, non quidem inanes, quae ſolam vim aut qualitatem nudam, verum etiam portiunculas

culas quasdam ſubſtantiales (vt ſemen totam plantam in ſe continet) aut eſſentiales tota ſubiecti corporis natura praeditas ſecum vehant, quarum ea eſt virtus et efficacia, vt putredinem in ſpecie ſimilia corpora traducere, et eandem iisdem diſpoſitionem impertiri, vt nihil interim de ſubiecto, vnde prodeunt, decedat, poſſint, ſed, origine a corpore polluto (vndecunque illud contaminatum fuerit) ducta, exſuſcitentur vapores viſcidi ſeminariis putridis referti, qui transferre poſſint affectionem putridam in ſpecie ſimilia ſubiecta. Vt igitur in omni alteratione perpendendus terminus a quo et terminus ad quem, ita res, quae propagare debet contagem, oportet, vt ſit putrida, vt vaporem ex ſe mittat, eumque imbutum dotibus, quibus et ſubiectum, vnde emanauerat, et eandem ſpecie diſpoſitionem alteri communicet. Neque prius germano ſenſu genuinoque ſignificatu dicetur contagio, niſi cum ſubiecto, e quo deriuatur, et in quod transfertur inquinamentum, eadem contaminatione aſperſa fuerint, etiam ex agentium et patientium relatione mutua, cum agens non poſſit ſuam formam imprimere paſſo, niſi prius ipſum eadem qualitate imbutum fuerit.

Quam in camino, ſilicibus, aqua, cucurbita, ſcalpro ferali, vnguine, ſtatuemus putredinem? Eſtne animantis aut inanimatae rei accidens pu-

 tredo?

tredo? Morboſamne illis tribuemus diſpoſitionem, cum neque valeant, neque viuant? Differentem toto genere effectum tribuemus cauſſis putatis? Suppeditabuntne qualitatem paſſo, qua ipſa deſtituuntur? Inficientne *) aliquid ſpecie diſſimile? Cum vuae, poma, pyra, non lignis aut lapidibus putredinem inſinuent, ſed ſibi ſimilibus fructibus, cur ſupra recitata balnei inſtrumenta eandem humano corpori impertientur? Quaenam inter haec cognatio vel συμπάθεια vel in partibus integralibus, aut tota temperatura? Quid vaporoſi effluuii manabit e ſilicibus, cucurbita, ſcalpello? Tantundem liquoris, vt e pumice aut ferro expreſſeris. Aqua vero ratione frigoris et paucos edit vapores, eosque ab obuiis quibuscunque ſuperatu faciles, malus vero diuturnitatis cuſtos ob liquidam et fluidam ſubſtantiam, eoque viſcoſa ſeminaria neque coercere, neque continere tantiſper, vt validiorem impreſſionem faciant, poteſt. Aduentitio feruore ſi incaluerit, vt ille eſt prope momentaneus, ita, eo ſolum vertente aliorſum, faceſſit etiam vis putris, illi ſi qua irrogata fuerit. Adeps licet craſſus, frigore concretus, ratione tamen pinguedinis aliquid aereum obtinuit, cuius

*) Quam vana auctoris ſapientia, quam irrita opera, cum neque veram contagii venerei notionem animo informatam habere videatur!

cuius merito diſſolutus et calefactus vaporem ederet quidem, at num ille putridus eſſet futurus, et an putredo vera illi competeret, neminem aſſerturum exiſtimo.

Si igitur omne contagium in ſimili neceſſario conſequetur e natura contagii, cum homines contaminati fuerint, *labis principia ab homine* quoque *dimanaſſe.* Idcirco oportuit balnei praeſidem publico hypocauſto infectorum medelam inſtituiſſe, illos vaporario eodem fouiſſe, aut ipſummet, pilicrepos, ciniflones ceterosue balnearios miniſtros, vel domeſticorum vnum aut plures pollutos aliis luem communicaſſe. Si hoc probari non poteſt, reſtat, vt dicamus, *quempiam illic lauiſſe, qui prius Indico morbo infeſtatus ſeminaria contagii* hinc inde vaporis tepidi adminiculo *diſſeminauerit.* Praeterquam quod balneator pertinaciſſime factum pernegat, eius innocentiae etiam hoc patrocinari videtur, quod qui hydrargyro vnguntur, aut fumo e cinnabari torrentur, per continuos dies decem, viginti, plures aut pauciores, prout rei exigit neceſſitas, execrandum hoc curationis genus ſuſtinere neceſſe habent. Vacare aegris quidem licuit diebus intercalaribus, at cum publica (quod ter quauis reiteratur ſeptimana) proſtabant lauacra, quorſum migrare fecit aegros? In aliud inquies conclaue. Atqui omni aere toto curatio-

 nis

nis tempore illis interdictum, neque absque vitae diſcrimine aeri frigidiuſculo ſeſe exponere poſſunt, ſudatoriis perpetuo incluſi, quantum cenſes in toties repetita transmigratione fuiſſet periculi?

Si olim ipſe vel ſuorum quiſpiam fuit commaculatus, *latuit forte fomes ſeminarii in ſtragulis vel veſtibus* (vt accidentia ſuis cauſſis tecta ſaepe occultantur, vt ſenſus quoque fallant) *qui* tandem exſuſcitatus *contagii auctor* fuit, vt cauſſa, quae aeri primo vel corpori tangenti aut aſſumenti communicauerit perniciem? Huic tamen aſſertioni repugnat vomica ſub cucurbita, vbi fixa videtur fuiſſe putredinis baſis. Hiſce ambagibus facilius nos extricabimus, neque tot difficultatibus inuoluemur, ſi *culpam in externum quempiam coniecerimus*, quod minimo negotio propugnari poterit. Adiit balneum ibique lauit vehementer hoc ante infeſtatus morbo. Licuit ipſi. Tantos enim balneatorum auaricia fecit progreſſus, vt cuiuis ingredienti promiſcue et impune fores pateant, nullo diſcrimine opum, gradus vel dignitatis habito, nullo examine pollutorum et contaminatorum ab iis, qui macula omni carent, inſtituto. Thermis agro Vienneſi lege ſancitum, ne quis vlcere, ſcabie aut alio cutis vitio notatus ſeſe proluat. Praefecti partes ſunt, vbi leuis apparet ſuſpicio, ampla cum poteſtate perſcrutandi etiam nudos,

nudos, et ſi quid macularum apparuerit, eum arcendi aut in ea loca, quae in vſum defaedatorum ſeparatim exſtructa ſunt, delegandi, quamuis et hic

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas

dixerit quiſpiam. Si fidem tuis coniecturis adhiberi velis, digito commonſtrato et dicito, hic eſt. Ocularis ſane demonſtratio omnem animis eximeret dubitationem, neque hic labor nobis aſſumendus fuiſſet. Veruntamen in tanta colluuie hominum, loco omnibus peruio et patente, corycaeos quosnam inſtitues? *Quid ſi plures fuiſſe dixerimus?* Ex tam multis exiguo interuallo temporis corruptis ariolari non vana coniectura licebit, *non vnum ſolum fuiſſe.* Ter quauis hebdomada calefiunt hypocauſta, cateruatim eo aduolant omnis generis homines. Artifices manuarii, hebdomadario penſo abſoluto, etiam ſole iam occiduo, agminatim eo confluunt. Ruri qui habitant, ruſticanis laboribus exantlatis, ſudore et horrido paedore foediſſimi exoneratum ſordes gregatim huc concurrunt. Quid impedit, quo minus in tanto numero ſupina balneatorum negligentia aut importuna argenti ſiti fameque aliqui lue Indica iam marcidi clanculum ſeſe ingeſſerint? Si ſub crepuſculum veſpertinum ingrediantur, etiamſi vlceribus ſordidiſſimis ſcatuerint, quis animaduertet, cum tenebrarum beneficio vlcera et

telephia facile quiuis occultauerit? Patuit acceſſus, vt ſupra retulimus, etiam Apellis recutitis duobus Hunnobrodenſibus impuriſſimis, alias a conſortio Chriſtianorum abigendis, quos etiam antea labe non caruiſſe vel hinc ſuſpicari licet, quod alter non longo poſt tempore vitam cum morte commutauerit, alter in lepram, morbum magis horrendum, inciderit. In Italia et Galliis morbus hic familiarior eſt, attamen gentis inſtituto publica balnea vel nulla, aut vix vni vel alteri peregre aduenientium frequentata, neque niſi per vices, cum has delicias non tanti faciant, vel priuatas metu pollutionis locupletiores inſtituant, lauare conceſſum, tum inuitis lauantibus, balnei non datur ſuperuenientibus, niſi primi exceſſerint, poteſtas. Eapropter hac via malum communicari non ſolet, cum alia compendioſiora luis adipiſcendae aucupia in vſu habeant.

Proinde *infectus vel infecti balneum ingreſſi*, corpore concalefacto, flatu ſiue ſpiritu aerem polluerunt, vel per contactum vicinos aſſidentes coinquinarunt. Si *per aerem labes propagata* fuit, tunc neceſſario e corrupta ſubſtantia infecti emerſerunt corpuſcula putredinis ſemina continentia, quae vel *νοσερὰς ἐκκρίσεις*, *μιάσματα σηπεδονώδη*, *πνεῦμα φαῦλον καὶ βαρὺ*, *ἀποῤῥοὰς* vel *ἀποκρίσεις* nominaueris, nihil intereſt, modo de re ipſa conſti-

conſtiterit. Seminaria illa balnei tepido vapore recepta ſeſe inſinuauerunt corporibus aliis, vel per hiantia corporis ſpiracula vel viis ſpiritus hauſti labem aere corrupto propagauerunt. Quod ſi craſſiorem contactum requiſiueris, infectus incaluit, ſudore diſſolutus, toto corpore corrupto virus extruſit, tum ſordibus cutis abſterſis (ob frequentiam lauantium crebro, vt ſeſe mutuo contingant, vſu venit) vicino aſſidenti eas impertiuit, ita cuticularibus meatibus reſeratis, facile ſubiit contagii ſeminarium. Prior modus ob corruptorum copiam veriſimilior, cum iſti aduerſetur locus putredinis cucurbita medica quaſi coercitus, quo ſordes vix pertingere potuerunt.

Tam leuiane dixeris horrendae luis primordia? Plures eodem tempore infecti eos, ceu qui a ſcorpio icti ab eodem medelam depoſcunt, in balnea recurriſſe ſuperius narratum, vnde malum conſequuti fuerant, remedia illinc flagitabant, et pro theſauro carbones reperti. *Iterum et tertium repetebant cucurbitas*, quae non, niſi vaporario hypocauſti, ſanguine excalefacto et foras euocato, affiguntur. *Quo plures eo concurrerunt, magis auctum contagium.* Praeterea, *morbo inter initia occulto*, furtim ſuſcepit incrementa, minus prouidis hominibus a conuerſa-

tione illorum nemine abſtinente, tum ſenſus fallens omnes, radicibus iam actis, primum fuit conſpicuus, cum iam vniuerſus ſanguis corruptus fuiſſet. Sic putredo aucta, inualuit contagium tam in quali et quanto, ita multiplicata ſeminaria. In maiori quanto maior virtus, ita increbreſcentibus morbidis, eoque confluentibus ſubinde maiores vires concepit vis contagioſa. Quid ſi addamus ſeminaria fuiſſe adeo viſcida et ſordida, vt parietibus balnei etiam et ſtragulis aut aliis indumentis, conclaui ſpoliario adhaeſerint? Ter quauis ſeptimana calfactis balneis, fomes illic aſſeruatus reuixit, et infectionis propagationi non leues tulit ſuppetias. *Ecquid de cucurbita?* Cur illic baſis fuit putredinis? Quo pacto eo confluxit vis contagioſa? Nulloque alio loco ſenſibus primum, quam illic ſeſe ſubiecit labes? Hoc opus, hic labor eſt. Cucurbitam cuiuis ſedi vehementer impactam magici incantamenti inſtar ad ſe trahere cum GALENO profitentur medici. Lanceola epidermide diſciſſa, ſanguinem violenter extrahi αὐτοψία docet. Luem intro iam receptam ſpiratione vel contactu ante conſtitutum fuit. Quid igitur impedit putredinis ſeminaria *ab efficaciſſima cucurbitae vi attractoria eiusdemque operatione velociſſima*, antequam alibi ſedes figerent, in eum locum pertracta fuiſſe? Attrahere dicitur fuga vacui *cucurbita*,

bita, carnem ſubiectam primum calefacit, quae deinceps rarefit, daturque ſpatium ſpiritus aut vaporis exhalationi, quam ἄδηλον διαπνοὴν vocant, accedentibus vulnuſculis, tenuior primitus, poſtea et craſſior ſanguis exudat. *Contagioſam vim huc initio conceſſiſſe*, non ſolum coniectura, verum etiam ἀποδείξεως inſtar eſt φλεγμονὴ, *ardor, rubor, dolor, puſtulae circumquaque effloreſcentes, quae in foedum abſceſſum terminatae ſunt*, cum neque putredo contagioſa ἄνευ ὑπεκκαύματος fieri poſſit.

Contrarium ſentire videntur auctores, qui non ſecus ac leporem marinum pulmonibus inſidiari, torpedinem neruis ſtuporem conciliare, ita etiam *Indicum primo protinus occurſu iecur occupare* firmiſſimis ſtabiliunt argumentis. Affirmari hoc noſtro morbo id minime poteſt, prima ſcilicet fronte aut primo occurſu vim hepati eſſe illatam, ei vero tandem communicatum, nullus inficias iuerit, argumento e ſymptomatum natura et eorundem congerie depromto. Hippocraticum eſt: *Vbi dolor, calor, frigus, ſudor, ibi morbus*, ergo et cauſſa vel humor morbum procreans. At *non, niſi ambitu cucurbitae caro comprehenſa initio doluit?* Imo diuerſitas locorum in diuerſa traxit morbi materiem, vt, ſi circa ſcapulas, dorſum, genua, adhaeſiſſent cucurbitae,

eo ſtatim deriuaretur malum adhuc ὀργάζων. Tam anguſtisne finibus lues coercita horrendorum ſymptomatum author exſtitit? Solum vlcus principio curationem poſtulabat; (quod ante pedes eſt, vulgus perpendit). Illac educi contagioſa ſemina oportuit. Illud conſolidatum materias aliorſum praecipites ferri iuſſit, hinc dolores atrociſſimi artuum conſequuti. Imperitia itaque chirurgorum ſubſidia porrexit luis incremento. Loco affecto ἀποκρουστικὰ, feruorem extinguentia, actu frigida, adhibuerunt, omnibus autem cutaneis affectibus, contagioſis et venenatis morbis, a circumferentia ad centrum repulſio interdicta. Tabaccae liquor (licet herba et ſuccus palato acrem et vrentem exhibeat facultatem) cum ſub altercorum claſſe collocetur, refrigerantem et repellentem vim obtinuit. Lac virgineum, vnguen roſarum, refrigerans GALENI et alia id genus appoſita contagioſam vim repulerunt intra corpus, tum illa mineram ſuam ſeu focum, iecur nimirum, petens ſanguinem paullo poſt totum corrupit, qui, toto peruagato corpore, nutriendi beneficio praeditus, pabulum membris pollutum αἱματώσει vitiata exhibuit tale, inquam, qualis ipſe iam corruptus fuerat. Hinc *ſcabies foedae*, *vlcera telephia*, *dolores artuum*, longo examine originem traxere, et reciproco quaſi itinere ſanguis oberrans modo ad contagii baſim, illinc

illinc vero repetito curſu materiae profligatae ad iecur omnium accidentium etiam ſaeuiſſimorum occaſionem praebuerunt. Tenuium humorum eſt ὀργασμὸς, auidiſſima humorum cupido, ſed craſſam indicant omnia ſymptomata materiam et frigidam, earum videtur raptus tardus, cui motus ignauior ſuffragium feret. Tenuiores partes abſumtas etiam a flamma cucurbitae craſſioribus reſiduis, docet *alopecia, leuiſſimum Indici morbi accidens, in nemine conſpecta,* cum a ſalſis, acribus et tenuibus humoribus radices pilorum erodentibus depilationes oriantur. Si ſeminaria contagioſa primo impetu iecur protinus inuaſiſſent, fieri non poterat, quin, ceu in cloacas, ſua ſe emunctoria exonerare ſolitum, tumores inguinum protruſiſſet. *Bubones* vero *nuſquam conſpecti,* veluti *neque gonorrhoea, cum non e venereo congreſſu ortum duxerit malum.* Deinde vim contagii tantam tam exiguis carceribus definitam, cui admirationem pariet, cogitet non ſemper copia, ſed vehementia agendi et promtitudine malignitatem aeſtimari, neque initio tantam illius fuiſſe copiam, quin cogi in anguſtum potuerit, ſiquidem et extra cucurbitae veſtigium ſeſe poſtea diffudit. Sed cum creber pollutorum ad balnea fieret concurſus, auctarium datum putredini, praeſertim corporibus cacochymicis, iuxta diaetam ſupra declaratam, tum quia non matutinis, ſed pomeri-

pomeridianis horis calſiunt balneae, neque niſi laute pranſi, potibus cibisque abdomine diſtento, cuti balneis nitidiori reddendae indulgent. Non deſunt alii, quibus in deliciis eſt inter lauandum ſeſe mero ingurgitare. Fomenta haec ſunt contagionis celerius attrahendae, et ſi quae attracta, maligniore qualitate imbuendae. Quo igitur plures infecti, maius inquinamentum, maior communicatio, vehementior putredo, quae, ruptis repagulis, tandem per vniuerſum diſſeminata corpus non, vt ante, arctis ſedibus contenta omnes hominis commaculauit humores. Nonne *qui a ſcortis malum mercantur*, *plerumque carioſis ſub praeputio exiguis admodum vlcuſculis infeſtantur?* Contagio loco valde exiguo primum adhaeſit, (nonne e ſcintilla primum fauilla, poſt ingens rogus?) deinceps iecori transmiſſa, niſi opportune remedia et tempeſtiue adhibita forent, aeque, vt noſter, horrenda inueheret accidentia. At vbi familiare malum, triuialia etiam vulgo cognita ſunt remedia, et principiis cum obſtiterint, de cetero minus ſunt ſolliciti, cum noſtri non, niſi ſuo malo ſapiant.

Reſtat enodanda quaeſtio, *quid ſubſit cauſſae, quod ſoli ſcalpro vulnerati et cucurbita vſi labis nocumenta conceperint?* Aequum fuiſſet, cum clauſtro communi e corpore vapor viroſus emerſiſſet,

ſiſſet, vel omnes, qui tunc praeſentes affuerant, pariter contaminari, aut hoc non conceſſo, ſaltem *non ſolos ſcarificatos impeti* aut vitium contrahere debuiſſe. Culpa venit tribuenda ſpargenti vel excipienti contagium aut ipſimet contagio. Quod pollutus vni efficacius, quam alteri impertiuerit luem, veriſimilitudinis nihil habet, cum in ſuo non erat id poſitum arbitrio, et ſi voluntas minime defuiſſet, operandi tamen poteſtate deſtituebatur. Neque diſſimilitudinem ratione ſui in contagio eſt reperire, cum nulla ſymptomatum diuerſitas, formam ſi ſpectes, obſeruata ſit, neque maius et minus differentiam ſpecierum conſtituant. Reliquum eſt igitur, vt diſcriminis cardo circa excipiens voluatur corpus. Expulſa eſt contagionis ſementis, quam non omnes in ſinum recondidiſſe conſentaneum, cum non ex quouis ligno fiat Mercurius. Defuit analogia, nulla fuit ἑτοιμότης, ſymbolo fuere deſtituti. Vatiniano peſtilitas cor impetit odio, non tamen cunctos mortales vel prehendit, vel iugulat. Ita neceſſario non deducitur omnibus, contagii hauſtis ſeminibus, peſſum eundum aut poenas luendas. Hic vero cui certo conſtat, aut quis impune aſſeuerauerit, cum *initio labes in balneo ſparſa fuit*, non omnes tunc praeſentes ex aequo infectos vel non omnes cucurbitas, cum raro non, niſi ob eum finem balnea petant, appo-

appoſuiſſe, potiſſimum cum origo vel momentum inuaſionis hactenus omnes latuit, neque dies aut hora certo praefiniri poteſt, quo quis ſe infectum nouerit vel aſſeuerare auſit? Nullam vim meo iudicio veritati faciet, qui vel omnes, non ſolum ſcarificatos, dixerit infectos, vel omnes cucurbitis tunc vſos, cum fundamenta contagii iacerentur, pronunciauerit, cum contrarium, quo illa deſtruantur, afferri non poſſit.

Ne tamen videamur quaſi forenſibus diuerticulis alios ludificari *καὶ ὑποσκελίζειν*, dicamus, contagium, ex pluralitate contaminatorum ducto argumento, vehemens quidem ſtatutum, an vero craſſum aut tenue in ambiguo collocatum fuiſſe. Initio ſemina tenuia, vt etiam ſenſus et obtutum fallerent, (alioqui quisque ſibi cauiſſet) conſentaneum. Quo conceſſo, quid obſtiterit aſſerentibus, magis, quam alias corpore in thermis patente et vndiquaque peruio, hauſta quidem, ſed eodem protinus momento eadem via etiam propulſa quibusdam exactaque fuiſſe ſeminaria? Vires adhuc praeſentes patuit tam appulſus, quam regreſſus, nullo obice aut retinaculo impediente. Si tempori (cum omnis actio in tempore, et tempus ſit numerus motus) vel morae in agendo aliquae partes ſunt aſſignandae, neque tantum cunctentur in balneis, qui cuticulam

culam duntaxat curant, ac qui ſanguinis detractione occupantur, ſuperuacanea quaeſtio, *cur hi prae illis ſauciati?* Vel non tantum fuit roboris ſeminarium, vt tam cito ſuam illis imprimerent qualitatem, vel efficacitas minime defuit iisdem corporibus ad reſiſtendum, nulla praeſertim via ipſis inuia tam concipiendo, quam repudiando contagio. Quemadmodum igitur de facili fuit comprehenſum, ita minimo negotio euaneſcere, difflari diſſiparique potuit virus, ne firmas ageret radices, aut perpetuas illic collocaret ſedes. At qui cutim ſauciarunt, et cucurbitas impegerunt, eo, ceu in cuneum, omnes ſuis coegerunt copias, coaggerarunt in eum locum, quicquid vſpiam corpore virulentiae continebatur, et ſic robur maius adeptum (virtus vnita, fortior diſperſa) ſe ipſo potentius euaſit, donec ſanguini et iecori, ſanguificationis officinae, transfunderetur vis contagioſa, quae longo accidentium numeroſoque examini tandem materiam et occaſionem praebuit. Putredo igitur contagioſa intra corpus recepta cucurbitae veſtigio, ceu foco aut fonte, ſedem fixit, illinc iecori propagata, deinceps toti ſanguini labem impertiuit, balneo vectoris vel traducis duntaxat munere perfuncto. Quod ex ſupra prolatis planum et perſpicuum euaſit.

Tran-

Tranſeundum ad eos, qui propinquioribus cauſſis minime contenti porro progrediendum et antecedentium cauſſarum vrgent inueſtigationem, eoque *contagionis principia in ſublimes cauſſas caelitusque delapſa ſeminaria referunt*, conſpicati ſiquidem plurimos confertim prehenſos, quemadmodum aliis populariter graſſantibus morbis caeleſtes et generaliores aſſignamus cauſſas, ita huic quam maxime vniuerſalem et ſupra vel plus, quam naturalem attribuendam decreuerunt. Petitis quoque e ſiderali ſcientia rationibus, *crinitis ſtellis*, *aſpectibus trigonis*, *tetragonis*, *hexagonis*, *errantium ſtellarum*, *earundem coniunctionibus et oppoſitionibus* mutuis, *in morborum productione*, neſcio, quid latentis ἐνεϱγείας, vt aliarum rerum ſub lunae orbe contentarum generationi et corruptioni attribui debere contendunt. Huc accedit, quod X. Nouembris die apud nos, alibi vero citius et tardius, infeſtum ſidus, *Cometes*, ingenti viſus magnitudine, quem adhuc fulgentem non longe poſt, ceu ſobolis illius, (cum etiam inopinato apparuerit) morbus contagioſus excepit. Suffragium iis fert ſacroſancta veterum auctoritas, qui epidemios morbos eorumque exortus et durationes in planetarum inſolitas copulationes retulerunt, quod etiam inductione probaturos ſe pollicentur. Diuerſam praeter vulgarem et gregariam cauſſam

effectri-

effectricem noſtrum produxiſſe argumento eſt illius ortus et occaſus, cum ſolis in capricornum ingreſſu, ſole, inquam, hibernum ſolſtitium conſtituente, emerſerit, eiusdem in arietem ingreſſu verno aequinoctio ineunte ceſſerit, eaque ratione trimeſtri inquam decurſu ſuam emenſus ſit nouus morbus periodum, et quandoquidem *morbus Indicus*, *cui hic congener vel idem prorſus*, dictus *e caelo* aut tartaro potius *originem traxiſſe perhibetur*, rationi conſonum, vt, cui conuenit definitio e dialecticorum placitis, ei etiam definitum competat.

Non parui haec eſſe momenti eoque non ſusque deque facienda, ſed diligenter expendenda nonnulli cenſent, *vnde Indicus exordia coeperit.*

Grammatici certant, et adhuc ſub iudice lis eſt.

E diuerſo aſtrorum poſitu qui futura praedicunt, fatales quasdam caeli reuolutiones notarunt, puta *prodigioſum* Satvrni, Martis, Iovis, trium inquam ſuperiorum errantium ſiderum, *congreſſum.* Hic quo rarior, eo rariores et formidabiliores parit euentus, cum quia cauſ-

ſae ſunt potentes, vehementiores proinde faciunt impreſſiones, tum quia ratione cunctationis et durationis a motus tarditate profectae operi diutius inſiſtere valent. *Ab ea* itaque portentoſa *coitione* ominoſa praedicenda, nec quicquam plebeium et vulgare exſpectandum, praeſertim in nouorum morborum ſuccretione, ſed contagioſos et peſtilentes metuendos. Alii *ex corrupto alimento, quo infans in vtero nutritur,* non ſecus atque morbillos et variolas prodire, eaque ratione *ſponte ſua absque contagio Indicum poſſe vbique oriri* aſſerunt, eo ſolo argumento, quod nullus morbus perpetuo hominem infeſtet, quin aliquando finem faciat. *Contagio* autem *ſemper praeſupponere alium infectum* neceſſitas exigit, et ita dari progreſſum in infinitum, quem natura abhorret. *Cunni muliebris corruptioni* qui *luem acceptum referunt*, eis quoque probatio incumbit, *vnde is primo inquinamentum acceperit. Ex America mercem pretioſam nobis aduectam nemo it inficias, illic* quidem *populariter graſſatur*, verendum tamen, ne *illis ab aſtris defluxiſſe, nobis* vero *contactu communem redditum* fateri nos oporteat.

Noſtrum morbum e vulua non propagatum iampridem probatum eſt. Afflixit quidem plures, non tamen eapropter adeo generalem poſtu-

poſtulauerimus cauſſam, quia gutturoſitas conuallibus Carnioliae et Styriae frequens, imo popularis, illic et ἔνδημος, qua tamen haud omnes infeſtantur, vt aliis quibusdam regionibus ſtraborum, gibboſorum plures, quam alibi reperias, quo etiam ἑτοιμότης τοῦ πάσχοντος accerſenda. *Cometam* vero monarchis, regibus, principibus, heroibus et aliis ſummo rerum faſtigio collocatis infauſta portendere, neque ad humiliora ſeſe demittere, iampridem creditum eſt, ac ſi hunc regi Perſarum mortem, Luſitaniae triſtiſſimam cladem et Mauritaniae regulis internecionem denunciaſſe impune quis aſſeuerauerit. Quid illi cum Brunna noſtra priuati negotii? Potenti nimirum et immenſae cauſſae ampliſſimus effectus in latum et amplum ſeſe diffundens virtus tribui debet. Tamne anguſtis limitibus vis cometae terrifica definietur? Abſurdum magis erit, quod e tribus vrbis balneis in vnum duntaxat exitialis eius facultas graſſata fuit, ac ſi illic concluſa vlterius debacchari non potuiſſet. Peculiarene fuit huius balnei fatum, vt eius excidium minaci debuit praedici cometa? Eone ſolum ſeminaria effuſa a ſideribus errantibus fuere? De origine quod affertur, fortaſſis non tam ſolis hibernae ſtationi, quam nundinis tribuendum. Inſtitorum enim mercibus publice diſtrahendis ſacrati dies cum in id tempus incidiſſent, qui-

bus fex hominum et colluuies e pagis et agro vicino confluere ſolet, quid mirum, ſi, maiore ad balneas et praeter ſolitum facto concurſu, aliqui contagioſarum mercium ſentinam eo exonerauerint? Et quod trium menſium ſpatio impune quemuis corripuit contages, poſtea exauctorata, quaſi finem nocendi fecerit, forte non tam ſolis mutationi imputandum, quam quod in ea tempora inciderit interdictum, quo balneatori vetitum, ne artis munia exerceret, cum ſua quoque ſponte refugerent homines contagioſi balnei ingreſſum, deficiente videlicet ſubiecto, cui deinceps infligeretur exitiale virus. Alieno malo tum cautiores redditi ceteri balneatores leuem ob ſuſpicionem a ſuis arcebant domiciliis omnes, quos illic lauiſſe aut aliquantiſper infectos nouerant, eoque adhuc illaeſi, ſinceri atque immunes perſtiterunt. Μαντικὴν δ' ἀστρολογίας et phyſicas portentorum, oſtentorum, prodigiorum e cauſſis ſublimibus, ceu effectorum deductiones et interpretationes, vt hiſce non impugnamus, neque euerſas volumus, (rem etenim controuerſam priuati iuris minime facimus) ita neque prorſus inficiamur in morborum generationibus, ordinato eorum progreſſu, rationalique methodo curatiua inſtituta, (exemplo ſunt critici et decretorii dies) tanquam συναιτίας aut ſi mauis, συνεργούσας cauſſas ſublimes concurrere poſſe, potiſſimum ſolis lunae-

lunaeque deliquia et ſtatas ipſius mutationum viciſſitudines, cum ſanguini et humoribus, proinde affectibus, qui ex humoribus dependent, lunam dominari longus vſus et rerum experientia nos fateri cogat. Procul autem petitis principiis inſiſtendo, quae cominus et ante pedes ſunt, miſſis, cauſſas in caelo venari, quis nobis perſuaſerit vnquam? Medico, artifici ſenſato, ſat fuerit, miſſis factis ſupremorum ſiderum ambiguis comminationibus, aeris regionum qualitates illi a ſuperioribus corporibus impreſſas ad amuſſim cognoſcere ſecundum normam illi ab Hippocrate traditam. Ita *nouum hunc morbum contagio e ſubiecto putri eleuato, vi balnei in alia traducto corpora, inopinato emerſiſſe*, ſi ſciuerit, cauſſarum peregrinarum vel generaliorum inueſtigatione curioſiore ad metaphyſicos relegata, facile, quod illi eſt proprium, et feliciter curationem aggredietur, et abſoluet.

Haec *de morbo nouo.* Vbi ſi prolixius, verboſius aut etiam odioſius nonnullis quaedam repetita et exaggerata videbuntur, inſeruiendum fuiſſe nouerint theatro, cum neque dum e mentibus hominum exſtirpari potuerit falſa de morbi origine perſuaſio, pertinaciterque illius culpam in balneatorem conferentes eundem omnium ſuarum miſeriarum et afflictionum caput et cauſſam

 adhuc

adhuc quiritentur. Forte ſi alii ſuum interpoſuerint iudicium, re in tranquillum reſtituta, et de noſtris et reliquo genere humano bene merebuntur. Quod vt faciant, etiam atque etiam rogo. Brunnae XV. Octobr. M. D. LIIXXX.

F i n i s.

GLOSSA-

GLOSSARIVM

VOCVM INSOLENTIVM ET CORRVPTARVM.

A.

Aboliali i. *Auicenna*. Tanvs. Scribitur et *Abohali*.
Acatia i. acacia. Tan.
Accores i. achores. Tanvs.
Accorus i. acorus. Tanvs.
Aeſopus i. hyſſopus. *Parum aeſopi ſiccat*. Roverell.
Albaras i. Morphea.
Alcola i. aphtha ſ. vlcus venereum. Tanvs. *Repercuſſa materia fertur ad guttur, ex quo alcola ori innaſcitur deglutitioque impeditur.* Tan.
Alipias. Alipiados i. *e. mezereonis*. Tan.
Alkaiber i. *Alkaiber pillula* (pro ſomno) Tan. Conſtabant ex caſtoreo et opio.
Alkitran i. pix liquida. *Oleum de Alkitran*. Tan. Secundum Jovbertvm ad calc. Cavliaci p. 52. eſt *gummi vel reſina cedri.*
Allabcha i. Perſea. Tanvs.
Allea i. allia. Tan.
Alopetia i. Alopecia. Tanvs. Scribitur etiam *alopitia*.
Altohin i. anthrax. Tan. Scribi etiam ſolet *althoim* et *althoin*.
Amilum i. Amylum. Tanvs.
Aphrodiſia i. Venus vel pubertas. *Pueri ante aphrodiſiam.* Tanvs.
Apoſtemari i. in abſceſſum mutari. *Vt ipſum apoſtemetur.* Tanvs.
Appropriatum ſ. *apropriatum* i. in partem aliquam agens medicamentum. *Meſues ſuo de appropriatis.*
Arabi i. Arabes. Roverell.
Ariſtologia i. ariſtolochia. Tan.
Armoniacum i. ammoniacum. Rover.
Aromatizatus i. aromatibus conditus. *Aromatizatus ſyrupus.* Tanvs.

Artetica i, arthritis. Tan. Scribitur etiam *arthetica.*
Aſchachilos i. Sphacelus. *A. In quo corruptio iam facta eſt in membro et vſque ad os ſenſus penitus euanuit.* Tanvs. Scribitur etiam *aſchachillos*, de quo vid. Joveert p. 19.
Aſma i. aſthma. Tan. hinc etiam *aſmatici.*
Aſſaphati ſ. *aſſafati* i. Saphati ſ. achor. Roverell.
Aſſarum i. aſarum. Tan.
Aſſellatio i. alui egeſtio. *Poſt aſſellationem.* Rover. *Aſſellare* i. ventrem exonerare.
Aſſungia i. axungia. Tan.
Attractiua emplaſtra. Tan.
Augumentum i. augmentum. Tan.

B.

Balauſtiarum i. balauſtiorum. Tanvs. Reperitur etiam *baloſtia* et ap. Simon. Janvens. leg. *vidi balauſtias delatas ab Aegypto.*
Baras i. q. Albaras.
Bedarungi vel *bedarugi. Bedarungi, i. e. citrariae.* Tanvs. Alio loco ſcribit Tanvs *bedaningi, id eſt, citraria id etiam operatur.* Ap. Simon. Ianvens. *bedarungi* dic. *ocimum fluuiale* et ſecundum Bellvnensem *ſpecies ocymi.*
Behezar i. arcana mercurii compoſitio. Mvnd.
Benignitus i. bene ignitus. *Pirites ſeu focarios benignitos intromittas.* Roverell.
Biſantis i. byzantiis. *Syrupus de biſantis.* Tanvs.
Biſilacus i. monetae Italicae ſpecies. *Ego illi numeraui biſilacos quattuor et libras octo.* Codr.
Blanditiua i. leniens. *Palliatiuam ſeu blanditiuam curationem.* Fvchs.
Boliar i. *Riſum miliumque ac modicum boliar decocta.* Tanvs.
Bothor i. puſtula. Tanvs. *Bothor in ore.* Roverell. Scribitur etiam *botor.*
Bothoralis i. puſtuloſus. *Scabies aliaque bothoralia.* Tan.
Brionia i. bryonia. Tan.
Brodium i. iuſculum. *Brodium gallinae ſine ſale.* Tan.
Butirum i. butyrum. Tan.

C.

Cacochima i. cacochyma. TANVS.
Calcantum i. calcanthum. TAN.
Calcechuminon, id eſt, vitriolum ſiue aduſtum aes. TAN.
Caluarium i. q. caluaria. *Magna pars caluarii eximitur.* CRATO.
Cambiſa i. *veſtis. Cambiſa minime de facili abſtergit eum.* ROVER. Scribitur etiam *camiſa* et *camiſium*, de quo ita ALOYS. CADAMVSTVS *De Nauigat. p.* 17. *Tunicis interioribus, id eſt, camiſiis non vtuntur.*
Camedris i. *chamaedrys.* TAN.
Camomilla i. chamomilla. TANVS.
Cancrena i. gangraena. TAN. Saepenumero eſt *penis cancer.*
Canfora i. camphora. TANVS.
Capriatradium i. *Pro gummis et nodis capriatradii.* ROVERELL.
Cariſtia i. caritas annonae.
Caroli i. puſtula penis. ROVERELL.
Carpentare i. in ſcobem redigere. *Carpentetur lignum ſubtiliſſime.* ROVER. *Lignum carpentatum* ID.
Cataputia i. *catapotia.* TANVS.
Catarrus i. *catarrhus.* TAN.
Cauma i. Ardor. *Feruor et cauma puſtularum.* TAN.
Celidonia i. chelidonium. TANVS.
Ceropiſis ſeu fecis cerae. ROVERELL.
Cerri i. *Cerri glandium corticis decoctione ſola epota vni mulieri vulua diſrupta ex toto adhaeſit, iterum reſeranda fuerit ad vrinae emiſſionem.* TAN.
Ceruſa i. ceruſſa.
Chilus i. chylus. TANVS.
Chimus i. ſuccus. TANVS.
Ciarauli i. *Ciarauli, quos ſerpentes mordent, ſugendo loco morſicato occurrunt.* ROV. *An Italorum Ciarlatami, Cerretani* i. praeſtigiatores? Hoc Marſorum erat.
Ciatus i. cyathus. ROVER.
Cicatrizatio i. cicatricis inductio. TAN. Sic etiam *cicatrizare* i. cicatricem inducere. TAN.
Cicorea i. Cichoreum. TANVS.
Ciminum i. cuminum. TAN.

Citri-

Cina i. chinae radix. CARDAN. Scribitur etiam *cyna* et *chyna.*

Cinabrium i. cinnabaris. CARDAN. Legitur etiam *cinaprium.*

Citonium i. cydonium. TAN. CARD.

Citraoli i. citrulli. TANVS.

Citrinitas i. flaueſcens color. ROVER.

Clarificatio i. explicatio. ROVER.

Climia i. cadmia. *Climia argenti confert vlceribus.* TAN.

Colliget i. liber quidam Auerrois. TANVS.

Colloquinta i. coloquinthis. TAN.

Commentum ſ. *Comentum* i. commentarius. TANVS.

Complexio i. Conſtitutio. 1. *Complexio aetatum.* TANVS. *Ratione horarum anni, tum vniuerſalis tum particularis complexionis.* ID. 2. *Natura. Complexioni materiae aduerſatur.* ID. *frigida complexio* id.

Cordialis i. recreans.

Corognidium i. coccocnidium. *Corognidii, i. e. mezereonis.* TAN.

Coſtigare i. *Coſtigare, i. e. laureolae mezereon.* TAN.

Cretice i. critice. TAN.

Cretici i. Critici. TANVS.

D.

Diacolloquintis. Iera colloquintidos. TAN. ex more graecorum medicorum ad ſignificandas partes, e quibus compoſita medicina eſt.

Diafinicon i. vnguentum diaphoenicon. TAN.

Diamuſcus i. ex moſcho conflata medicina. TAN.

Diaſena i. confectio ex fol. ſenae. TANVS.

Dietim i. per diem. *Vnico cibo dietim contenti.* ROVER.

Diptamus i. dictamnus. IORDAN.

Diſcraſia i. dyſcraſia. ROVERELL.

Diſſintericus i. dyſentericus. TAN.

Diſtempero i. miſceo, etiam tempero. *Diſtemperentur cum aqua fumiterrae* ROVER. *cum de ſex rebus non naturalibus decem diſtemperatas habeamus.* ID. *corpora diſtemperata.* FVCHS. *regiones in caliditate diſtemperatas incolentes* ID.

Dragantum i. tragacantha. TAN.

Ducatus i. ductus. *Imploro diuinum ducatum.* TANVS. *Si caecus caeco ducatum praeſtet.* ID

Dulcurare i. mitigare. *Sinthoma dulcurando.* ROVER. rectius *dulcorare.*

E.

Ebanus i. ebenus. ROVERELL.

Effumatio i. vaporatio ſicca ab extinctione lapidum. *Aeger ſeſe accommodet ad vas illud effumationis aquae, et pannis indutus fumum recipiat.* ROVERELL.

Electiua medicina i. leniter aluum ciens. *Enemata ex medicinis electiuis confecta* TAN.

Elefantia i. Elephantia. TANVS.

Emichus i. Eunuchus TANVS.

Emitriteus i. hemitritaeus. TANVS. Legitur etiam *emitritus.*

Emperia i. empiria. ROVER. *emperici* i. empirici. ID.

Enodina i. anodyna. ROVERELL.

Epictimum i. epithymum, *Syrupus de epictimo.* TANVS. *Epictimus atrae bili obuiat.* ID.

Eritium i. *Cum eritii carne ad puſtulas valet.* TANVS.

Ermenia i. interpretatio. TANVS.

Errema i. effluxus. *Corpus non fluit, niſi errematibus adiuuantibus.* TANVS.

Eſcara i. Eſchara. TANVS. Scribitur etiam *ſcara.*

Eſſere i. eſſera. TANVS. Cf. IOVBERT. p. 23.

Ethica i. hectica. TAN.

Euentatus aer i. euentilatus. ROV.

Euforbium i. Euphorbium. TANVS.

Eukimia i. Euchymia. TANVS.

Exitura i. puſtula abſcedens. ſ. apoſtema. FVCHS. de quibus fuſe agit IOVBERT. p. 23.

Extraneatio i. externus habitus. *Conſiderata vtriusque humoris extraneatione.* ROVER. *Si extraneatio fuerit in flegmate.* ID. Sic et *extraneare.*

Exungia i. axungia. ROVERELL.

F.

Fagedena i. phagedaena. *Fagedenae, i. e. vlceribus.* TANVS.

Faſtidior dep. *Si faſtiditur aeger.* ROVERELL.

Femi-

Femigraecum i. foenugraecum. Tan.
Feniculus m. Petroſelinum, *feniculus.* Tanvs.
Flebotomia i. phlebotomia. Tanvs.
Flegma i. Phlegma. Tanvs.
Flegmon i. phlegmone. Tanvs. hinc *flegmonica heriſipila.* Id.
Formica i. puſtula purgens. Tanvs.
Fricatio i. coitus.

G.

Garyophili i. caryophylli. Cardan.
Gevreawbt i. expellere. *der ſoll zu ſtunnd gevreawbt werden.* Nürnb. Stift.
Ginaprium i. *Carnem idoneam reficit ginaprium.* Tan.
Groſſus i. craſſus. Tanvs. Similiter *groſſities* i. craſſities.
Gumi i. gummi. Tan. Scribitur etiam *gume* et *gumma.* Rover. *pro gummis* Id.
Gummoſitas i. *Ad faciendas gummoſitates in corpore.* Rover. *gummata.* Iordan.

H.

Halices ſudor i. Roverell. Scribitur etiam *alices.*
Hepſema i. decoctum. Rover.
Heriſipela i. eriſypelas. Tanvs. Scribitur etiam *heriſipila*, *heriſipilia*, *eriſepila*, hinc *heriſipilaris flegmon.* Tanvs.
Hiſopus i. hyſſopus. Roverell.
Holera i. olera. Fvchs.
Humoroſus i. q. *humoralis* vulgo dicitur. Tanvs.

I.

Icteritia i. icterus. Tanvs.
Iera i. hiera. Tanvs.
Incorporatio i. miſtura. Rover.
Incorporare i. admiſcere. Roverell.

Inditium

Inditium i. indicium. TANVS.
Indutia i. induciae. ROVER.
Infrigidatio i. refrigeratio. *Adminiſtra infrigidationem.* TANVS. Etiam *infrigidare* i. *refrigerare* legitur.
Ingenium i. forma. *Gal.* 2. *de ingenio ſanitatis.* TAN. Paſſim etiam idem eſt, quod recentiorum *indicatio.*
Intentio i. indicatio. TANVS.
Iuſquiamus i. hyoſciamus. TAN.

K.

Kakokimia i. Cacochymia. TANVS.
Kauterium i. cauterium. TAN.
Koiri ſ. *keiri* i. cheiri *Oleum de koiri.* TAN.

L.

Lachryma ligni Indi i. gummi guaiaci. CARDAN.
Lachryma animae i. gummi anime, quod ex Hiſpania adferebatur. CRATO.
Lambuſca i. *Lambuſcae puluis conuenit eis.* TAN.
Lapatium i. lapathum. *Lapatium acutum i. e. rumex.* TAN. *lapathium* ROVER.
Lapidatio i. durities. *Aliqualem lapidationem cauſarent.* ROVERELL.
Lapidare i. dureſcere. *Groſſiorem partem exſiccando lapidaret.* ROVER.
Lapides milites i. molares. ROVER. Eorum vſus erat ad vapores ſiccos excitandos.
Latteridae i. cataputia. *Latteridarum i. e. cataputiae* TANVS. Ap. EBN SINA *Voc. antiqu. expoſit.* ſcribitur *lacterides* ſ. *almendana.*
Lenitio ventris i. lenis purgatio. ROVERELL. hinc *electuarium lenitiuum.* ID.
Limaciarum ſuccus. ROVER. Vulgo ſcrib. *limacium.*
Limoſitas ſiue humiditas. ROVERELL. magis *ſpiſſitudo turbida.*
Lingua auis, id eſt, fraxini ſemen. TAN.
Luccius i. Lucius piſcis. TANVS.
Luf i. herba ſerpentariae. TAN.

M.

M.

Mala frantzos i. morbus gallicus. Vnrest.
Malen i. aegrotare. *Die an der neuen Krankheit malen.* Nürnb. Gesetze.
Maſtellum i. menſura. *Bulliant in quantitate aquae vnius maſtelli.* Rov.
Medietas i. dimidia pars. *Ad medietatis aquae conſumtionem.* Rover.
Melencholia i. Melancholia. Tanvs.
Melencholicus i. melancholicus. Id.
Mellilotum i. melilotum. Tan. Scribitur etiam *mellilotium.*
Mellon i. melo. *Vt endiuia eſt, item et mellon.* Tan. *venter mellonis.* Tan.
Microtegni i. ars parua. Tan. quo nomine Gal. liber apud ſeriores medicos inſignitur.
Milia i. Millia. Tanvs.
Minoratio i. lenis alui purgatio. *Cum minoratione fiat digeſtio.* Tanvs. Similiter *minorare* i. leniter purgare, et *minoratiue* i. *leniter,* hinc *minoratiua euacuatio.* Rov.
Minutio i. deminutio. *Minutio eſt humoribus aequaliter auctis propria euacuatio.* Tan. Saepius ſignif. *venae ſectio,* vt *minuere* i. ſanguinem mittere.
Mollificatio i. maturatio, cum maxime apoſtematis. Tan. *In materia melencholica mollificationem magis diligimus, quam reſolutionem.* Id.
Morbili i. morbilli. Tan.
Mordicatio i. acrimonia. *Lilii radix ſine mordicatione abſtergit.* Tan.
Morphea i. impetigo. Tanvs. Scribitur etiam *morfea.*
Morſicatus i. admorſus. *Sugendo loco morſicato occurrunt.* Roverell.
Muſcus i. moſchus. *Muſcus pro viris nobilibus.* Tan. *apia muſcata.* Roverell.
Muza granata i. acerba vel dulcacida. Rover.

N.

Naſturtia ſ. *Idem naſturtia affert.* Tanvs.
Nemiſar ſ. *Nenufar* i. nymphaea. *Syrupus nemiſaris.* Tan. Legitur etiam *nemiſſar.*

Nocu-

Nocumentum oris i. vlcus. Roverell. *nocumentum in virga.* Id.

O.

Onfacium i. omphacium. Tan.
Opi i. ſucci. *Opi omnes i. e. ſucci.* Tan.
Opilatio i. oppilatio. Tanvs.
Oppium i. opium. Tan.
Oppopanacum i. opopanax. Tan.
Ordeum i. Hordeum. Tanvs.
Oxiregmia i. oxyregmia. Roverell.
Oxizachara i. Oxyſaccharum. Tanvs.

P.

Pantufla i. calcei genus. *Pantuflarum occurſu.* Tan.
Parchi i. parci. Roverell.
Paturſa i. morbus gallicus. Roverell.
Pentafilon i. pentaphyllum. Tan.
Petroſillinum i. petroſelinum. Rover.
Phtyſicus i. phthiſicus. Tan.
Piretrum i. Pyrethrum. Tanvs.
Plaſmatio i. formatio. *A prima plaſmatione.* Fvchs.
Plecthoria ſ. *Plectaria*, plethora. Tanvs. Rover. Sic et *plecthorici* ſ. *plectorici* i. plethorici.
Plumbeitas i. plumbeus color. *Cum macredine et coloris plumbeitate inducit.* Fvchs.
Plurimitas i. copia. *Neceſſaria eſt medicinarum in cura talis morbi plurimitas.* Rov.
Podagrizo i. podagra laboro. Tanvs.
Praeputia i. pars extrema. *Vitis praeputia.* Tan.
Prechn i. morbus. Vnrest.
Pronoſticum i. prognoſticum. Tanvs.
Pſilium i. pſillium. Tan.
Ptiſis i. phthiſis. Tan.
Puluerizare i. in puluerem redigere. Rover.

Q.

Qualitatiue i. quoad qualitatem. *A materia qualitatiue frigida.* Tanvs.

R.

Rafanus i. raphanus. Tan.
Rationabilis i. cuius ratio reddi poteſt. *Ob rationabiles cauſſas.* Tanvs.
Refrengi i. ſaphati humida. Tanvs.
Reſolutiuus i. vim reſoluendi habens. Tan. Similiter *reſolutiue.*
Reuponticum i. rhaponticum. Tan.
Ribes i. *Roob de Ribes, id eſt, acetoſae.* Tanvs.
Riſum i. oryza.
Roboratio i. roboris reſtitutio. Tan.
Roſſea i. roſea. Roverell.
Rubeus i. ſubruber.

S.

Sabanum i. linteum abſterſorium. *Corpus totum ſabanis calefactis abſtergatur.* Rover. *abſterſo corpore cum ſabanis calidis.* Id.
Saluari i. ſaneſcere. Roverell.
Sambacus i. ſambucus. Tan. *Sambaco, id eſt, gelſimino* Id.
Sandaracca i. Sandaracha. Tan.
Sanguinare i. Sanguinem mittere, maxime cucurbitis. *Sanguinetur in ſicca cum ſale et aceto.* Tan.
Sanguinatio i. ſanguinis miſſio. *Quod fit per ſanguinationem et attractionem.* Tan. *Hoc* (ſudare) *libentius, quam ſanguinationes cauſſae eductione eligit aeger.* Id.
Saphati i. tinea capitis. Legitur etiam *Sahafati.*
Saphaticus i. ad gallicum morbum pertinens. *Saphatico in corpore.* Tan *Saphaticus* i. gallico morbo affectus. Id.
Sarcotica i. carnem inducentia. *Sarcoticis vtendum eſt.* Crato.
Sarza parilia i. ſarſaparilla. Fvman. Scribi etiam ſub hoc tempore ſolet *ſalſa parilla* et *ſarſa pariglia.*
Scabiola, diminut. *puſilla ſcabiola.* Tan.
Scabioſitas i. ſcabies. Tanvs.
Scariola i. endiuia ſecundum Ianvensem. Tan.
Scariphicatus i. ſcarifatus. Tan.
Scitica i. malum iſchiadicum. Tan. Vulgo ſcribitur *ſciatica, ſciantica, ſcia.* Janvens.

Scheren

Scheren i. barbam tondere. *Ihr Scheren und Laſſen.* NÜRNB. GESETZE.

Scitae i. Scythae. ROVER.

Sclirotizatus i. durus ſ. ſcirrhoſus. *Membrum ſclirotizatum.* ROVER.

Sclirotizanus i. ſcirrhoſus. *De cura tumoris ſclirotizani.* ROVERELL.

Scirrhoticus i. durus. *Calloſis et ſcirrhoticis tumoribus.* FVCHS.

Sene i. ſena. TAN.

Sepoſus i. ſeboſus. *De ſepoſis medicinis.* ROVER.

Sinthoma i. ſymptoma. *Sinthoma dulcurando.* ROVER.

Solatrum Ap. TAN. vitioſe ſcribitur *ſolatium rubei ſeminis.*

Solutiuum i. laxans. *Deinde detur ſolutiuum.* ROVER. *medicina ſolutiua.* ID.

Sparagus i. aſparagus. ROVER.

Squimantus i. iuncus. *Spica ſquimanti.* ROV. Vulgatius *ſquinanthus.*

Sticas i. ſtoechas. TAN.

Stipticitas i. *adſtrictio. Cum corporis ſtipticitate.* TANVS.

Stipticus i. adſtringens. TAN.

Stomacus i. ſtomachus. TANVS.

Stufatus i. vaporoſus. *In camera ſtufata obſcura.* ROV.

Stuffare i. fouere. *Cum ſtuffatur.* ROV. *Si tali ſtuffa ſtuffaretur.* ID. Scribitur etiam *ſtuphare*, de quo vid. JOVBERT. ad calc. CAVLIACI p. 46.

Stuphae i. vaporarium thermae aeſtuariae. TAN. *balneum ſiue ſtufa.* ROVERELL. *intret balneum ſtuffam* ID.

Subaſſella ſ. *ſubaſcellae* i. axillae. *Egeſtiones ſubaſſellarum.* ROVERELL.

Subet ſ. *Subeth* i. Sopor ſ. carus. TANVS. hinc *ſubethales arteriae* i. e. carotides.

Subtiliatiuus i. vim attenuandi vel reſoluendi habens. TAN.

Subtiliare i. attenuare. *Quia ſubtiliantur humores in ſanatione ſeu digeſtione.* ROVER.

T.

Tabacca i. tabacum. IORDAN.

Talle i. talcum. TAN.

Tammarindus i. tamarindus. ROV.

Taraxacon i. Taraxacum. *Iuſcula minuta* ex *taraxacone, boragine.* TAN. Scribitur etiam *taraſſacon.* ID.

Tegni i. nomen libri ap. HALY ABBAS, ap. GALEN. l. *de arte parua.*

Tenda i. linamentum vulneri apponi ſolitum. *Cooperiatur aegrotus cum linteo minime facto ad modum tendae.* ROV.

Terebentina i terebinthina. TAN.

Theiſir i. liber a iquis Avenzoar. TAN.

Timeus i. TIMAEVS, quidam liber PLATONIS. TANVS.

Tina i. vas. *Aegrum intra dolium vel commodam tinam intrare permittas.* ROVER.

Tintorum i. tinctorum TAN.

Tiriaca i. Theriaca. TAN.

Titimali i. tithymalus. *Lac titimalorum.* TAN.

Toar ſ. *Zoar*, i *Avenzoar.* TAN.

Trifera i triphera TAN.

Trociſcatus i. trochiſcatus. *Agarici trociſcati.* ROV.

V.

Varrix i. varix. TANVS.

Vermillum vinum i. clarum rubeum. FVCHS.

Veſſica i. veſica. TANVS.

Veſſicatio i. veſicae formatio. *Quae ſanguinatione veſſicationeque coniunctam cauſſam extraducunt.* TAN.

Veſſicatorium i veſicatorium. TAN.

Viteli i. vitelli. ROVERELL.

Vndimia i. frigidi apoſtematis ſpecies. TAN. i. e. oedema.

Y.

Ynoquiſtis i. hycociſtis. TANVS.

Yſaac i. Iſaac. TANVS.

Yſagoge i. Iſagoge. *Porphyrius in yſagogis.* TAN.

Z.

Zoar. i Avenzoar. TAN.

Zuccaratus i. ſaccharo confectus. *Seminum communium zuccaratorum.* ROVER.

Zuccarum i. Saccharum. ROVER.

Zucharum i Saccharum. TANVS.

Zufera i leuiſticum. *Zuferae, id eſt leuiſtici ſuccus.* TAN. hoc vero SIMON IANVENS. negat eſſe conſonum veritati.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Abſceſſus, in morbo gallico frigidi cum dolore incidunt 413. tranſeunt in nodoſas durities 414.

Abſtinentia, fortis propulſauit incipientem morbum gallicum 402.

Accidentia, acuta et remiſſa in morbo gallico 83. hinc malignior vel leuior ib.

Aeris intemperies, morbi gallici cauſſa 59. 76. 124. 363. praeſertim calida et ſicca ſub Gallorum aduentu communis 59. 62. magis tamen ſicca 125. probatur 60. non ab humida et calida temperie 65. non ab pluuia 64.

Anima, eius lachryma potior ſuffumigiis ex mercurio in morbo gallico 482. ex Hiſpania adfertur ib. eius deſcriptio ib. hauritur fumus per os ib.

Apoſtema, huc pertinet morbus gallicus 42. ſub mento totam faciem occupans et corrodens 252. eius cauſſa in oſſibus 453. orta, ceſſantibus puſtulis et vlceribus, inſequente tempore 457.

Argentum viuum, ex eo vnguentum bonum in gallico morbo 190. cur 294. eius natura et vires 299 inimicum neruis, hinc contrarium morbo gallico 300. 319. hinc vitanda vnctio ib. afficit oſſa, laedit os, palatum et gingiuas 318. extinctio 319. ſeq. eiusque varii modi 321. cautela in praeparatione 322. per quatuor dies adhibeatur vnguentum 323 inunctio mutanda ſecundum humores varios 324. fiat etiam in iuncturis per crura, tibias, brachia 325 poſt exſiccantia 326. ſine argento viuo methodi 331. datur ſub forma vnguenti et pilularum ex ſublimato et calcinato

cinato

cinato ab empiricis 347. os occupat 362. non eſt cauſſa dolorum 366. eſt veneficum, deleterium 420. empirici hinc faciunt catapotia cum noxa ſumentium 420. ex eius potione grauiſſima incommoda 421. cur inde vacillant dentes 460. nocet oſſibus 461. reperitur in oſſibus ferro excifis ib. 546. plures ſanat, quam lignum 484. naturale et artificiale, quomodo comparantur ib. datur etiam praecipitatum cum auro incipientibus gallicis ib. mercurius vnica medicina 543. e praecipitato reuiuiſcit 546. dealbat metalla 546. per veſicam emictus 547. prodeſt illitum vlceribus ib. ſublimatum non recipitur intra corpus 547. curat venenata vlcera ib.

Aſtra, cauſſa morbi gallici 58. 124. 264. cur 264. poſt influxum continuauit tamen per infecta corpora 264. eorum influentia ſola dubia 268. ceſſante eorum influxu et conſtitutione humida, puſtulae et vlcera rarius, ad iuncturas et oſſa crebrius mala 457.

Atheromata, in mutato gallici morbi ſtatu 457.

B.

Bader, arcere gallicos a balneis ſub poena debent 3. neque cultellis et nouaculis impuris vti ib.

Balneum, in principio morbi gallici fugiendum 175. 475. calidum auget labem 178. quando adhibendum 216. varia genera ib. ex balneo lues 503.

Balneum porrectae, quid 162. non admittendum in gallicis ib.

Balneum villae, nocet in gallicis 162. repetatur per biennium loco inunctionum 172.

Behezar, medicina ad morbum gallicum arcana 421. hinc alui et ventriculi inanitio et ſyncope 422.

Brunnenſis lues, inſolita facie, horrendis ſymptomatis, intra duo menſes plures aggreſſa 496. ex balneis repetenda 503. eorum deſcriptio ib. origo in cute ab ſcalpello adacto et appoſitis cucurbitis 504. ſenſim erupit ib. ſymptomata antegreſſa torpor, triſtitia ib. pallidus color 505. manifeſta indicia ib. in duobus foeda

foeda vomica, in nonnullis puſtulae per vniuerſum corpus ib. porriginoſa ſcabies, cruſtacea vlcera tineae ſimilia, manantia ib. poſt ſanatam ſcabiem reſiduae maculae atrae 506. poſthaec in capite calli dolentes, melleum humorem exundantes ib. poſt abſceſſuum curationem dolor pungens, vehementiſſimus in ſuperficie corporis ib. membra grauia paralyſi tentata ib. dolores noctu ib. in capite achores, gummata, calli verrucoſi 407. dementia catarrho narium curata ib. immerito contractum malum in balneo ib. cucurbitulis 508. hinc magna plebis coitio ib. contagium manifeſtum, cauſſa occulta 569. variae hinc c niecturae 511. deſiit circa aequinoctium vernum 512. nouus morbus nouas poſtulauit antidotos 513. ad ceruicem et ſiniſtrum lumbum a cucurbita tumor ib. poſtero die hydatides et dolor 514. exulceratio loci, gutturis, faucium, ceruicis, colli ib. ad lumbos magis punctura 515. poſt cicatricem inductam totum dorſum, brachia, femur, coxas occupauit dolor, noctu atrocior ib. poſthaec vagus ib. mitior in balneo, ſed recurrens 516. a balneatore clauſa vlcera, hinc relicta pulla veſtigia 517. varia remedia empirica tentata ib. commendatum ſudoriferum cum alleuatione 518. denuo redierunt ſymptomata cum puſtulis et odio ſui 519. datur ab empirico turbith malo cum euentu ib. praecipitatus puluis in pilulis 520. hinc peſſima mala ib. ab aluo hydrargyrus 521. exulcerata ſcapula, in medio puſtula 522. ab ſiccato vlcere torpor manuum dolor vehemens, maculae rubrae latae in facie et manu, ſcabies nulla ib. melior ſtatus a decocto 523. noctu recruduerunt omnia 524. hic loci guaiacum infame ib. bibitur commode 525. ſed ab refrigeratione vetera mala 526. tentatur turpethum ib. hinc ſputum cum ſuffocatione ib. gargariſma ex vino ſublimato 527. perpetua ſaliuatio ib. ex vna cucurbita vlcus, ardor, caro exeſa 528. cortex durus, pruriens, repullulans ib. dolor in perioſteo 529. in toto corpore ib. totum corpus tuber purulentum ib. alius ſinuoſa et cauernoſa vlcera ad tibiam et malleolos ib. ex ſuffocatione ab pilulis miſere periit 530. in alio ab his tumor crurum ib. per vomitum hydrargyrum crudum reiecit ib. ex Iudaeis eodem balneo vſus alter

 periit,

periit, alter elephantiacus ib. alia reſtituta turpetho, ſed redierunt puſtulae ad frontem et palpebras 531. curatur gummi guaiaci ib. malum repullulat ib. in balneo laconico incluſus fumo e cinnabari curatur ib. datur eclegma, vnde dentes labefiunt 532. proponitur medicina per ſudores, vtpote minus periculoſa ib. per decoctum guaiaci 533. ab cucurbita impoſita vlcus cruſtaceum 534. dubitatur de origine ac cauſſis morbi 535. eſt nouus hic loci et inſolens 539. non peſtilens 540. lui Indicae perſimilis, idem vel maxime affinis ib. ſigna communia dolor capitis, ſcapularum, tibiae, vlcera tergoris foeda, puſtulae, calli, gummata ib. abſunt in hoc Indici morbi notae alopecia, gonorrhoea, bubo, carioſa praeputii vlcuſcula 541. inuaſit hicce morbus anus, virgines, viros ſenatorios promiſcue ib. ſolo balneo contractus 542. coniuges non inficiens 542. caro cucurbitae ſubiacens, primum vlcere computruit ib. differunt accidentibus nonnullis et inuaſionis tempore ib. eſt ad Indicum referendus, cum iisdem medicamentis ceſſit ib. ſerius deprehenſa cognatio ib. iuuit decoctum guaiaci 543. mercurius vnicum luis Indicae medicamen eſſe dicitur ib. pilulae Barbaroſſae domi ob infamiam praeparandae ib. mutuata et proficua remedia, quae in lue indica iuuant 548. eſt eius ſpecies ib. ſudoribus curatur ib. etiam exercitiis ib. pluribus communis 550. cauſſa vitii non latuit in aedificio 549. aere ib. machinamentis 551. vaporibus 552. lapidibus 553. cucurbita 555. ſpiculo 557. pinguedine 558. non ab balneatore 559. morbus fuit contagioſus, non venenatus 560. ab homine venit labis principium 563 non ab ſtragulis vel veſtibus 564. forte plures infecti 565. quomodo propagari potuit labes 567. ab cucurbitae vi attractoria 568. cur nulli bubones 571. cur infecti ſcalpro vulnerati 572. non ab aſtrorum coitione, non ab cunno muliebri, non ab cometa 572. ſeq.

Bubo, in ſignis contracti mali 368. eius ſuppuratio praeſeruat ab incipiente morbo ib. non curandus venae ſectione vel purgantibus 486. imponenda relaxantia, mollientia ib.

C.

C.

Capillorum defluuium, primum gallici morbi ſymptoma 475. diuerſum eſt ab reliquis generibus 487. eius cauſſae ib. 488. eroduntur radices pilorum ib. aegri antea ſentiunt ſputum ſalſum 488. multi patiuntur ſub purgatione ib. eius curatio ib. iungitur cum puſtulis 490.

Caput, in hoc interdum primum naſcuntur puſtulae gallicae 75. cur ib. in multis hic incipiunt 98.

Caries penis v. *Penis.*

Carolus rex, moritur morbo gallico 240. 452. corripitur variolis gallicis 451. Romam venit ib. tunc magna fames ib.

Carunculae, ſaepe inſunt pudendo muliebri 485. remedia ib. praeſeruatiuum ib.

Catarrhus, ab argento viuo 378.

Cephalalgia, vehementiſſima in gallico morbo 366. ab mercurio et cinnabari ib. 378. magis ab virulentia humorum ib. ab oſſe exeſo et putrefacto 367. ſed et in perioſteo 492. hic reperitur materia crrrupta ib. diuturna facit tumores et gummata ib. cauſſa ib. noctu grauior 493. curatur optime ligni decocto ib. tumores ſunt molles et duri ib. in his materia lardoſa, in mollibus polentae ſimilis 494. variae medendi viae ib. optimum decoctum ligni ſarſa parilae ib. interdum corrumpunt oſſa ib. hinc carioſa ib.

China v. *Cina.*

Cholerici, gallico morbo maxime patent 165.

Cina, confert in morbo gallico 428. in phthoe ib. inferior eſt ligno ſancto ib. eius deſcriptio botanica 429. vſus medicus ib. cum decocto lauantur vlcera 430. hinc ſub die ſeptima alui obſtructio ib. fugienda tenuis diaeta ſub eius vſu 431. melior ceteris cum hac radice curatio 443. eius qualitates et vires 481. conuenit calidioribus ib.

Coitus, hoc primum contractus morbus gallicus 57. 71. praecipua cauſſa 69. 108. hoc magis fit, quam potu et dormitione 75. frequentiſſime in pluribus 268. 364. hinc

hinc fugiendus 290. lotio calida iuuat 261. ſub curatione noxius 412. auget podagrae dolores ib.

Colica, in Italia viſa 536. nouus in Morauia morbus ib. deinde popularis factus 537. etiam infantes recens nati ea laborant ib. hinc paralyſis ib. hinc propagata ib. exitus in paralyſin ignotus apud Gallos et Italos 538.

Collum, in hoc eſt poſt genitalia altera contagio 292.

Comeſtio, ex vaſis infectorum infectionis cauſſa eſt 69. quando 76.

Confabulatio, ſi ori admouetur, contagii ſuſpecta 70.

Contagium gallicum, eius modi 369. 372. 476. ſolo contactu 373. coitu ib. conuictu 374. veſtibus vlceratorum ib. quomodo agat 447. lacte infantes 476. loca apta ſunt venae, pudenda, os, papilla mammarum, cutis ib.

Conuerſatio, inde contagio dubia 268. 363. dantur tamen plures modi ib. vitanda infectorum 290.

Corroſio, primum in virga apparet 271.

Cutis, ſub initio infecta ex aere, dormitione, nouacula 179.

D.

Dedecoratio, eſt tantum morbus gallicus 137.

Dentes, cur vacillent ab mercurio 460. remedia 493.

Diaeta, quae in morbo gallico 402. exquiſita non eſt apta omnibus 403. debet eſſe non admodum tenuis 407. hinc exquiſita empiricorum noxia 408.

Digiti, in gallicis per plures dies tumidi 96.

Diluuium, a coniunctione Saturni et Iouis falſum 243. 246. portendit haec inundationem 244. morbus gallicus videtur eſſe veluti diluuium 245. neque vero eſt ob contagium 246.

Dolor, non pertinet ad morb. gallicum 31. venit ſerius 33 occupat iuncturas et cutim artuum 34. non eſt accidens puſtularum 34. 38. ceſſat ab puſtulis 36.

adeſt

adeſt etiam ſine puſtulis 37. eſt multiplex 106. materia eſt craſſior ea, quae in puſtulis, hinc validiori medicina opus 207. eſt extenſiuus 297. non frangitiuus ib. cur augeſcat tertia vnctionis die 298. quomodo curetur ib. cur multiplicantur in iuncturis 301. nocturnus ineſt integumentis oſſium 363. comitatur morbum gallicum 364. generalis eius explicatio 365. ſpecies ib. in gallicis noctu vehementer creſcit 365. eius ſedes ib. primum acerbus, poſt remittens, tandem mutatus in gypſeam ſubſtantiam 366. etiam hemicranicus et cephalicus ib. dolores increſcunt die ſeptima, finiuntur quarta et decima 430. cauſſa, cur mitigentur 454. cur noctu increſcant 458. in articulis, vnde 492. et capitis ib. eſt in perioſteo ib.

Dormitio, rarius communicat contagium, ac coitus 75. quando 76.

E.

Elephantiaſis, non eſt morbus gallicus 24. dictus ob tumores et vlcera pedum 360. occupauit pedes 249. affinis eſt morbo gallico 472.

Epidemia, non eſt morbus gallicus 33. nominis origo 58 cauſſa 67. 109.

Exercitia, in robuſtis iuuant et tollunt incipientem morbum gallicum 402.

F.

Facies, hic interdum primum naſcuntur gallicae puſtulae 75. corroſa fuit 249. 254. multa vlcera 250.

Fames, ſyncopalis interdum iungitur morbo gallico 306.

Febris, ſine ea fere morbus gallicus 22 ratio, cur non vel raro 50. aliunde oritur, eaque ſaepius 54. raro additur 139. 295.

Febris maligna, ſub apparitione morbi gallici in Italia crebra 56.

Ficus, ineſt gallicis 255.

Fran-

Franzoſen, dic. neue Krankheit 3. ob eam excluduntur aegri a ſanis 4. ea lue mortuus rex Gallorum 240.

Fungi, ad oſſa crebri, fracto primo gallici morbi impetu 457.

G.

Gallicus morbus, vnde acceperit nomen 21. eſt peſtilens morbus 13. res ſeculo ignota 14. teterrima lues 16. tabifica, praeſertim in Italia apparuit 21. de eius natura magna medicorum diſputatio ib. absque febre paene ſemper inuadit 22. non dici debet variola ib. non ignis Perſicus 23. pluribus annis durat 24. non elephantiaſis 24. non lichen 25. non ſcabies faciei 27. non lepra ib. non verruca 28. non epidemia 33. 41. vnde hoc nomen 58. eius cauſſa 67. 109. eſt ſaphati 28. et puſtulae ib. eſt ſaphati humida 29. dic. morbus ob laeſionem operationum propter puſtulas et dolores dedecoratio ib. ſolutio dubitationum eum eſſe ſaphati 29. ſeq. inſunt vlcera pudendorum, malignitas, dolores 30. ſolas puſtulas complectitur, non dolores 31. morbi definitio 33. dolores ſerius veniunt 33. ſerius occupat iuncturas artuum 34. ſaepius ſubter cutim eſt ib. dolores non ſunt accidentia puſtularum 34. 38. ceſſant puſtulis multiplicatis, augeſcunt ſublatis 36. puſtulae et dolor. faciunt morbum compoſitum ib. diuerſae ſunt diſpoſitiones, non alterius cauſſa 37. dolores oriuntur, puſtulis in cute nullis 37. eius ſigna 38. cum puſtulis dic. ſaphati, cum doloribus minime ib. probatur eſſe ſaphati 39. ſeq. nouus morbus eſt diſpoſitio 40. et puſtulae ib. comprehendit varias corruptiones et diſpoſitiones, nec vnus eſt 41. pertinet ad apoſtema 42. conuenit ea curatio, quae ſaphati 43. hic non eſt tinea 47. tinea non eſt alopetia 49. cauſſa, quare cum hac lue febris nulla vel rara 50. lues debet longa eſſe ob peccata 52. multos perimit ib. febris accidere poteſt aliunde, eaque frequens in gallicis 54. lues primum inhaeſit lenonibus, meretricibus, ſcortatoribus a coitu 57. 71. ab linteis, potu et oſculis dubia contagio ib. 71. altera cauſſa ſunt aſtra 58. 120, aeris intemperies 59. 124. et tempo-

temporum mutationes ib. praeſertim qualitas ſicca et calida ſub ingreſſu Gallorum communis 59. huius probatio 60. iuuenes corripit 61. etiam in media febre tertiana 63. anni qualitas luis cauſſa 62. non ex magna pluuia repetendus morbus 64. non oritur ex calida et humida aeris intemperie 65. cauſſae ſpeciales inferiores ſunt regimen malum 67. commeſtio ac inordinata cum vaſis, praecipue affectorum, ex regis aduentu potatio 69. ſomnus cum infectis vel in eorum cubili ib. exercitium ib. excrementorum retentio ib. praecipue coitus cum affectis 69. abraſio ab infectis et eorum nouacula 70. confabulatio, ſub qua ori admouentur ib. et oſculum ib. caelum hunc morbum effecit ib. immunes a labe caſti et ſobrii manſerunt 71. correpti lenones, meretrices et luxurioſi ante regis aduentum et poſt ib. cauſſa corporea eſt virtus expulſiua 71. digeſtio laeſa 72. ſplenis debilitas 73. humores mali 74. aegri primum capiuntur veſicalibus puſtulis, quae vlcerantur 74. facilius figuntur coitu, quam potu et dormitione 75. interdum naſcuntur puſtulae primum in facie et capitis cute ib. dicitur mentagra, ſi caeli, aeris vel nouaculae vitio capiat mentum ib. ibi primum puſtulae, vbi contagio affricta 75. ortum habet in capite ac pudendis, cur ib. ſi ab aere, commeſtione, dormitione, linteis cutis affecta ſit 76. ſigna humorum morbo aptorum 76. ſeq. humores calidi et ſicci hunc efficiunt morbum 82. variae puſtularum formae ib. copia maior vel minor 83. morbi cauſſa non eſt ſalſa pituita 83. accidentia modo remiſſa, modo acuta, hinc morbus malignior vel leuior ib. lues per multos annos viſa eſt a frigida materia 85. variae auctorum opiniones 86. qualitas humorum mala a caelo vel contagione immiſſa 87. fit morbus maxime ex calidis, rariſſime ab frigidis 88. morbus ortus a materia calida, primum ab influxu affecta, iam longus ib. quomodo dici poſſit ſaphati humida 91. fluit virus e puſtulis ib. humores mali et corrupti huius morbi cauſſa 92. etiam ſanguis malus 95. 97. virus effluens coagulatur illico in cruſtam 96. eſt puſtula acuti generis ib. pluribus per dies digiti tumidi viſi ſunt ib. et materia ſub lupini forma comperta ib. cholera citrina etiam morbi

cauſſa

cauſſa 98. eius ſigna feruor et cauma puſtularum, aqua citrina e puſtulis manans et alia ib. hinc a capite in pluribus incipit ib. diutiſſime durat 99. puſtula ponenda eſt ſub phlegmone heriſipelari 101. relinquuntur veſtigia rubra et ſplendentia puſtularum locis ib. cauſſa materialis morbi ſunt membra corporis 103. humores extrinſecus inficiuntur ab aeris intemperie alterante, ac contagione per poros, coitu et linteis infectorum, manuum tactu et nouaculae abraſione 104. tunc puſtulae paulatim innaſcuntur ib. intrinſecus aere per os attracto, hinc anhelitu, colloquio, oſculo ib. tunc corpus totum ſubito cooperitur puſtulis 105. ſedulo examinandus aeger, quomodo in hanc tabem inciderit ib. formae puſtularum variae ib. dolores multiplices 106. finalis cauſſa, quae 106. cauſſa coniuncta, quae 107. morbi ſigna prognoſtica ib. eſt contagioſus 108. praeſertim contrahitur coitu ib. difficulter curatur, vt cancer 110. hinc ſibi non permittendus 111. neque naturae 114. corrupta et ad annum 13. vsque vexata et conſumta 251. ſexagenarius morbo infectus 252. ſub mento apoſtema totam faciem occupans et corrodens ib. morbus contractus in naribus ib. natus filius gallicus 253. ſex annos durans in pudibundis cum putredine carnem ad oſſa vsque conſumente 254. mulier integrum decennium gallica enixa eſt puellum hoc malo infectum ib. foeda infectus et a medicis deſperatus ib. in pede altero 255. cum fiſtulae morbo ib. ficis infecta mulier ib. ſunt aegri foeda vitioſitate maculoſi 256. papulis, vlceribus, verrucis ib. curatur helleboro albo 257. primum apparet in viris circa mentum et virgam 258. non multum diuerſus a morphaea et lichene ib. contagioſus morbus ortus a planetarum ſuperiorum coitu 259. turpis eſt 263. ſaturninus dictus, cur 264. continuauit poſt influxum propter infecta corpora ib. diutius durabit ib. diſpoſitio eſt a caeleſti influxu ib. humores affecti faciunt varios dolores et ad cutim puſtulas ib. morbi character eſt mala epidemialis diſpoſitio cum doloribus et puſtulis per totum corpus ib. eſt morbus vnus, nec plures 265. differt ab ſaphati 266. imperfecta curatio dolorum ſine curatione puſtularum ib. dolores non poſſunt curari, vt puſtulae, niſi prius

prius curato morbo ib. empirici curant vngendo, medici purgando, aliqui coniungunt ib. non ſanantur omnes 267. tollenda etiam mala humorum complexio ib. cauſſae morbi primitiuae 268. ſola influentia et aeris corruptio dubia 268. 363. conuerſatio 268. 363. oſcula ib. 363. lac in pueris ib. 363. coitus in pluribus et frequentiſſime ib. 364. conuictus 363. etiam per alios modos conuerſationis ib. morbus eſt contagioſus ib. cauſſae ſecundariae ſunt humores in hunc morbum tranſire parati 269. cauſſa coniuncta efficiens puſtulas et dolores ib. ſigna ſunt in virga corroſio adſimilis carolis 271. dolor capitis et circa reliquarum partium iuncturas ib. augmentum doloris noctu ib. vnde hoc ib. puſtularum formae variae a vario humore 272. ſed ſaepius commixta ib. prognoſtica 273. ſeq. procliues in hunc cum maxime melancholici, cholerici, ſanguinei, minus phlegmatici ib. corpore laxo et cacochymici ib. recens ſanabilis, vetus difficilis curatu 273. facilius curantur iuuenes, qui habent puſtulas multas eminentes et dolores paucos, difficilius, qui habent nodos, gummi ib. curatio 274. ſeq. per ventris lenitionem, minoratiuam euacuationem, materiae digeſtionem et euacuationem, membrorum alterationem et confortationem, accidentium correctionem ib. non eſt negligendum regimen ib. morbus eſt valde ſiccus et calidus 275. aer ſit ſiccus ib. diaeta non tenuis ib. morbus habet conformitatem cum lepra, hinc etiam lac concedendum 277. empirici cogunt aegros in lecto ſtare 278. materia eſt adeo rebellis, vt non poſſit per remedia intus ſuſcepta digeri 281. quae methodus medendi adhibenda 282. tertio quoque die vngantur cum vnguento omnes partes domeſticae tibiarum et brachiorum, plantae pedum et palmae manuum 282. ſexta die medicina ſolutiua detur ad reuellendum ib. interdum et fomentationes cum ſyrupis et vnctionibus ib. praeparatio vnguenti ib. etiam balneum ſ. ſtufa cum aqua calida et herbis mollientibus cocta poſt purgationem 285. reiterandum ſingulis ſex diebus ib. aeger ſaepe ſit debilis, hinc cordialia 286. medicamenta pro doloribus ib. narcotica non debent dari, niſi vrgente neceſſitate 287. pro puſtulis ib. pro puſtuloſis vlceroſis, fiſtulis et cancro ib.

pro gummis et nodis 288. pro nocumento oris 289. cautelae in euitando morbo 290. leprae et ſcabiei aſſimilatur ib. 294. vitanda conuerſatio cum infectis, maxime coitus cum infecta muliere ib. eſt contagioſus morbus ib. ad impurum coitum calida lotio ſtatim adhibenda 291. caueantur panni mulierum ob infectionem ib. materia in virga adhaerens eſt cauſſa contagii 292. ratio, quare morbus incipit a pudibundis ib. primo recipitur in virga, deinde in collo, capite, humeris, minime in aliis locis ib. cur terminetur per os 293. cur os foetet ib. aliqui praediſpoſiti et coeuntes cum infectis non inficiuntur, quare 294. cur iuuat prae ceteris argentum viuum ib. eſt aegritudo longa ib. raro adeſt febris 295. cur aliqua remedia proſunt in principio, deinde minime ib. vtrum venaeſectio ſit conueniens 296. in initio tantum, in proceſſu nequaquam ib. ventoſae ſaepius nocent ib. dolores dicendi ſunt fere extenſiui 297. non frangitiui ib. puſtulae ſimiles ſunt aſſafati 298. cur augeantur dolores ſecunda vel tertia die vnctionis ib. tunc iuuat dare ſolutiuum, antequam materia ad os veniat ib. puſtulis ſ. plagis vlceroſis imponantur attrahentia 299. argenti viui natura et vires, quae ib. cur dolores multiplicantur in iuncturis 301. ſignorum explicatio et deriuatio 302. ſeq. quandoque ineſt fames ſyncopalis 306. morbus ortum habet ex contagione 310. primum apparet in virga vlcus, puſtula vel corroſio poſt foedarum mulierum commercium ib. eius curatio per lenitionem et minorationem ib. ad vlcera augmentata phlebotomia 311. quater per diem lotio ib. poſt vnguentum ib. morbi gallici incipientis curatio 312. nono die prouocetur ſudor balneis ſine appoſitione cucurbitarum ib. diaeta ſtricta ib. poſt purgationes et ſtuffam applicentur cucurbitae 314. deinde ſudatorium humidum ib. ob debilitatem per interualla 316. eius vtilitas ad puſtularum mundificationem, ad reſolutionem materiae, ad faciendas gummoſitates, ad vlcerum curationem et abolitionem dolorum ib. alias ſiccum adhibeat ib. ſi puſtulae et dolores membrorum creſcant, per ſeptem dies vnguentum ad iuncturas 317. formula vnguenti ib. primum inungantur palmae et pulſus manuum ac pedum 318. mercurius afficit oſſa putredine, laedit

laedit os, gingiuas, palatum ib. ad guttur gargariſma ib. item ad oris vlcera ib. continuanda vnctio ad vlcera, gummoſitates vel dolores 319. curatio in humore mixto 327. medicus attendere debet virtutem aegri et fortitudinem morbi 330. dantur duo alii curatiui modi ſine argento viuo 331. Galeni ib. empiricorum per lignum ſanctum 333. ſumatur eradicatiuum febris 338. multi a ligno laeduntur 339. aegri lento morbo contabeſcunt et doloribus 346. medicamenta adhibita ſunt vnguenta ex mercurio, reſinis, gummi ib. ſuffitus ib. thermae ſiccae ib. potiones variae ib. lignum quaiacum ib. ad nouum et incognitum morbum nouum remedium 347. 361. aliptae omne corpus temere inungunt 347. etiam in catapotia redigunt mercurium ſublimatum et calcinatum ib. de morbi origine opiniones variae 357. ab coitu cum elephantiaco ib. ab aſtris ib. verius ex aeris conſtitutione 358. fabuloſe ab infectis fontibus et vinis ſanguine elephantioſorum ib. eſt poena dei ob delicta 359. varia morbi nomina 360. compoſitus ex ſaphati et arthritide 361. non ſimplex ib. varia in variis ſymptomata 362. occupat os, gingiuas, rheuma pectoris ib. facit phthiſin ib. etiam dyſenteriam, cruciatus et ſtomachi vitia ib. tranſit in apoſtemata ſanioſa, duritias et tophos 363. dolores nocturnos in oſſium tegumentis 363. modi contagii per ſtragula et lintearnina immunda 364. cibi et potus corrupti, nec non humores conferunt ib. dolor morbum comitatur ib. ſigna morbi contracti 367. ſeq. ſunt circa pudenda puſtulae cruſtoſae, ſiccae, lenta ſanie interdum ſtillantes aut bubo 368. puſtulae in fronte et circa capillorum radices in capite, tumores diuerſicolores et exanthemata parua in facie ib. capitis grauedo et nocturnus dolor cum cruciatu colli et iuncturarum 368 tumores et dolores iuncturarum ib. tranſeuntes in nodos et ſephiroſas duritias ib. in palato et circa oris angulos puſtulae nigrae fetidae, vlcera linguae et gutturis a virulentis catarrhis ib. eſt morbus chronicus 369. modi contagionis in genere ib. infici poſſunt pueri et tenerioris carnis mulieres ex ſola conuerſatione, oſculis, complexibus eorum, qui vlcera ſordida habent 372. ſolo contactu 373. hinc primum ab coitu, deinde circa caput et faciem ib.

contactu et mutuo conuictu, ſi quis ſaepius cum infectis dormierit, vel veſtes vlcerofas attigerit 374. decumbit materia ad quaedam membra, et ſuſcitat de nouo morbum 377. gignit in pulmonibus putrefactionem 378. fit inſanabilis agyrtarum linimentis ex mercurio ib. hinc oſſa corrupta ib. vexantur arthritide, cephalaea, catarrhis ib. recidiua ab humorum reſiduorum vi ib. poſt intenſiſſimos dolores tandem ortae in focilibus brachiorum et crurum calloſae et oſſeae tuberoſitates 379. inueteratus morbus admittit ſolam blanditiuam curationem ib. cautiones in curando 380. non poteſt ſolo ligni guaiaci decocto tolli 381. nocet in hoc morbo chronico ſtricta diaeta 383. aer cubiculorum ſit moderate calidus 384. inedia longa ſub decocti vſu debilitat 384. multum facit ad bonam indicationem ante actae vitae contemplatio 385. caute adhibendae euacuationes per ſanguinis miſſionem, inunctiones reſolutiuae, vaporationes ſudoriferae, balnea 386. 387. noxia primis diebus fortia diuretica et ſudorifera 387. exaſperant iuncturarum dolores ib. ab decocto ligni fit morbus curatu difficilior ib. imprudenter dantur vomitiua et purgantia pharmaca ib. morbus ex contagio ortus fert venaeſectionem 389. 390. cucurbitulae et ſcarificationes ſemper cum cautione 391. praemittenda lenia purgantia decocto ligni 392. non eſt morbus ex acutorum genere 393. in veteri morbo cum vlceribus malignis et apoſtematis duris reiterandi ſyrupi digeſtiui et purgationes ib. poſt has proſunt cucurbitulae in brachiis, ſcapulis, natibus, coxis, cum ſuperficiali ſcarificatione 394 ſub declinationem balneae ſiccae ib. deſcriptio ligni guaiaci 395. tripliciter diſtingui poſſunt gallici 399. his accommodanda medendi methodus 400. decocti adhibendi ratio. ib. pro potu aqua ſecundae decoctionis 401. recens infectorum diaeta, qualis 402. 410. praeſertim exercitia iuuant et morbum euincunt in iuuenibus et robuſtis ib. etiam abſtinentia ib. exquiſita diaeta non conueuit omnibus 403. eſt morbus chronicus ib. inedia longa noxia 408. decoctum ligni guaiaci eſt cauſſa diuturnitatis 412. coitus fugiendus ib. hinc augmentum doloris podagrici ib. hoc in morbo multa tumorum et abſceſſuum genera 413. proprie facit abſceſſus frigidos in

in iuncturis et diuturnos cum doloribus ib. tranſituros in nodoſas duritias 414. in oſſibus calloſa tubera ib. et lapilli, et nodi ib. alis, inguine, collo ib. vlcera rodentia, chirurgorum ignorantia rebellia 415. ſolo igne ac ferro curanda ib. cum decocto empirici apponunt ſola linamenta 414. ex mercurio inunctiones contrariae ſunt 419. cur 420. hinc exortae noxae 421. morbi gallici confirmati ſymptomata 426. radix chinae inferior ligno ſancto 429. eius vſus ib. lauantur hac aqua vlcera 430. ſub eius vſu ad diem ſeptimum et longius obſtructio alui ib. dolores augentur die ſeptimo, finiuntur die quarto et decimo 430. gallica lues eſt affectio frigida 435. diſpoſitiones aliae ſoluuntur curatione morbi gallici 438. ab hoc icterus oritur 443. ad tumores duros capitis ſuffumigium ex cinnabari adhibendum 445. mandibularum ib. ad oſſa putrefacta capitis, quaenam 446. cauſſa doloris mitigati 454. forma morbi, quaenam ſub initio 455. origines ab aere tepido, conſtellatione, imbre ib. coitus cum mulieribus elephantiacis 455. primum apparuit circa inguen, mentum et frontem, deinde reliquo corpore puſtulis et vlceribus variis ib. fetidis viſcidis 455. cum intermiſta lepra et lichene 456. et faucium vitio ib. aphthis, polypo narium et ozaena 456. poſtquam deſiit ſiderum conſtellatio et humida auſtralis conſtitutio, puſtulae et vlcera rarius 456. magis ad iuncturas ib. hinc apoſtemata ſclerotica, ſteatomata, atheromata, tophi 457. ad oſſa fungi ib. eſt vetus morbus, tantum recruduit 459. ſeq. habent puſtulae recentis morbi magnam affinitatem cum ſcabie fera, curantur iisdem remediis 462. gonorrhoea virulenta curatur decocto ligni guaiaci 462. ſeq. origo ab meretricibus hiſpanis 465. 473. lues creditur veniſſe ex inſulis Indiae ib. varia eius nomina 466. ſolo tactu et pure communicatur ib. miteſcit 467. ſub initio valde dolorifica ib. primum curata ſuffumigiis et vnguentis ex mercurio ib. 471. poſt guaiaco ib. morbus rediit poſt triceſimum annum, cur 472. idem cum elephantiaſi ib. ortus ab ſanguine elephanticorum ib. apparuit 1595. Auguſtae Vindelicorum ſub forma puſtularum 473. ab coitu fiunt maligniſſima vlcera et dolores 474. morbus gallicus non eſt putredo, et venenata qualitas 475.

475. balneum et vinum nocent ib. incipit ab vlceribus et defluuio capillorum ib. laeſiones hinc variae 476. contagii modi ib. cauſſae internae 477. ſigna morbi incipientis ib. confirmati ib. curatur in initio ſuffumigiis et inunctionibus 478. 483. guaiaco 479. china 480. ſarſaparilla ib. dicuntur Iudaei e Baetica in Mauritaniam tranſportaſſe morbum gallicum 548. in Numidia ſole peruſti reſtituuntur ib. etiam ad remos condemnati inedia et exercitio ib. non obſeruatum eſt arte excitari poſſe 541. inuehi poteſt arte, vt peſtis 552.

Gallicus morbus, longiſſimus et laborioſiſſimus 112. naſcitur ab infectae nouaculae tactu ib. fit inſanabilis, niſi cito ſuccurratur 113. tranſit in contagionem hereditariam ib. in lepram, apoſtemata, ſcrophulas, vlcera mala ib. ducit ad tenuationem, maraſmum, tabem et iuncturarum dolores 114. aufert ſomnum et appetitum ib. facit hominem abominabilem ib. coniicit in deſperationem et mortem ib. ſub initio curatur ſaepe decem diebus 115. communis morbi deſcriptio 117. infamiam inducit morbus 119. curatio, ſi apoſtemata interioribus partibus inſunt 120. curandum eſt, ne puſtulae et dolores erumpant 123. fuit maior aeris ſiccitas, quam caliditas, cum morbus ille inoleuit 125. quaerenda ſunt loca ab contagio libera 126. in montanis locis aeris infecti qualitas raro infigitur ib. morbus eſt ſua natura chronicus 127. ſaepe interiora afficiunt puſtulae vlceroſae 128. 140. venter hoc in morbo fere ſemper ſtypticus 131. fugiendus ſomnus cum morbo affectis, cubile, linteamina, quia his tabes, vt ſcabies, contrahitur 136. haec labes eſt ſola dedecoratio 137 minoratio inſtituenda 138 raro febris adiungitur 139. non conuenit balneum de porrecto 141. materia morbi eſt rebellis et malae qualitatis 143. quando facienda venaeſectio 150. etiam iuuant ventoſae 154. quarto decimo quoque die purganda aluus 161. praeſertim vere ac autumno, ſub quibus hic morbus innaſcitur 161. fugiendus vomitus, ne intro trahatur materia 164. aptus iuncturarum doloribus ib. cholerici maxime patiuntur hanc aegritudinem 165. enemata leniti-

ua iuuant 166. etiam ſuppoſitoria, ſi nolint per os aſſumere medicinas 167. morbus eradicari nequit ſine puſtularum prouentu ib. eſt etiam corrigenda viſcerum complexio 168. alias relinquuntur per annos morbi veſtigia, redeunt dolores et puſtulae 170. 171. ſunt vnguenta frigida adhibenda, interpoſito purgante quouis die quinto et decimo 171. tandem roborantia ib. addenda ſuffimenta et inunctiones 172. ad radicalem curam per bienniuin vere ac autumno inungere vtile eſt ib. aut balneum villae ib. curatio morbi, quotuplex 173. principium morbi eſt, cum puſtulae minutae et paucae, et parui dolores apparent ib. tunc nocent balneum et fomentum, vt in apoſtemate 175. materia ſaepe recurrit in morbo incipiente ac facto et antiquato in declinatione 176. aqua calida auget labem 178. in initio cutis infecta eſt ex contagione aeris, dormitione, nouacula 179. puſtulae ſunt morbus moleſtiſſimus 180. hinc in principio repercuſſio, vt in apoſtematibus ib. non debent apponi repercuſſiua ſolis emunctoriis 185. cauenda in debilibus, gutture laeſo, deglutitione impedita 187. adhibentur ad auertenda plura mala 188. repercuſſiua eligenda, quae dolorem tollunt 189. non inungenda membra regalia ib. vel omnia 190. maxime vnguenta ex mercurio 190. duae fieri debent inunctiones repercuſſiuae, vna regiis membris, altera reliquo corpori 190. media inunctione opus eſt in habentibus puſtulas et dolores ib. modus inunctionis, qualis 191. fertur ad guttur, facit alcolam, impedit deglutitionem 192. impeditur pharmaco valido ib. repercuſſiua, quaenam 193. augmentum morbi eſt, ſi dolores puſtulaeque mole ac numero augentur 195. quomodo curandum ib. ſaepe fit in ſaphati laeſio operationum 200. ſtatus morbi, quando 202. declinatio eſt, ſi puſtulae et dolores ſenſu minuuntur ib. quomodo curanda ib. non repercuſſiua in veteri morbo 204. in ſtatu ſaphati ſunt puſtulae vlceratae 206. materia dolorum eſt craſſior materia puſtularum, hinc validiora medicamenta 207. non licet vna inunctione ſemper vti per omne morbi tempus 208. etiam fiat haec cum aceto ib. quod ſeruandum regimen aegro 209. intrare debet ſtuphas omni mane ib. arte ſubſtituendae, quaenam ib. remedia

media reſolutiua et diaphoretica, quae 210. ſeq. curatur balneis, quomodo 216. varia eorum genera ib. lauacrum fieri poteſt octaua die ab inunctione 217. curatio accidentium, qualis ib. dolores moleſti curantur tribus modis 218. quo ſint ordine adminiſtranda 219. vlcera pudendorum, quomodo curanda 220. quae ad ſcrophulam 221. ad catarrhum vapores ib. ad alcolam gargariſmata ib. ad ſurditatem ib. ad viſus debilitatem 222. ad viſcerum cauma ib. ad extenuationem et virtutis proſtrationem ib. fiunt etiam vlcera per aegritudinis ſucceſſionem 222. vnde 223. curatio ib. vlceris oris durities et oſſis corruptio, quibus auferenda remediis 226. haec raſpatorio vel cauterio ib. caro extirpanda, quomodo 228. epilogus curationis 231. caeli vis facit morbum gallicum vniuerſalem 244. omnes cuiuscunque ordinis inuaſit 245. hinc vniuerſale diluuium ib. conſtat morbus infinitarum aegritudinum complicatione ib. durauit in aegris annum integrum 249. arroſit omnem faciem ib. 254. pedem occupauit ib. vlcera fecit ib. infantes tres vna contagione ſimul infecti ib. multi ab hoc exhauſti et corroſi ib. contracti et paralytici ib. femina gallica, paralytica et phrenetica 250. per pleraque corporis membra corroſa, vt oſſa nuda ſine carnibus extarent ib. in facie multis vlceribus infectus ib. puella quadrimula correpta.

Gonorrhoea, virulenta ex lue venerea 462. virus album e ſubcitrinum diſtillat ib. penis cannam exeſt ib. male olet, et putredine aceſcit ib. ex ſuppreſſa abſceſſus et fiſtula 463. curatur guaiaco vel hydrargyro ib.

Guaiacum v. *Indicum lignum*.

H.

Helleborus, curat morbum gallicum 257.

Hemicrania, in gallico morbo intolerabilis 366. ab reliquiis mercurii et cinnabaris ib. magis ab virulentia humorum ib. ab oſſe corrupto 367. hoc trepanis eximendum ib.

Hiſpa-

Hiſpaniola, ibi oritur certo tempore morbus cutis epidemicus, cum foeda cutis deturpatione, leprae ſimilis 356. curatur ſolo guaiaco ib.

Humores, ſicci et calidi efficiunt hunc morbum 82. corrupti a caelo et contagione 87. 92. ab frigidis raro 88. inficiuntur ab aeris intemperie 104. affecti faciunt dolores et puſtulas 264. corrigendi ſunt 267.

I.

Icterus, oritur a morbo gallico 443. in hoc iuuat ſulphur ib. et oleum 444.

Ignis Perſicus, non eſt morbus gallicus 23.

Indica lues, nouus morbus 538. ex America translatus 539. dicta venerea a coitu 541. rariſſime a ſtragulis et linteis ſordidis 541.

Indicum lignum, hoc empiricorum eſt 333. 476. praeparatio ib. ſpuma eius fricata vlceribus et tuberoſitatibus 334. fit aqua prima et ſecunda ib. vtriusque adhibendae ratio ad ſudorem mouendum ib. diaeta tenuis 335. continuetur per 40. dies cum lenitione ventris 336. niſi ſudet, fiant balnea 336. 337. non ſolum curat 338. idem facit quodque aliud lignum ib. multi ab eo laeduntur 339. hoc ſolo decocto non poſſunt curari aegri 381. in eius vſu curata victus ratio iuſſa ab empiricis 383. nocere haec poteſt in morbo chronico ib. cum inedia longa periculoſum 384. ab importuno vſu curatio difficilior et diuturnior 387. praemittenda lenia purgantia decocto 392. nocet, ſi multum bibitur in primis diebus ib. deſcriptio ligni 395. notae bonitatis et integritatis 396. qualitates ib. multi ab eius vſu habitiores facti et coloratiores ib. in ſiccis, tenuatis et bilioſis prudenter exhibendum 397. praeparatio decocti varia 398. non dandum omnibus eadem menſura 399. nocet melancholicis, cholericis, maraſmo confectis, prodeſt pituitoſis et ſanguineis ib. decocti exhibendi ratio, quoad infectos longo abhinc tempore 400. pro potu aqua ſecundae decoctio-

coctionis 401. cum frugali coena ib. ſecundum decoctum facit malam concoctionem et diuturnitatem morbi 412. empirici praeter hoc nihil apponunt, niſi linamenta cruda et munda 414. praeparatio 424. praeuia purgatione ac victu, fit ſudor ib. datur in puluere ib. etiam miſcetur cum radice chinae et ſarſaparilla ib. cum vino 426. 438. paucis confert 436. lacryma ligni Indi miſta cum axungia porcina prodeſt 444. formulae praeparationis ib. et potionis faciendae 448. aquae ligni 449. eius vires ib decoctum curat gonorrhoeam virulentam 463. lucroſum Gonſaluo 467. eius vires et qualitates 479. errores in eius vſu 480. confert frigidioribus 480.

Inedia, auertit morbum gallicum 402. nocet, ſi longa eſt et in multos menſes protracta 408. hinc varii morbi ib.

Infantes, ab gallica contagione correpti 249. quomodo 372. ab matre infecta nati gallici 254.

Infectio, fit aere, contagione per poros, coitu, linteis, tactu manuum et nouaculae abraſione 104. aere per os attracto, hinc anhelitu, colloquio, oſculo ib. origo ſemper ſedulo inquirenda 105. non omnes inficiuntur, cur 294.

Inguinum tumor v. *Bubo*.

Inunctio, adhibenda in gallicis 172. per biennium continuanda vere ac autumno, ne redeat ib. non imponenda membris regalibus vel omnibus 189. 190. maxime ex mercurio ib. duae repercuſſiuae adhibendae 190. vbi ib. media, quando ib. eius noxa in ore 192. auertenda pharmaco purgante ib. 282. non adhibenda repercuſſiua in veteri morbo 204. non ſemper libet vti vna per totum morbum 208. adhibendi ratio 282. omne corpus inungere empiricorum eſt 347. noxia 419. cur 420. in initio iuuat 478. cura deploratorum 483. triſtes ſequelae ib. modus praeparationis et vſus ib. magis ſanat, quam lignum 484. 547.

Iuncturae, in his deferuet morbus gallicus, cum deeſſe coeperint puſtulae et vlcera 457.

Iuſcula minuta, quae 130.

K.

Kauterium, hoc tollenda oſſis durities et corruptio 226.

L.

Lac, in pueris contagionis modus 268. 363.

Lepra, non eſt morbus gallicus 27. hic tranſit in eam 113. habet conformitatem cum illo 277. 294. hinc permittendum lac ib.

Lichen, non eſt morbus gallicus 25. cur ita dictus 361. ob contagionem per oſcula 364.

Lignum Indicum ſ. Guaiacum v. *Indicum.*

Linteamina, eorum contagio dubia 57. propagatur his morbus gallicus, vt ſcabies 136. ſi immunda ſunt 364.

M.

Mentagra, vnde nomen 75. aegris Norimbergae domus erigitur 242. eadem, quae morbus Gallicus et Neapolitanus 258. apparet primum circa mentum et virgam in viris ib.

Mercurius v. *Argentum viuum.*

Morauica lues v. *Brunnenſis.*

Morbi noui, qui 536.

Morbus popularis, qui 353. eius diuiſio ib. eius ſpecies nouae et propriae 355.

Morphaea, ei ſimilis morbus gallicus 258. non multum differt ib.

N.

N.

Nares, in his contractus morbus gallicus 252. remedia 493.

Nodi, in alis, inguine, collo 414.

Nouacula, eſt infectionis propagatae cauſſa 70. facit mentagram 75. 112. tunc lente naſcuntur puſtulae 104.

O.

Os, occupatur a morbo gallico 293. cur ib. foetet ib. in eius angulis puſtulae nigrae, fetidae et vlcera 368.

Oſcula, dubia contagio in clericis 57. 71. 268. 363. neque prorſum a ſuſpicione immunia 70. tunc corpus totum ſubito cooperitur puſtulis 105. in pueris et teneris, ſi vlcera in ore ſordida habent 372.

Oſſa, carnibus nuda in morbo gallico 250. cum putredine conſumente 254. in tegumentis ſedes doloris nocturni 363. hic tubera calloſa 414. ad oſſa capitis putrefacta, quae iuuant 446. fungi crebri 457. ab mercurio inuncto dolor oſtocopus et teredo fit 461. intus haeret mercurius ib.

P.

Panni, infectarum fugiendi 291.

Paralytici, quidam a morbo gallico 249. 250.

Paturſa, eſt morbus gallicus 260. quid ſignificet 263.

Penis, caries differt ab excoriatione 484. habet tres gradus ib. eius curatio 485. praeſeruatiuum ib.

Peſtis, vna cum aliis malis in Italia frequens 56. varia vario tempore ſaeuiit 245. debetur coniunctioni aſtrorum ib. peſtilens morbus gallicus 13.

Pituita, non eſt cauſſa morbi gallici 83. adeſt plerumque falſa 488.

Potus, dubia contagionis cauſſa 57. 71. communis ab vaſis infectorum poſt aduentum Gallorum 69.

Prognoſticatio, de morbo gallico ex coniunctione planetarum 235. ſeq. morbi, quinam 238. aduentus Iudaeorum 239. de diluuio vniuerſi falſo 243.

Pudenda, eorum vlcera in morbo gallico 30. in his et capite primum apparent 75. quomodo curanda 220. ratio, cur hic incipiat 292.

Puſtulae, dic. morbus gallicus 28. primum apparent ſub veſicae forma et vlcerantur 74. nonnunquam primum in capite ac facie 75. eo loco primum, vbi prima frictio ib. formae variae, copia varia 83. 105. mittunt virus 91 facile coagulans in cruſtam 96. intus materia ſub lupini forma ib. variae ſecundum humores cauſſantes 98. plorant aquam citrinam ib. ſub phlegmone eryſipelari ponendae 101. relinquunt veſtigia rubra et ſplendida ib. vlceroſae ſaepe occupant interiores partes 128. 146. ſub initio paucae minutae cum paruis doloribus 173. puſtulae ſunt morbus moleſtiſſimus 180. cauenda repercuſſiua 185. quando adhibenda 188. 189. in ſtatu puſtulae vlceratae 206. ſunt ſimiles ſaphati 298. imponantur attrahentia 299. in initio cruſtoſae, ſiccae, ſanioſae 367. in fronte ac circa capillorum radices 368. in ore nigrae fetidae, vnde 368. rarius inciderunt, ceſſante ſiderum conſtellatione ac auſtrali humida conſtitutione 456. puſtulae recentis morbi habent affinitatem cum ſcabie fera, iisdem curantur medicinis 462. cruſtoſae in capite et mento 488. iunguntur cum defluuio capillorum 490. eorum duo genera ib. in palato ib. hae fere paruulorum a nutrice infectorum ib. earum forma ib. in toto corpore ib. cauſſa, quae ib. cura, ſi in ore ib. ſi in corpore 491.

R.

R.

Rhagades, in volis manuum et pedum 492. curatio ib.

Rheuma, pectoris fit ab morbo gallico 362. hinc phthiſis ib. in inteſtinis cruciatus dyſentericos et vitia ſtomachi ib.

S.

Sanguis, malus facit morbum gallicum 95. 97.

Saphati, eſt morbus gallicus 28. 39. eſt humida 29. cur 91. ſolutio dubiorum ib. cum puſtulis talis eſt 38. 298. cura eadem 43. ſaepe incidit laeſio operationum 200. in ſtatu ſunt puſtulae vlceratae 206. non eſt in initio vlceroſum 178. nec morbus gallicus 265. neque puſtulae ſimiles ſunt 266. neque cura eadem ib. eſt compoſitus ex ſaphati et arthridide 361.

Sarza parilia, eius adhibendae modus 431. 434. eſt media inter radicem chinae et lignum ſanctum viribus 432. praeparatio ib. eſt lenior et commodior potio illis ib. quinam modus optimus ib. poteſt iungi cum ligno ſancto 433. eius deſcriptio ib. cum tenui victu bibitur per 40. dies et melior cina, et ligno ſancto ib. prodeſt arthritidi et vlceribus 434. craſſam pituitam e naribus educit 435. eſt temperata medicina 436. eſt ſpecies ſmilacis aſperae 469. Hiſpanica et Italica ſunt eaedem 470. decoctum melius datur ſine ligno 481. cautiones in eius vſu ib.

Scabies gallica 242. noua, foeda, medicis ignota 252. eſt expellenda, ſed caute 348. potiſſimum os occupat poſt vſum mercurii et cinnabaris 362. non eſt ſcabies faciei morbus gallicus 27.

Scelotyrbe, orta in exercitu 359.

Somnus, cum infectis ſuſpectus 69. hinc fugiendus 136.

Stomacace, orta in exercitu 359.

Stragula, his communicatur morbi gallici contages 364.

Strumae, endemiae 355.

Stuphae, omni mane adhibendae 209. quaenam artificiales ib. quibus et quando 285.

Sudor, in gallicis nono die mouendus 312. ſudatorium humidum ib. 314. quae eius ſit vtilitas ib. malum ſudore inter initia depellitur 478.

Sudor Anglicus, eius ortus et propagatio 356. iterum diſparuit 538. ad ephemeras letales relatus 540.

Suffimenta, in gallicis adhibenda 172. quando 346. ſub prima lue primum adhibita 467. 471. noxia ſunt et fugienda 482. ſubſtituenda alia ib. vltimo adhibentur 548.

T.

Tabes, effectus vltimus morbi gallici 477.

Thermae ſiccae, quando et vbi adhibendae 346.

Tinea, non eſt morbus gallicus 47. nec alopecia 49.

Tophi, ab mutato gallico morbo crebri 457. v. *Morbus gallicus*.

Turpethum, noxae eius 530. adhibendi modus 544. periculoſum ob vim vomitoriam ib. datur promiſcue omnibus 545. eſt peruerſa medendi via ib.

V.

Variola, dici non poteſt morbus gallicus 21.

Venaeſectio, quando facienda in gallicis 150. an conueniat 296. quando ib. ad vlcera augmentata 311.

Ventoſae, proſunt in gallicis 154. ſaepe nocent 296.

Verruca.

Verruca, non eſt morbus gallicus 28. ineſt aegris 256. ſaepe ineſt pudendo muliebri 485.

Veſtigia, eorum remedia 491.

Vinum, in morbo gallico noxium 475.

Virga, primum contagio afficitur 258. 292. 310. materia inhaerens eſt cauſſa contagii 292.

Vomitus, nocet in gallicis 164. iuuat in iuncturarum doloribus ib. prodeſt in morbis chronicis 165. in cholericis quam maxime ib.

Votum, per hoc ſanati gallici 247. ſeq.

Vlcera, in gallico morbo characteriſtica 249. 256. 475. rodentia, ſolo igne ac ferro curanda 414. plerumque rebellia ſola chirurgorum ignorantia 415. lauantur cum decocto rad. chinae 430. erant ſub origine varia, fetida, viſcida 455. ceſſarunt vel minui coeperunt inſequente tempore 457. ſunt calloſa, fiſtuloſa, ſerpentia 491. curantur decoctione ac inunctione ib.

Vnguentum, ex mercurio praeparatio 282. formula 317. 450. quomodo adhibendum 318. contrarium morbo gallico 419. cur 420.